


On fait grand cas de cet ouvrage et celle-ci en est la premiere édition qui est rare: voyez Fabricius Bibl. latina = Crusiana

[illegible]

CASTIGATIONES

ET VARIETATES

VIRGILIANAE

LECTIONIS.

PER IOANNEM PIERIVM

VALERIANVM.

Melchior Magius Æsij Gubernator
~.A: 1710.~





LEO . PP . X .

Dilecto Filio Pierio Valeriano Bellunen.
Notario & Familiari nostro.

ILECTE FILI Salutem & Apostolicam Benedict. Cum tu,sicut accepimus, ut in lectione Virgiliana, quæ plurimis in locis deprauata & corrupta circumfertur,castiganda,& ad suum candorem & puritatem restituenda, diu multumq;,cum in uetustis codicibus, tum in ueterum Grãmaticorum & Interpretum peruestigandis libris,eorũq; dictatis,quæ ad ipsius Virgilianæ lectionis sensum & incolumitatem facerent,excerpendis pro tanti ac tam celebrati Auctoris gloria & honore laboraueris; Et ut opus huiusmodi iam confectũ ad cõmunem Studiosorum usum & utilitatem correctius, & emendatius publico donetur, id ipsum conductis Chalcographis tuo sumptu,ac te præside imprimi destinaueris. Nihilominus tamen dubites,ne cũ primũ illud in publicũ exierit, ab aliquibus aliis statim in dãnũ & præiudicium tuum,mendose etiam,ac peruerse,uel seorsum imprimatur,uel aliis commentariis inseratur. Et hoc pacto tuæ tot dierum & noctium lucubrationes cũ opera & impensa deperderentur, atq; perirent. Proptereaq; cupias tibi in his de Apostolica benignitate opportune caueri. Nos,qui omnibus publicæ utilitati litteratorum studentibus nostra sponte semper fauimus, honesto tuo desiderio huiusmodi;quem etiam inter familiares nobis gratos,& acceptos propter doctrinam,uirtutes,& merita tua iamdudum habuimus,inclinati,In primis honori & indemnitati tuæ (quantum cum Deo possumus) consulere uolentes,tibi ut tutius,& alacrius tam præclarum opus & laudabile edere & publicare possis, Motu proprio potestatẽ facimus & facultatem concedimus per præsentes illud ubicũq; uolueris imprimendi,atq; uendendi. Omnibus & singulis christianam religionem & fidem profitentibus sub excõmunicationis latæ sententiæ pœna, a qua nemo nisi a Romano Pontifice, præterq̃ in mortis articulo, præuia etiam satisfactione,absolui possit; Nostris uero subditis Centum etiam Aureorum & amissionis uoluminum huiusmodi, accusatori & cuicunq; libuerit applicandorum statim ac de facto a quolibet cuiuscunq; conditionis & gradus contrafaciẽte incurrendis, & irreuocabiliter exigendis pœnis per præsentes expresse inhibendo Mandantes, ne illorum quisquam sub aliquo prætextu, uel quæsito colore opus, lucubrationes, seu emendationes tuas huiusmodi, ut præfertur, per te publicandas per se uel alium,seu alios alicubi per decennium a die editionis tuæ huiusmodi comprehendendum, uel separatim imprimere,uel aliis commentariis interserere, aut in bibliothecis uel alibi uendere sine tuo expresso consensu audeat,uel p̃sumat, Iniungentes etiam omnibus & singulis Legatis,Vicelegatis,Patriarchis,Archiepiscopis,Episcopis, Ordinariis,eorũq; Vicariis,ac aliis quibuscũq; officialibus & Viris in dignitate ecclesiastica cõstitutis, ad quos pro huiusmodi causa recursus habebitur, Vt quotiens a te uel procuratoribus tuis fuerint requisiti in uirtute sanctæ obedientiæ omni opportuno fauore auxilioq; tibi faueant,adsint,& assistant. Ac ne de inhibitione & indulto nostro huiusmodi ignorationem haberi contingat,uolumus has nostras litteras in primo cuiuslibet prædictorum uoluminum & operum folio imprimi, & apponi; eisq; ac si præsentes sub annulo Piscatoris signatæ forent,fidem indubiam ubilibet per quem uis haberi,Contrariis non obstantibus quibuscunq;. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris Die. XXVI. Martii. M. D. XXI. Pont. Nostri Anno Nono.

.Ia. Sadoletus.

AD . IVLIVM . MEDICEM . CARD .

S . R . E

VICECANCELLARIVM

IO . PIERIVS . VALERIANVS



VPERIORIBVS ANNIS AMPLISSIME OPTIMEQVE PATER Eruditissimi pleriq; Viri multam & diligentem admodum in eo studio operam insumpserunt, ut Virgilium redderent quam emèdatissimum. Cæterum ob codicum uarietatem, qui q̃ frequentissime transcripti fuere, tam semper corruptissimi euasere, nulli adhuc hæc emendandi ratio constitit inoffensa; tam uaria sunt, quæ per ætates singulas in eo opere commutata deprehenduntur. Quæ quidem illi, singulari alioqui doctrina, præstantiq; ingenio præditi castigare conati, dum inuentis quisq; suis applaudunt, factum est, ut aliam alii semitam ingressi, plerisq; locis ab recto itinere deflectentes abierint diuersissimi, tamq; uaria propemodum ediderint exemplaria, quot fuerùt illi ipsi, qui Prouinciam eam capessentes, omnem Virgilii dictionem ad suæ doctrinæ normam direxere. Ita ut apud omnis nostrarum litterarum affectatores non parua suborta sit hæsitatio. Quis nã ex tot, ut ita dicam, Virgiliis legitimus habeatur, quæ purior eius phrasis, qui potior stilus, qui numerus, quæ scribendi ratio probabilror. Hac eadem ego perplexitate plurimum offensus, quum omnino Poetam hunc quanto poterat castigatiorem habere cuperem, Timonis Phliasii admonitionem secutus; qui ab Arato interrogatus quonam pacto Homerus, qui iamtum nullo non in codice maxima sui parte mendosus erat, Saictus Tectus, quod aiunt, haberi posset; respondisse fertur, uetera exemplaria perquirenda, in quæ nemo manus iniecisset; Virgilium ita ipse meum, quanta potui diligentia, ex Veterum codicum, qui minus contaminati essent, collatione, cum in meum, tum in optimorum quorundam Amicorum usum emendaueram. Quumq; Castigationes illæ sine ullo uerborum apparatu, nudisq;, ut se mihi codicum uarietas offerebat, dictionibus adnotatæ per Amicorum manus in uulgus emanassent; fuere nonnulli, qui dum pleraq; non intelligerent, alia, ut nimium, quod aiebant, obsoleta non probarent, rem ipsam mihi uitio uerterent, perinde ac si omnia confudissem; neq; a lectionibus emendatis discreta uitia subtraxissem. Nihil enim non obseruaueram, quod ut ætatum pene omnium diuersa fuit loquendi ratio, uel sensum, uel scriptionem aliã ab ea, quæ in uulgatis habetur exemplaribus, præ se ferret. Hinc ego coactus sum, ut existimationem meam, quæ ita erat in damno, ab iniuria uindicarem, eorum, quæ plurima paulo sequius a consuetudine absq; ullius auctoritatis munimèto exarata fuerà t, rationem aliquam, aut ex ueterum scriptionum usu, aut ex pluribus eodem exemplo codicibus antiquioribus, aut ex recepti cuiuspiam Scriptoris auctoritate, Interpretumue, aut Gràmaticorum diligentiorum præceptione subiicere; quando hos ita uidebam affectos, ut uitia quædam turpiter recepta aliquãto turpius fouere perseuerarent; neq; ego tam multa toto opere labefactata, in meæ præsertim nationis Ciue, Venetiq; ingenii columine ferre possem; Vtpote qui non tantum subditicios uersus & aliena uocabula, uerum pleraq; etiam, quæ in honore passim haberentur, adulterina dubioprocul earum

tinearum in licio deprehendissem. Quo circa non temere forsitan in spem eam erectus sum, fore hinc cautum in posterum, Ne, quæ hactenus coinquinamēta in omnes iam paginas irrepsere, proserpant ulterius; Neue, quæ tam multæ passim inhæserunt labes, ubi ita fuerit ueterum codicum examinata lectio, pertinacius inolescãt.
Has itaq; Castigationes cum omnibus his caussis impulsus; aliquanto huberiores reddidissem, optimorumq; Auctorum præsidio firmassem, curæq; precium fore, non temere forsitan existimarem, si omniū utilitati publicarentur, tutissimum factu uisum eas nomini tuo Pater optime cōsecrare; ut alicuius tam probi, quam sapientis Principis præsidio circumseptæ id omnium maxime cauerent; ne Virgilius ita omnium libidini in posterum exponeretur. Quod quidem, ut mihi polliceri auderem, spes illa affulxerat, quod multis abhinc annis Mediceo sanguini proprium, & quodammodo peculiare fuit, bonarum litterarum suscipere patrocinium. Nam, siue hoc Fato, siue diuina quadam prouidentia fit, obseruatum est Familias quasdam aliis alias moribus præditas, alia atq; alia sibi negotia ueluti hæreditaria uindicasse. Non secus enim ac Diuersæ arboribus patriæ; sola India nigrū fert Hebenum, solis est Turea uirga Sabæis; experimento compertum est huic uel illi hominum generi peculiare nescio quid natura inoleuisse; ut quicunq; inde propagentur ad idem munus, in quo Parentes, uel Maiores alii nomen & gloriam sibi compararint, maxime omnium idonei plerunq; reperiantur. Veluti Scipionum Familiæ expeditiones in Africam propriæ fuerunt; Curionum Genti peculiare studium eloquentiæ; Gentilia Metellis cognomina ex uictoriis; domestica Gracchorum sanguini Romani sermonis proprietas; hæreditarium Deciis, pro Patria se hostibus deuouere. Pari uero cōdicione Medicea familia, cū plerisq; aliis uirtutibus, laudibus, & honoribus insignita, tum suo quodā domestico, ac peculiari more semper habita est celeberrima, Cui longa iam annorum serie proprium, gentile, ac hæreditarium fuerit, Fouere litteras, Ingenia erigere, disciplinarum omnium professores optime promereri. Tacebo nunc generosum illud magnificentissime ædificandi studium; quo Tu, quo Maiores tui domi forisq;, q̄ longe lateq; diffusum est Christianum nomen, tot templa passim, tot loca pia, tot Bibliothecas, Priuatas ædes tot, Villasne dicam an castella tot largissimis effusissimisq; sumptibus excitauistis. Quæ si unum in locum contrahi possent, amplissimarum opulentissimarumq; Vrbium, quæ toto sint terrarum orbe maximæ, magnitudines dubioprocul exsuperarent.
Huius uero, quod uestro generi præcipuū fuisse studiū asseueramus, Testes illæ omni doctrinarum genere politissimæ Academiæ Florentinæ, in quibus abolitus olim bonarum litterarum splendor nitorem pristinū cœperit reparare; Bonaq; disciplinarum pars, quæ temporum iniuria perierat, uisa sit reuiuiscere. Testes Alberti, Aretini, Landini, Pici, Scalæ, Ficini, Politiani, Beroaldi, Ambrosii, Zenobii, Candidi, Argytopyli, Chalcondili, Lascares, Musuri. Et qui hos inter locum non indecēter habeat, Vrbanus mihi Patruus, rotq; alii Musarum Proceres litterarum gloria florentissimi, ut innumeros alios transeam, qui nunc uiuunt, fulgore satis illustres suo, qui uestri omnes generis fauoribus & auspiciis ad eam nominis celebritatem euecti sunt. Testes tot omnium disciplinarum uolumina, partim ab interitu uindicata, partim e Græco in Latinum sermonem translata, partim nostri temporis felicitate nouo argumento elucubrata, Mediceo oīa nomini, gloriæ, ac æternitati nūcupata.
Sic Cosmus. Sic Petrus. Sic Laurentius. Sic LEO DECIMVS PONT. OPT. MAX. promeriti sunt; omnes propensissimo in extollēdis ingeniis studio, uisi semper inter se contendere, quis eorum huberiores litterariorum prouentus acquisiuisset. Sic Tu Maiorum tuorum, ac Sanctissimi probatissimiq; Fratris tui uestigia secutus; quamuis tantarum rerum incumbant pōdera, dum publicis priuatisq; consiliis, qua ratione sit Reipub. Christianæ prospiciendum, cum sapientissimo Fratre perpendis, & diligenter examinas; quæq; longum esset enumerare, ingēti laude & honorifica omnium commendatione pertractas; Non ita tamen a magnis illis

negotiis auocari, urgeriue pateris; ut non interim, & ad litteras, & ad ingenia respicias; quæ tuo patrocinio protegas, & omni studio demereatis. Quo circa, quum te talem esse certo scirem, optime Virgilio etiam ipsi consultum existimaui; Si quæ in eius emaculatione occupatæ sunt lucubrationes meæ, omnemq; aciem eo direxere, ut eum ab iniuria uindicarent, tuis auspiciis, tuoq; patrocinio fretæ, in manus hominum emitterentur. Tibi enim uni, qualescunq; sint, debentur; quæ apud te natæ, te iure uernaculo Dominum agnoscunt; Neq; Tu earum curam aspernari debes, qui sis natura benignissimus. Quod si argumentum ipsum non satis dignum uideatur; quod tanto Principi dedicari debeat; Memineris id circa Virgilium uersari; a quo totius Romanæ facundiæ nitor, ars, iudicium, & stili denîq; maiestas omnis, ad posteros sæculorum omnium applausu feliciter emanarit. Proindeq; nihil in eius scriptis tam leue, tamq; exile, aut tenue reperiri, quod examinatum non omnium possit Litteratorum aures citra fastidium remorari.

VALE

INDEX EORVM QVAE PER SINGVLOS LIBROS TOTO OPERE OBSERVANTVR.

Quæ toto opere digna præcipue sunt adnotatione uisa, quam breuissime fieri potuit, ita sunt in cōpendium collecta.

IN PRI. AENEIDOS

IN SECVNDO AENEIDOS

IN. IIII. AENEIDOS.

LIBRO QVINTO.

LIBRO AEN. SEXTO.

LIBRO SEPTIMO.

LIBRO OCTAVO.

LIBRO NONO.

LIBRO DECIMO.

LIBRO VNDECIMO.

LIBRO DVODECIMO

Nunc ea addemus, quæ in Bucolicis, & Georgicicis adnotantur.

IN TITYRO

IN ALEXI

IN PALAEMONE

IN POLLIONE

IN DAPHNIDE

IN SILENO

IN MELIBOEO

IN PHARMACEVTRIA

IN MOERI

IN GALLO

IN PRIMO GEORGICON

EX. II. GEORGICON

IN. III. GEORGICON.

IN . IIII . GEORGICON

VLTA autem, quæ parui erant momenti, de industria præterita sunt. Quod uero pleraq; sæpius repetita uideantur, si legas, semper uarii aliquid inuenies; prout nunc huius, nunc illius Auctoris sententia memoriæ succurrebat. ¶ Sed Expectet hic forte aliquis, ut impressionis errata subnotentur quæq; melius reponenda sint adiiciantur. Vt Pagina. 3. Quod in ipsam recidat, c pro. pro Recidat, orbam. & Pag. 36. Exēplaribus Ti. ET TERRAM. Vbi. Ti. uacat. Sed hæc pauca admodum sunt. Forte illa plura in quibus litterarum adiectione, subtractione, conuersioneq; peccatū est. Vt pagina. 101. Fessum Inno Sinu, pro Inno. Et pagina. 188. PERFACTA. pro PERFRACTA pag. lxx. in Georg. BIRΓΙΑΙΟΙΟ pro ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ, alibi Qnintilianus pro Quintilianus. Sed enim hæc tam parui momenti uisa sunt, ut perquirere laboris inanis esse putauerimus; rati nimirum, quenq; uel mediocriter doctum, ea per se & aduertere & castigare posse. In, Græcis tantum ea uenia deprecanda est, ut multa sine accentibus scripta tolerentur. Quia Characteres, qui minutioribus his litteris congruerent, Romæ non inuenimus. Sed & illa ipsa, quum sint ex Auctoribus citata, facile poterit unusquisq; studiosus collatis Codicibus eam per se sibi operam præstare. In reliquis uelit tam Impressori, q̃ Auctori ignoscere. qui q̃tum potuere, nullis defatigati laboribus præstitere. Nam in iis, quæ nunc utcunq; edidimus, potuit quæ plurima uirtus esse, fuit.

Melchior Magius · Æ. sij · 1711 ~





IO . PIERII . VALERIANI . CIVIS . ROMANI CASTIGATIONES . IN . VIRGILII BVCOLICA

IN TITYRO

NTEA Quam Rem ipsam aggrediamur, nomina, quibus insigniores quosdam codices citamus, prædocere uisum est. Ea sunt, Codex Romanus, ille quidem dubioprocul antiquissimus; eum uero ideo Romanum appellamus, quod eius characteres Romanis propiores sunt, iis quippe, quos in antiquis marmorum, aut ex ære tabularum inscriptionibus, & in nummis sæculis illis elegantioribus notatos ubiq; legimus. Custoditur is in interioribus Vaticanæ Bibliothecæ penetralibus magna diligentia, digitalibus pene litteris perscriptus. Alter, qui minoribus est litteris & ipse admodum uetus, a paginarum facie Oblongus nuncupabitur. Est & Longobardicus, quem non omnino pigeat euoluisse. Sunt & usui omnium expositi eadem in Bibliotheca codices alii atq; alii nõ contemnendi. Est & Mediceus inter emendatos. Aliquot etiam aliunde perquisiuimus; neq; enim uni cuipiam exemplari tantum tribuendum fuit, ut siquid in aliis elucesceret boni, eos reiiceremus. Quamuis uero omnes, si diligentius inspicias, peruersionibus, erroribusq; ad unum scateant, Ex plurium tamen collatione consensuq;, aut ueriora, aut certe ueris similiora deprehẽdimus. Verum age iam, quid ipsi codices tradãt, uideamus.

ILVESTREM TENVI MVSAM MEDITARIS AVENA. Multi quidem, atq; hi litteratissimi Viri Quintiliani secuti auctoritatem. AGRESTEM. loco hoc legendum censuere. Sed miror tanti Rhetoris uigente fama, nullum ex antiquis cod. iis inquam, quos uidere potuimus, inueniri; in quo aliter q̃. SILVESTREM. legas; idq; per .I. latinum. Videtur uero epitheton huiusmodi Musæ adcõmodatũ esse ex Lucretii synepeia dicẽtis in Quarto.

Fistula SILVESTREM ne cesset fundere MVSAM.

Neq; uñ nescimus alibi dictũ a Virg. AGRESTEM tenui meditabor harũdine Musam. Qui forte uersus a Quintiliano citatus fuerit; de cuius una tantum dictione, quippe nomine. AGRESTEM. eo loco disputat; quamuis inde. MVSAM Meditaris Auena. ex uersu, qui magis in promptu erat, subiectum fuisse uideatur. Vt uero lectio ea, quæ loco hoc. AGRESTEM. est, minime reiicienda sit, Bapt. Egnatii iudicio facile cesserim, quantum ille ingenio, quantum eruditione, quantum censura ualeat, non ignarus. Accedit huc Tityri responsum ab huiusmodi lectione non alienum, qui ad idem, quod audierat, uelut adludens dicat.

Ludere quæ uellem calamo permisit Agresti.

OCIA FECIT. In Romano, in Mediceo, & aliquot aliis antiquis. OTIA. per T. hoc præsertim loco scriptum est; quamuis non negarim in Romano alibi nomen id per. C. haberi, eo quippe loco. Ignobilis OCI. Sed enim in Veterum inscriptionibus per. T. scriptum inuenias; ut in eo termino, quem superioribus annis ad. D. Petri Basilicã uidimus aduectũ ex area, quam ab Neroniano incẽdio Domitianus dedicauerat. Ibi enim inter cætera & hoc legimus.

ET HAC LEGE DEDICATA EST NE CVI LICEAT INTRA HOS TERMINOS AEDIFICIVM EXSTRVERE MANERE NEGOTIARI

Et quæ sequunt. Est & illud, ut multa interim dissimulē, apud Pallonios Romæ.
L. LEPIDIVS. LIB. HERMES
NEGOTIATOR AERARIVS
Et alibi. NEGOTIANTI PVLLARIO. & INQVILINI NEGOTIANTES. & huiusmodi pleraq; ex antiquorum posita monumentis. Quod si NEGOTIARI. per. T. scribitur. OTIVM. quoq; proportione eadem incolumi, scribendum esse crediderim. Sed & in aliis quoq; codicibus antiquis diuersorum Auctorum. OTIVM. & OTIOSVS. per. T. scriptum animaduerti; ut in Terentiano codice antiquissimo & maxime castigato; Quem Phi. Beroaldus Iunior, Bibliothecarius Vir eruditissimus ex Vaticanæ bibliothecæ penetralibus depromptum mihi legendum dedit. Ibi enim scriptum est, Dissolui me, OTIOSVS operam ut darem tibi; quod elegantia haudquaquam pari in uulgatis codicibus. Dissolui me Ocius. habetur. Hæc quamuis aliquis leuia esse dicat, grauissimis tamen Viris negotium plerunq; facessere consueuerunt.

NANQVE ERIT ILLE MIHI SEMPER DEVS. Vt taceam quod in antiquis codicibus. NAMQVE. per. M. ante. Q. scribitur; Iuniores. SEMPERDEVS. unico uocabulo scribere cœperunt; quæ in antiquis codicibus distincta sunt; in nōnullis puncto etiam inter, SEMPER, & DEVS, interiecto. Neq; tamen eorum improbo iudicium, quibus felix illa apud Græcos compositio quæ. ἀεὶ θεός. est, tantopere adrideat.

VSQVE ADEO TVRBATVR AGRIS. In perueteri quidem codice quodā. TVRBATVR. legere est. Sed in Romano illo antiquissimo, & in Oblongo Vaticanis, neq; non in Mediceo. TVRBAMVR. non inuenuste legitur. Seruius alterum illud mauult; ut Impersonale pertineat ad omnes generaliter, inquit ille. Citat uero locum hunc Fab. Quintilianus. Totis Vsq; Adeo TVRBATVR Agris. inter eas formas, quæ proprie cuiusdam rationis sunt, ut, Itur in antiquā Siluam; quæq; initium non habent. ut, Fletur. apud Terentium, & similia. Quare hinc Seruio adquiescendum esse uidetur.

PROTINVS AEGER AGO. Plurima quidem exemplaria. PROTINVS. per. I. in pene ultima legunt. Sed in Oblongo codice Vaticano, & in Mediceo. PROTENVS. habetur per. E. quod Seruius exponit, porro tenus; quamuis aliter No. Marcellus interpretatur. Sed inter. PROTENVS. per. E. &. PROTINVS. per. I. differentiam ponit Caper; Qui. PROTENVS. per E. locale aduerbiū esse uult, PROTINVS. uero per. I. inseruire tēpori iubet.

HIC INTER DENSAS CORYLOS. In Romano codice. CORVLOS. per. V. passim scriptum est, peruetteri ea consuetudine, qua Romani peregrinas litteras non admittebant. Sane uero Corylum, & Nympham accepisse nos a Græcis, quæ per. Y. scriberemus, ait Priscianus. Sed id etiam aliquantulum me mouit, quod in codicibus nonnullis. COLYROS. litteris transmutatis, Sed eodem modo passim in eodem codice animaduerti. Ita aliquot ut in Oblongo. COLYROS. aliena manu repositum, priore abrasa lectione, forte quod inde. COLVRNVS fiat. Fuisse uero prius. CORVLOS. etiam in Oblongo ostendit, locus adhuc intactus. Neue inter Vites CORVLVM sere. Quantum uero pertinet ad Colurnum, Barbatismum esse Sosipater Carisius litterarum transmutatione dicit, quum sit Corulus arbor. ita enim apud eum scribitur.

HA SILICE IN NVDA. Romanus codex, & Mediceus particulam interiectionis. A. absq; adspiratione ponunt, ex Probi sententia. Quod uero passim in uulgatis codicibus legere est. SILICE IN NVDA. apud Noniū. IN MEDIA. legi, sed puto inemendate.

SAEPE Sinistra Caua PRAEDIXIT AB ILICE CORNIX. Versus hic

in ueteribus, quos sequimur, codicibus non habetur. In aliquot altera manu suppositicius est. ut in Oblongo, & in Longobardico; in quo etiam . DICEBAT . pro PRAEDIXIT . habetur; quæ lectio est etiam alterius Virgiliani codicis manu scripti; cuius mihi copiam fecit Nicolaus Delphius.

DEPELLERE FOETVS . In Oblongo quidem codice . FOETVS . cum . OE . diphthongo scribitur. In reliquis . FETVS . absq; diphthongo. Sed enim Numismata . FOETVS . per . OE . scribendum monent; dum quæ inde uocabula deducuntur Fœcundus, Fœcunditas, & similia per . OE . scripta nobis ostendunt. Vt in Faustinæ Aug. FOECVND . AVGVSTAE . & ita in reliquis. Phrasis uero hæc Varroniana est; apud quem legas in libro de Re rustica; Quum depulsi sunt agni a matribus, adhibenda diligentia est, ne desiderio senescant.

SIC MATRIBVS HOEDOS . In antiquis plerisq; codicibus . HAEDOS . per . AE . diphthongum habetur. Sed usus . OE . recepit. Quod uero paulo post ait Tityrus. Sic paruis componere magna solebam. præceptum est M. Tullii Ciceronis de optimo genere dicendi, sic asserentis. Parua enim magnis sæpe rectissime conferuntur; Quod dictum uolui, ut intelligas, quod ait Seruius, Genus hoc argumentationis & apud Aristotelem, & apud. M. Tullium Ciceronem inueniri.

GALATEA RELIQVIT . In codicibus plerisq; ueteribus . GALATHEA . per . TH . scriptum est; quod imperite ἀπὸ τῆς θεᾶς, deduci nomen arbitrarentur. Græce uero γαλάτεια est; cuius . ει . pene ultimam diphthongũ in . E . longum transire apud Latinos, ex Terentiano, & aliis satis constat. ut μήδεια Medea . αἰνείας Aeneas.

IN ARBORE POMA . In Romano codice . MALA . non POMA . legitur; altera uero manu . POMA . adscriptum est. & in altero satis antiquo abrasa est tota dictio; & . POMA . scriptum altera manu. Vtrum malueris admittere tantundem est. Poma tamen numerosius uidetur, atq; ob uocalium uarietatem, & ob litteræ sonoritatem gratius.

HIC Illum Vidi Iuuenem Melibœe QVOTANNIS . Multi . QVOTANNIS . una dictione scribendum contendunt. In antiquis tamen omnibus exẽplaribus, quotquot uersare contigit, QVOT . ANNIS . distincte scribitur, idq; plurimum in Marmoribus, & Tabulis æneis, ut alibi ostensum.

HIC MIHI RESPONSVM PRIMVS Dedit. In codice Longobardico . PRIMVM . habetur. Sed . PRIMVS Dedit Responsum . magis Seruio uidetur facere satis.

VICINO AB LIMITE SEPES . Romanus codex Vaticanus, & alter Oblongus . SAEPES . per . AE . diphthongum scribunt. ita . SAEPTVM . uti superius, Exiret uictima SAEPTIS . & . SAEPIO . ut . SAEPSIT tectis. Quæ ita recte scribi ostendit aduerbium SAEPE, eiusdem originationis.

RAVCAE Tua Cura Palumbes. Male RAVCI . Virili genere codices nonnulli habent; quis Plautus Palumbem uirili genere dixerit in Bacchidibus. Duæ unum expetitis Palumbem. Et Pomponium Citat Nonius, qui unum Palumbem itidem masc. gen. protulerit, placuisse tamen Virgilio fœminino uti, non it inficias.

PAVPERIS ET TVGVRI . Sit ne . TVGVRI . per unum . I . an . TVGVRII . per synizesin scribendum; deq; huiusmodi nominum scribendorum ratione, diu multumq; apud omnes omnibus est ætatibus disputatum. plurimum uero Scriptores ueteres dum compendiariam scribendi rationem quærerent, ubicunq; . II . geminatum inuenissent, unicum scribere uoluere, apice tamen eius supra reliquas litteras exporrecto, ut . DIS MANIBVS . & MEMOR BENEFICI. Quod uero in huiusmodi scriptionis genere, duæ nõnunq; inesse litteræ intelligan-

tur, inde patet quod inuenias plerunq; consonates etiam ipsas; si supra aliarum litterarum ordinem producantur . I . uocalem insertam ostendere, ut . AVRELA . pro . AVRELIA . Cuiusmodi adhuc inscriptio Polæ uisitur in hunc modum.

D . M
AVRELAE
LEVCIPPE
CONIVGI
L. ANNIVS. P. F.
VITALI . SVAE

Ita etiam in . T . littera, siue . I . præcederet, si ue subsequeretur, animaduerti uocalem ipsam inseri solitã hoc pacto. ✝. Id enim signum tam . TI . q̃ etiam . IT . significat; Cuius rei, & si alibi etiam exempla inueniuntur, id unum ponam, quod ab Vrbano Valeriano Patruo meo harum antiquitatum indigatore diligentissimo exscriptum accepi; Id quod Polæ etiamnum inspicitur.

D . M
AVRELIA
CRESCEN
✝NA CONIV
GIVE
PRODITO
CON. QVO . VI
XIT . ANNIS
XI. DE. SVO. PO
SV✝ . B . M .

In quo monumẽto non pigeat, tam & si κατὰ πάρεργον est, tria adnotatu digna designare. CRESCEN✝NA pro CRESCENTINA . Verso uero modo . POSV✝ . pro POSVIT . Et . CON . præpositionem per . O . & . N . ut nunc uulgo pronunciãt. Sed enim quantum ad . I . litteram spectat; eam scribendi rationem, ut una pro geminis ponatur, non admittit Caper. Et per detractionem corruptam esse Ter. Scaurus clamitat. Qui litteram . I . non tantũ in Genitiuo nominum huiusmodi geminari, ut . ANTONII . TREMELLII . Verum etiam uocatiuos nullam pati detractionem, ut . O ANTONII , O TREMELLII . singulari numero dicendum; atq; scribendum esse censet. Huius sententiæ subscribit Val. Probus in Arte, dum quæri ait; qua de caussa . O MERCVRII . per duo . II . scribatur, quam ita reddi tradit. Quoniam quæcunq; nomina Ablatiuo casu numeri singularis . O . littera terminantur, & Nominatiuo casu num. sing. VS . syllaba post . I . litteram definiuntur, hæc Vocatiuo casu numeri singularis cum nominatiuo casu eiusdem num. singularis pari numero syllabaræ scribantur; & ideo O MERCVRII . per duas . II . litteras scribi pronuntiatur. Inuenies tamen diuersum quid in institutis eiusdem, iis exẽplaribus, quæ uulgata sunt, præsertim in nominibus propriis. Vel. Longus, quãtũ pertinet ad Genitiuum . II . geminũ oĩno quærit; O . quã lr̃a Datiuus finit, in . I . mutata Iulio Iulii . Pallio Pallii. Quæ uero de Vocatiuo altercatio est, ætatis nostræ Litterati omnes in Carisii sententiam concessere; quã ita pronuntiatã cõstat. Illud memineris quod omnia nomina masculina; quæ ante . VS . Syllabam . I . habent, in Genitiuo singulari eandem . I . litteram geminatam recipiunt, In Vocatiuo uero, ne similis sit Genitiuo singulari, unam . I . recipiunt. Ne cui uero leue uideatur de huiusmodi scriptionum ratione disputare, sciẽdum clarissimos sæpe Viros super tam leuibus argumentis nõ incuriose declamare solitos; Vt illud quod huic simile considerationi Probus ait, amasse . M . Tullium primam personam a uerbo pereo . PERII . duplicato . II . pronuntiare, quoniam uerba Modi indicatiui specie perfecta ex prima persona numeri plur. MVS . syllabam amittant; & ita eandem personam numeri sing. ostendant, ut puta . PERIIMVS PERII . At Terentium . PERI . unico . I . pronuntiare maluisse; quod a secunda eiusdem temporis . STI . detracta syllaba . primam fieri putauerit. Sed enim, uti alibi latius diximus. totũ hoc scriptionis genus in figuras Synæreses aut Synizeses reiiciendum. Ac . TVGVRI . & paulo inferius . PECVLI . scribendum. Aliorum autem Grammaticorum dictata super hac eadem re in primo Aeneidos eo loco . Hic tamen ille Vrbem Patauii. recitauimus; ne omnia huc congerentes fastidio essem?.

EN QVO DISCORDIA CIVES PERDVXIT Miseros. In perueteri exposito codice Vaticano, & in Longobardico. PERDVXIT. omnino legitur, ut uulgata habent exemplaria. Sed in Romano, in Mediceo, & quibusdam aliis. PRODVXIT. habetur; id quod alii uiderint. CIVIS. uero per. I. more Velliano, ut etiam in nummis pluribus est, meliores habent codices.

EN QVIS CONSEVIMVS AGROS. Veteres quidem pleriq; omnes codices ita habent, ut uulgo legitur, Romano, excepto; in quo scriptum est. HIS NOS CONSVEVIMVS AGRIS. Quasi dicere uelit, quod nescio qua natale solum dulcedine mentes afficiat. Sed enim lõge acerbior querela mihi uidetur, magisq; mouere pathos, quum lamentatur Hostes, & eos quidem impios & Barbaros, bona quæ ipsi sibi comparauerint, habituros, labores suos perditos, messemq; ipsam tam cultam, tam lætam de manibus sibi uiolenter abreptam. Quare Meliboeus, qui dixerat, Impius hæc tam culta noualia Miles habebit, Barbarus has segetes, ad infelicitatem suam miserabilius deplorandam, remq; ipsam atrocius exacerbandam, caussam obiectat Ciuium discordiam; Quasi dicere uelit ipsosmet sibi pedicas complicasse. Malum enim, quod sibi quis accersit, adscribitur imprudentiæ; quod uero aliunde accidit, uel Fortunæ, uel Fatorum inclementiæ, ubi cõsolationis locus a necessitate, cui neq; Deos repugnare posse Poetæ ueteres tradidere.

ITE MEAE QVONDAM FELIX Pecus. Romanus codex notæ maioris, Oblongus, Longobardicus, & aliquot alii manu scripti uersum hoc dictionum ordine legunt. ITE MEAE FELIX QVONDAM Pecus. quod nescio quid suauius (habet.

DVMOSA DE RVPE PROCVL PENDERE Videbo. Hic etiam numerus mutatus in codicibus aliquot manu scriptis, in quibus legitur. DVMOSA PENDERE PROCVL DE RVPE Videbo. & ita legitur apud Arusianũ in Elocutionum libello. In Mediceo codice uno mutato uocabulo. FRONDOSA Pendere Procul DE RVPE. scriptum est. Quod quidem ego sumptũ crediderim ex Pomp. Festi paraphrasi, ita, DVMOSA, interpretantis; quum, SPINOSA. Seruius uelit.

HIC TAMEN HAC MECVM POTERIS Requiescere NOCTE. In Romano codice, & in Mediceo. POTERAS. exacta specie scriptum est, quod ualde placet. In Longobardico, in Mediceo, & plerisq; aliis. HAC Mecum POTERIS Requiescere NOCTE. Ablatiuo casu habetur, ut pleraq; etiam uulgata habent exemplaria. Sed. HANC NOCTEM. agnoscit Arusianus Messus in eodem Elocutionum libello; qui falso sub alterius nomine circumfertur; cuius legitimã inscriptionem inueni in Iani Parrhasii Bibliotheca. Arusianus itaq; probaturus elocutionis formam, quod requiesco illud tempus dicimus eleganter, carmen hoc ex Virgilio citat, ubi. HANC Mecum Poteris Requiescere NOCTEM. habeatur, Accusatiuo casu. alia uero significatione ab eodem dictũm esse alibi. Et mutata suos requierunt flumina cursus. Quod uero Tityrus habere se castaneas molles dicit, exponitq; Seruius, Maturas, magis placet, quod Nonius Marcellus ait; Molles, Nouas, uel Recentiores.

IN ALEXI.

ORMOSVM PASTOR CORYDON ARDEBAT ALEXIN. In Ro. codice . FORMONSVM . est, littera . N . inter . O. & . S. inserta. Fuisseq; porro Veterum morem eam litteram uocalibus natura longis adscribere, plerisq; Veterum inscriptionibus apparet. Sed enim non mediocriter peccare ait eos Terentius Scaurus, qui . FORMOSO . N . litteram assumūt; quæ nō magis huic nomini necessaria sit, q̃ Glorioso, quod a gloria uenit. Indignatur etiam Caper huiusmodi nominibus eam litteram adiungi; quū tamen huiusmodi nomina non in codicibus tantum antiquis, uerum etiam in plerisq; Veterum monumētis cum . N . littera scripta deprehendantur. ita Atlans. Gigans. Pallans. In codice Ro. sane passim . FORMONSVM Pastor Corydon. & O FORMONSE Puer. & FORMONSISSIMVS Annus. cum. N. habentur. In oppido uero Fabrica, pro foribus ædiculæ sancti Ioannis, non inelegans legit Epitaphium; quod mihi, dum talia inuestigarem, ostendit Ant. Valla Teanensis, Vir & bene litteratus, & hasce antiquitatū diligētissimus explorator. Id est huiusmodi.

HIC AQVILAE CINERES MISERABILIS VRNA SEPVLTVS
CONTEGIT ET FATIS EXPROPERATA NIMIS.
OCCIDIT INFELIX CEPTO MODO FLORE IVVENTAE
QVEM FINIIT ANNVS SEPTIMVS ET DECIMVS.
FORMONSVS FRVGI DOCTVS PIVS A PATRE MAESTO
ACCEPIT TVMVLOS QVOS DARE DEBVERAT.

Quod quidem ea ego de caussa factum existimo, quia mos Veteribus fuerit istiusmodi uocalibus natura longis τὴν μακρὰν – signum superaddere; qua nota Lectores quantæ illæ essent admonerentur; Eamq; postmodum imperitioribus sæculis compendiariæ scripturæ apicem esse crediderunt. Cœptaq; primo pro . N . proferri, mox & adscribi; atq; ita ex . Formosus. Formonsus. ex. Thesaurus. Thensaurus. ita ex Atlas. Atlans, & similia in usum prodiere. Vel in iis, quæ in OSVS. exeunt, circumflexus accentus adnotabatur, proq; apice scriptionis eodē errore acceptus accentus; aliter qui potuerit ea barbaries inolescere non uideo. Nam, & . TORRENTE . pro TORRETE. Crescent illæ CRESCENTIS amores, pro CRESCETIS. OBTVNSVM, pro OBTVSVM. & Sexcenta huiusmodi passim inuenimus. Contra uero pleraq; absq; . N . scripta deprehendi in Veterum monumentis, quæ nunc uniuersa consuetudo per . N . scribit atq; pronuntiat. Quis enim est, qui non. INFANS . CLEMENSQ. dicat? Romæ tamen in Diuæ Mariæ cognomento Maioris Basilica, uetusto lapide scriptum est

RAPTA SINV MATRIS IACET HIC MISERABILIS INFAS.

In eo inquam monumento . INFAS . absq; littera . N . notatum est. Et Ameriæ habetur antiquo lapide. In pariete domus cuiusdam in colle sitæ. C . CAESIVS . CLEMES . In quibus nominibus scribendis Græcos potius q̃ Latinos mihi secuti uidentur, apud quos . CLEMENS . nomen proprium Κλήμης scribitur. Ne uero stupori hoc aut imperitiæ cuiusq̃ ætatis detur, scimus Veteres quoq; illos, qui sæculis eruditissimis floruere, in huiusmodi plerisq; fuisse diuersos. Fl. n. Sosipater Virgiliū ait . MENSAM. cū . N . littera prima syllaba sæpe protulisse, Cui dictioni Varro sit . N . demere solitus. quod inde . MESAM. dictam putaret, quod media poneretur; quiq; aliis in uocabulis, quantum in se fuit, Græcis inuidit, huius tamen originationem esse ab eis non inficiatur. Et nunc qui Latine scribunt, Virgilium sequunt; qui uernaculo utuntur sermone, Varronis repetunt idioma. Eiusdem generis fuit olim, Pago, Pagis, quod nunc per . N . Pan-

go, & scribitur, & enuntiatur. Nam in . XII . tabulis uerbum id absq; . N . notatum tradit Quintilianus, ut Cano Canis; cuius figurationis adhuc, Pepigi, retineamus. Bissenos pepigere Dies. Ac ita quidem Aetates pene singulæ gauisæ sunt, modo hoc modo illud uariare, quæ singula persequi inexhausti laboris opus esset. Sed ut nos ad suscepti operis argumentũ reuertamur, his interim omissis, illud minime dissimulabimus scriptũ esse in Ro. codice diuerso a uulgatis numero. FORMONSVM CORYDON PASTOR Ardebat Alexim. Idq; forte ea caussa mutatum ab aliis, quod posteriora secula communis loci facultatem cesuris uidentur inuidisse, ueritiq; sunt, neq; syllabam, quæ alioqui satis per se ualida & canora est, neq; locum, quo sita erat, carmini sustinendo sufficere.

DELITIAS DOMINI. Vsu Inoleuit, ut. DELITIAS . per . T . secunda a fine syllaba scribatur fere passim. In his tamen codicibus antiquis. DELICIAS . per . C . scriptum plurimum obseruaui; & ita recte scribi ostendit, quod ex eadem est originatione, nomen, DELICATVS.

ASSIDVE VENIEBAT. In codicibus aliquot manu scriptis. ADSIDVE. In aliquot etiam. ATSIDVE . T . loco . D . substituta. Sed. ASSIDVE . per . SS . geminatum scribi debere ostensum alibi est.

MORI Me Deniq; COGIS. Est quidem. COGIS . præsenti tempore. In Oblongo Vaticano, in Longobardico, & aliquot aliis codicibus antiquis. In Romano scriptum est. COGES . terminatione Futuri; quod peculiari quodam scriptionis more . I . uocalem tertiam in . E . secundam plurimum eo libro conuertentis, factum crederem; nisi sententia eadem futuro tempore haberetur apud Theocritum; a quo dictũ Virgilius mutuatur. ἀπάγξασθαί με ποιήσεις.

VMBRAS ET FRIGORA Captant. In Mediceo codice & aliquot plerisq; aliis. AC FRIGORA . legitur.

ALLIA Serpillum. Scribendum ALIA unico . L . cum antiquis codicibus doctorum etiam hominum sententia decernit. Sunt, qui nomini huic adspirandũ esse putent, propterea quod ab Halo halas deducatur. Ne uero Halium tetro tantum odore molestum esse putemus, eius quoq; syllaba pene ultima negotium facessit antiquis Grammaticis. quum ea iam ætate uulgatum esset per . E . ALEVM . scribere, quod adhuc in uetustis aliquot codicibus habetur. ita & DOLEVM, & PALLEVM. Quocirca Sosipater Eos reprehendit, qui pene ultimam huiusmodi in his nominibus per . E . notarent, quum apud Virgilium (ait ille). ALIA . per . I . legatur. Neq; illud prætereundum fuit. quod in Romano Codice pro SERPILLVM; scriptũ est. SERPVLLVM . per . V . media syllaba, ut uulgo nunc Romæ loquuntur. Idq; ea ratione factum, quod . y . ex Græca uoce in eam litteram abierit. Nam ἕρπυλλος apud Græcos non minus per . υ . scribitur q̃ ἑρπυσμὸς & ἑρπυστὴς . omnia ab ἕρπω (id enim nos adspiratione in . S . mutata Serpo fecimus) deriuata.

ATQVE SVPERBA Pati Fastidia. Illud quoq; sine risu proferri non posse pleriq; indicabũt, Si . SVPERVA . per . V . digammon in Ro. codice scriptum esse dixero; cuius rationis tot Romæ & alibi reperiũtur inscriptiones. In Cælio monte. SACERDOTI . VENEMERENTI . FECIT. Ita passim. VONITATIS . pro . BONITATIS . AMAVILI . pro . AMABILI. INCOMPARAVILI . pro Incomparabili. Cuiusmodi sono & enuntiatione eius litteræ & Campania omnis & Brutiorum populi, totaq; Italiæ pars, quæ Græciam uersus uergit, adhuc utuntur. Quin etiam Clarissimi Litteratura Viri, tam scribendo, q̃ loquendo, in familiari domesticoq; sermone. SVPERVO . pro. SVPERBO . dicunt, & huiusmodi reliqua. Ac ne unius tantum codicis, aut corruptæ ætatis nostræ abusum hunc esse credamus, Scimus Præclarum olim Virum Adamantium, quo deprauatam sæculi sui pronuntiationem emendaret, De . B .

muta ; & . V . digâmo , & uocali plurima disputasse, ex quibus aliquid locis suis recitare minime grauati sumus . Ac quantum ad præsens negotium facit , tradit Is, Nomina , quæ in . VVS . exeunt Bisyllaba , per V . digammon scribi , ut NOVVS . SAEVVS . CVRVVS . BALVVS . TORVVS . Ex quibus . ALBVS . tantum discretionis gratia per . B . mutam scribi præcipit ; quippe, ut differat a nomine . ALVVS . quod per . V . digammon scribitur . Hic uero agit de nominibus tantum adiectiuis . Pollisyllaba uero per . B . scribi iubet . Vt . SVPERBVS . ACERBVS . Ex quorum tamen numero . PROTERVVS . excipiatur . Nimirum uiderat Adamantius , & . SVPERVA . & alia huiusmodi ex usu pronuntiationis , quæ temporibus illis maxime uigebat , scriptitari ; Græcitate iam ab Imperii translatione in uniuersam Italiam illapsa ; Nam inde pronuntiationem eiusmodi processisse negarit nemo , qui uel prima Græcarum litterarū elementa perceperit . Quanq̃ non satis affirmare ausim , nos ne magis , an illi Romanos ueteres imitemur . Sed enim hæc alii uiderint .

NONNE MEMALCAM . Antiqui omnes codices , quos uiderim , Longobardico excepto . MENALCAN . per . N . scriptum habent . quæ suauior est pro.

VACINIA Nigra Leguntur. Et hoc ætate nostra receptum (nuntiatio , uideo , Vt . VACINIA . unico . C . scribatur ; quum tamen in antiquis omnibus his exemplaribus duplici scriptum inueniatur . VACCINIA . idq; passim . Præterea Adamantius , siue , ut alibi legitur Martyrius Adamantii filius (Nam omnino ea , quæ de . B . & . V . In compendium collegit , ab Adamantio Patre se accepisse fatetur) ubi quærit utrum Vaccinium an Baccinium . Vacca , Bos , an Bacca sit scribendum; quippe per . V .digammon , an per . B .mutam . Primas harum dictionum litteras eo statuit ordine , quæ post . VAC . alteram habeant consonantem . Nam de . VA . una subsequente consonante superius tractauerat . Quare tam huius Auctoritate , q̃ Veterum codicum testimonio . VACCINIA . duplicato . CC . scribendum contenderim . & ita inferius corrigendum . Mollia luteola pingit . VACCINIA . Caltha .

DESPECTVS Tibi Sum ; NEC QVIS Sim Quæris . In Mediceo , & antiquis aliquot aliis codicibus legere est . NEC QVI SIM . Quod si diligentius perpēdas forte non displicebit . Nam distinctionem inter . QVIS . & . QVI . ita ditam a Grammaticis ; minime seruati ab Auctoribus alibi ostendimus .

QVAM Lactis ABVNDANS . Oblongus codex Vaticanus , Longobardicus , Mediceus , & aliquot alii Verbum . HABVNDO . cum adspiratione . scribunt . non quod ab Habeo descendat , sed ut uox fiat incitatior . Ea enim de caussa plerisq; dictionibus Veteres adspirabant , ut patet in . Heluone . Quanq̃ litteratissimi Viri scriptis prodidere præter rationem adspirationem præponi huic uerbo , quod ex . AB . præpositione , & Vndo Vndas fiat .

NON EGO DAPHNIM . In multis . DAPHIN . per . N . finali littera scriptum inuenias , quod ita esse debere ostendit uersus ille . DAPHNIN ad Astra feremus . Nam si per . M . esset , collisioni locus foret .

SI NVNQVAM FALLIT IMAGO . In Romano codice , in Mediceo , in Longobardico , in Oblongo Vaticano , & plerisq; aliis . FALLAT . scriptum ; Subiunctiui Modi declinatu .

PAN PRIMVS Calamos Cera Coniungere Plures Instituit; PAN Curat oues. In Romano codice . PRIMVM . legitur aduerbialiter . Sed . PRIMVS . omnino melius , ut in aliis habetur . Est & illud . PLVRIS , & , OVIS . per . I . Velliano more .

NEC TE POENITEAT Calamo Triuisse Labellum . In Romano Codice & aliquot aliis manu scriptis . PAENITEAT . per . AE . diphthongum primā habetur . Sed . Q . ei formæ insitum est ex etymo ; quum Pœnitentia dicta sit,

quod pone teneat. Sane uero præteritũ a Tero Teris. TERVISSE. esse debuit; ait Vel. Longus; maluisse tamen Virgilium. TRIVISSE. dicere.

SPARSIS ETIAM NVNC Pellibus Albo. Antiquissimus ille codex maioris notæ membrũ unum ita distinguit. SPARSIS ETIAM NVNC PELLIBVS. Inde ultimam ex uersu dictionem cũ subsequenti iungit hoc pacto. AMBO Bina die siccant Ouis Vbera. quam forte lectionẽ elegantia ingenia nõ aspernabũtur.

QVOS Tibi Seruo. In Ro. codice. QVOD. habetur; Vt non tantum Capreolos, uerum etiam & fistulam uno eodemq; munere complectatur.

ADDAM Cerea PRVNA, Et Honos Erit Huic Quoq; Pomo. Licet Hinc eorum obscuram diligentiam deprehendere, qui quum passim in Veteribus exemplaribus legerent. ADDAM CEREA PRVNA. HONOS ERIT. absq; Particula Coniunctiua, eam, ne uersus infirmus esset, inseruerunt; Qui, si non animaduertebant, eam inesse uim adspirationi, ut præcedentem uocalem sustinere possit; Certe pleraq; toto opere eodem modo, sine ulla collisione posita, & Homeri, & aliorum Poetarum tam Græcorum q̃ Latinorum exemplo cognoscerent. Sane. ET. particula in nullo ex his antiquis exemplaribus inuenitur, Idq; manifestum in Romano codice, & in Longobardico, & in Mediceo; in Reliquis aliena manu & atramento intrusa. Atq; ut hos eo timore absoluam. Sit exemplum uocales non semper abiici per alterius collisionem. Credimus, an qui amant. Quod si non has figuras admittamus, adspirationis dubio procul exemplum eo uersu est. Ille latus niueum molli fultus hyacintho. Sed obiiciet forte aliquis Nigidii Figuli cõmentaria; In quibus ille. H. non esse litteram tradiderit, Sed adspirationis notã, obseruatum a Victorino. Cui qui respondent, Græcos aiunt numeros suos per litterarum figuras adnotare. ac ueluti per. α. unum. per. β. duo, per. γ. tria. & sic de reliquis; ita per. Η. quæ apud eos figura est adspirationis, ἑκατὸν hoc est Centum describunt. eam nimirum litterarum honore decorantes. Latini uero octauum illi locum in litterarum ordine non temere adscripsere. & in inscriptionib⁹, in quibus, singulis tantum litteris uti solent. H. utuntur sæpissime, perinde ac etiã litteris aliis, quippe si. hic. hæc. hoc. pronomina significanda sint, siue Hæredes; siue Hora, uel quid huiusmodi. ut. H. M. H. N. S. Hoc Monumẽtum Hæredes Non Sequetur; siue, quod alibi est, Sequit. Et. S. H. L. quod Secundum Hanc Legem. interpretat, &. H. H. quod significat, hac hora: Quæ, si littera non esset, neq; in numeris cẽtenarii uocem, ut in eo nomine prima, neq; in his aliis quidq̃ significaret præter spiritum; uoces uero ipsæ per uocales in unaquaq; dictione primas notarentur. Habet præterea. H. sonum proprium, quem licet Catullus uideatur elusisse, nostris tamen temporibus (Nam quo pacto Prisci pronuntiauerint audisse nõ possumus) quotquot litterati sunt, Mihi, & Nihil. H. tantum inter duo illa. I I. interiicientes scribunt. Eas tamen dictiones propemodum pronuntiant, ac si præter H. C etiã insertum esset. quod quidem ipsius. H. litteræ uim & sonum proprium ostendit. Quare Vel. Longus ait. H. & ante uocalem, & post uocalem nescio quid proprium sonare, hæc tamẽ, ut pleraq; alia corrupta sunt apud Velium. Quid uero illud, quod litteræ tot in. H. abeunt & ipsum. H. modo in hanc, modo in illam litteram commutatur? Id enim præcipue litterarum esse constat, ut hæc illi succedat, aliæ dentur in aliarum locũ; pro Idiomatum quippe, Nationum, Gentium, atq; etiam ætatum conditione, consuetudineue, uel quia multæ inter eas cognationes intercedant, Hinc alii per. Q. Periquilum; per. C. alii. Periculum scripsere. Sic Aquipenser & Pequunia in Ancipenserem & Pecuniam abiere. Eadem in. C. &. G. litteris affinitas. Vnde Cortynia & Gortynia indifferenter sciptum inuenias. & quæ per. C. Caieta. Cneus. Caius. Curculio. notantur, per. G. tamen enuntiantur. Sic. M. transit in. B. cum ex Scamno Scabellum facimus. Sic. P. sic. D. etiam in. B.

uersæ, cum ex Duello, Bellum; ex Pyrrho, Burrus, effectum est. Quid memorem . T . & . D . tam arctæ cognationis litteras? Nam, ut reliqua dissimulem, Quæ per . T . prius Alessanter & Cassantra scribi solita, iam per . D . Alexander . & Cassandra, quo mollius enuntientur, notari uidemus. Ipsum uero . D . quot in locutionibus in . L . uerti patitur? quum Lingua ex Dingua, a dico; quũ Sella ex Seda, a Sedeo exprimuntur. Quoties eadem in . R . litteræ locum data? nonne Lemures, qui a Remo Remures, nonne Merdies ex Medidie factum? R . autem ex . S . bona ueterum nominũ parte fecimus . Vt Aurelius ex Auselius. Ara . Plurimus. Maiores . Feriæ . Lares . quæ prius p. S . Asa . Plusimus . Maioses . Fesiæ . Lases, & tot huiusmodi tam primo & medio, q̃ Vltimo uocum loco scriptitari solita. Sic & . H . multarum & ipsa litterarum uicaria reperitur, in hanc & illam ipsa quoq; litteras transmutatur . Vt quum ex, Veho, uexi, ex Traho traxi, facimus . nunc in . V . ut Hesper, Vesper. Nunc in . F . ut Hanula Fanula . Formiæ, pro . Hormæ quod circa eas crebræ tutæq; stationes essent, ut apud Verrium . Contra uero . F . in . H . mutatum, ut in nominibus, quæ a Sabinis accepta Romani in ciuitatem adsciuere . Cuiusmodi sunt Trafo . Vefo . Fircus . Forreum . Fostis . Fostia. & alia pleraq; . quæ Romani quum in Ciuitatem adsciscerent, alia quadam littera ueluti toga sua, uel prætexta donata, insigniri uoluere . ¶ Quid uero ludicrũ illud ueluti certamen quoddam, quo . F . in . B . transilit, ut quum Bruges priora quædam sæcula pronuntiarunt, quæ posteri per . F . Fruges scribere maluerunt . In aliis aliquot . H . in . B . ut quæ Helena prius fuit . Apud Romanos Belena diceretur . An, nisi littera esset, tantum illi iuris, ut modo in hanc, modo in illam litteram abiret, concederetur . An consonantes aliæ uice uersa dignatæ essent in eam transcribi, nisi quid saperet litterarium . Longum uero esset enumerare quot huiusmodi sint mutationes; quæ mihi ex litteris in litteras ita fieri uidentur, uti quum quis ex Plebe ad Equestrem, ex Equestri ordine ad Senatorium prouehitur . ac uice uersa, uel Censoris alicuius notatione, uel suo nonnunq̃ ex commodo ex Senatu ad Plebem transit . Vir enim idem quoquouersum rapiatur condiciones mutat, nõ naturam . Sic . H . sic . V . & . I . & aliquot aliæ nonnunq̃ litteræ, nunc uno nunc alio ordine recensentur; quin tamẽ litteræ sint, non aliter quisquam uicerit, q̃ qui eum, cui purpuræ usu interdictũ, aut ademptus in censu Equus fuerit non Hominẽ amplius esse contendat . ¶ Sunt .n. qui ea ratione . H . non esse litteram conant̃ ostendere, quia neq; in uocalium, neq; in Semiuocalium, neq; in Mutarum ordine locum habeat; Quod quidem, ut in eadem perstemus similitudine tantundem mihi est, ac si diceremus Sosiam aut Dauum ideo non esse Homines, quia Romæ neq; inter Senatores, neq; inter Equitum centurias, neq; ulla in Tribu recensean̄t. Verum adeone absurdum erit unam inueniri litteram, quæ inter uocales & consonãtes medium quẽdam locum habeat, aut alterius cuiuspiam sit condicionis; ueluti apud Græcos . S . quam licet per se sonare, suisq; uirib9 pollere, neq; alterius cuiuspiam litteræ auxilio, ut enuntiaretur . indigere non negabant, nequaq̃ tamẽ inter Vocales enumerauere . Cum uero Consonantes in Semiuocales & Mutas diuiderent, tripliciterq; Mutas partirentur, Seminocales dupliciter . Sigma ab aliarũ ueluti consortio segregatam ἄσημον appellarunt, cui neq; signum, neq; notam ullam inuri posse uiderent, quod Ea suæ cuiusdam potestatis esset . Quæ uero inuidia sit apud Latinos unam esse litteram quæ suæ & ipsa quodammodo potestatis medium inter Vocales & Consonantes locum obtineat, nonnunquam etiam, si adlibuerit, nec littera esse uelit, quum aliæ quoq; litteræ nulla ui, nullo sono euanescere; aliæ aliter scribi, aliter sonare deprendãtur . ¶ His itaq; confutatis, sunt qui a finitione . H . non esse litteram argumententur; quia scilicet . H . sit humani spiritus, Flatusue collecti sonus intelligibilis . Sed enim uel quæcunq; figura hac finitione describetur, perinde littera non erit, uel siqua nota, cui ea competat, fini-

tio ; littera erit. H. quoque litteram esse consentaneum erit. Nam si animatum quid sit, & rationis particeps, & morti obnoxium, id dubioprocul erit Homo. Socrates igitur homo. Atqui litteræ. C. F. R. & . S. iisdem circumscribuntur terminis, ut earum unaquæque sit humani spiritus Flatusue collecti sonus intelligibilis. Differunt tamen ex eo, quod accidit huic uel illi, ut Aethiopi, nigrũ esse. Scythæ, Album; Socrati, Simum; Platoni latos humeros habere. Ita Adspirationi (de Nota enim loquor, non de re, quæ nonnullis ansam cauillandi dedit) id accidit ut densius, & crassius enuntietur. C. ut pressius & exilius emittatur. F. ut Vastiore quodam sono proferatur. R. ut asperius & per uim quodãmodo elidi uideatur. S. ut incitatius & sono magis promptuario, nulloque pronuntietur impedimento. ¶ Fatebuntur uero aliqui uel hanc, uel illam ex huiusmodi notis, ut puta. S. non esse litteram, sed Sibilum tantum. Nam. S. raro Capri testimonio apud Etruscos exprimitur; & ex latinis locutionibus nonnunquam euanescit. F. nõ omnium gentium esse litterã facile comprobabunt. Quibus quidem si uel S. uel. F. non esse litteras ideo concesserimus, quod rarus fuerit earum apud hos uel illos usus. Age etiam. Q. Ex litterarum ordinibus summoueamus; non. n. ea apud Græcos inuenitur. K. etiam exigamus, id enim uel Fab. Quintiliano teste a Romanis olim repudiatum est. Digammon uero æolicum ex Veterum, quæ tot extant, monumentis eradamus, eam enim litteram non omnes gentes admisere, ac perinde Latinis eam usurpare non licuit. Quin etiam. O. uocalem eiiciam⁹. Nam eam quidam Italiæ Populi non habuere. Quod si digammon ipsum inter litteras receuset. Si. K. per innumeras ætates pro littera habita, quod tot sæculorum cõtinuatione in Maiorum nostrorum inscriptionibus oculata fide conspicim⁹. Ita. S. apud Gentes, nationesque omnes litteræ sonum, figuram, & uim, siue potestatem dicere maluerimus, obtinet. Ita & . H. iam recepta, quæ tanta est. S. litteræ cognatione copulata, ut plerisque in locutionibus & . S. in. H. & . H. in. S. inuicem commutentur; uideturque propemodum humanus Sermo tantundem existimasse utrum quid per. S. an per. H. scriberetur. Vnde Latini. Sal. Satis. Sex. Septem. Se, pronomen, & Sexcenta huiusmodi per. S. scribenda censuere, quæ nationes aliæ scripserint per adspirationis notã. ἅλς. ἅλις. ἕξ. ἑπτά. ἑ. id, puto, minime facturi si. H. non esse litteram, Sed flatilis cuiusdam spiritus notam tantum esse censuissent. Idque potius credendum iudicasse eos & . S. & . H. eiusdem propemodum esse prærogatiuæ. Quodque. S. litteræ accidit, ut nõnunquam elidatur in uersu faciendo, nonnunquam syllabis adminiculo sit, ita & adspirationi, ut nonnunquam otiosa sit, nonnunquam uires, ut hoc loco, suas ostentet. Scio in iis quæ postremo loco exempla retulimus, erunt qui maiores nostros figura deceptos dicent. quod quæ nota uocalibus nunc superadditur adspirationis loco eadem sit figura, qua σιγμα nunc uulgo scriptitamus, quippe ad Latinæ litteræ. c. secundæ consonantis effigiem. Sed enim prius fuere nomina hæc per. S. notata apud Latinos q̃ corrupta illius litteræ forma, quæ facta est posteriore sæculo, diuulgaretur. Sed eorum non ego Errores incessam, qui scriptis tradiderunt figurã. H. prius fuisse, mox dissectam in Daseam & Psilen. quæ in ueterum libris & monumẽtis hoc modo figurentur. ⊢ . ⊣ . Quum potius Latini ex duabus illis notis in unam contractis, copulatisque suã conflarint litteram; qua eam figura iure Latii donatam insignem esse uoluerunt. Meritoque Valerius Probus, magnæ auctoritatis Grammaticus, in Arte. H. litteram inter nouem mutas enumerat; quam præter peculiarem figuram & nomen, quod his litteris expressit. HA. sonum etiam retinere potestatis suæ certum asserit, ut puta. Honos. Nunquidnam Onos, aut cætera talia? & ideo qui aliter sentiant non recte existimasse notandos ait. Neque tamen negat interdũ. H. pro adspirationis nota poni posse, præsertim quum iuncta cum aliis mutis uocali concurrerit, utputa Pulcher, in cuiusmodi rationis nominibus,

H . non aliter euaneſcit , ac . V . uocalis in Locutionibus, Lingua . Torqueo , & ſimilibus , aut . S . in eo loco . Ponite Spes ſibi quiſq; ſuas & aliis eiuſmodi . Nã qui magis liceat . I . & . V . modo eſſe Vocalibus , modo in Conſonantes abire , modo loco cedere , deſerere ordines , ſubducere ſe , atq; aufugere ; ſi aliis quibuſdam litteris auctoritatem ſuam longo Auctorum uſu conceſſam inuiderimus .

Sed quoniam in Re nihili , ut de littera hac uulgo dici ſolet , animi gratia , quaſi marinas conchulas colligentes euagati ſumus , Vnum illud dicam , eos qui omni conatu id maxime ſunt contendere uiſi , ut ius litteræ notæ huic adimerent; tamẽ , quum manifeſta negare non poſſent , Eam ſapere aliquid quod ſit litteræ nihil quicq̃ inficiari . Ac , ut ad Carminum , & loci , qui præ manibus eſt , rationem deueniamus, conſentiunt Grammatici Virgilium litteræ uim & poteſtatem , naturãq; in . H . eſſe tunc oſtẽdere uoluiſſe , quum ſcripſit . Stant & Iuniperi , & Caſtaneæ Hirſutæ . Quare quum neq; præter exempla , neq; præter rationem ſit legere . PRVNA . HONOS . tot uenerandæ antiquitatis codicibus adſtipulãtibus . ET . particulam ab aliis intruſam audacter ego ſuſtulerim . Accedit huc rithmica quædam coſideratio , quod ſententia finitur in . PRVNA . Trimetrumq; abſoluit non indecore ; & antea q̃ membrum alterum reſumamus , latum ſatis temporis interuallum interponitur . Vt ſi etiam hemiſtichium illud a ſimplici uocali incipiat, commodum reſpirandi locum habere poſſit .

RVSTICVS ES CORYDON . Nec Munera Curat Alexis . ES . quidẽ ſecũda perſona paſſim legit̃ , præter q̃ in Ro. codice ; Vbi . EST . habetur perſona tertia. Vt duo dicat , quæ maxime obſint, ne quicq̃ ꝓficiat, Alexim eſſe ruſticũ, nec munera curare . Et apud Ouid. in huiuſmodi ſignificatum Helena loquitur in Epiſtolis .

Nec dubito quin hæc , quum ſit tam iuſta , uocetur
  Ruſtica , iudicio noſtra querela tuo .
Ruſtica ſim ſane , dum non oblita pudoris .

Neq; tamen diſplicet , ut Corydon iam reſipiſcens ſemet ipſum ruſticitatis arguat ; quod pro ſtulticia , & rerum imperitia ponitur .

NEC SI Muneribus CERTES . Concedet Iolas . In Romano codice . CERTET . legitur , quod non placet . Illud non improbarim , quod mihi uidetur eleganter dictum . CONCEDAT . in eodem codice .

EHEV QVID Volui . In ſingulis pene codicibus uarie ſcriptum inuenias interiectionem hanc . EHEV . de qua loco alio plura . Hic mihi non diſplicet , quod in Romano codice integra interiectio duplicata eſt . HEV . HEV . Vt apud Theocritum non ſemel . αἲ αἴ . Quamuis Valerius Probus . HEV & EHEV . Vtranq; ſimplicem agnoſcit .

PERDITVS ET Liquidis . Quod Latina locutio Perditus in Romano codice . PERDITOS . per . OS . ſcriptum habeatur , ea de cauſſa factum ; quod, ut apud Velium Longum eſt , Antiqui . O . & . V . confuſas litteras habuere . Idq; ex eo apparet , quod . CONSOL . per . O . ultima ſyllaba quondam ſcribi ſolitum ; Quum tamen, ut ipſe ait per . V . legeretur . Variumq; ſcripturæ modũ pleriſq; in nominibus huiuſmodi fuiſſe dicit ; & FONTES , FVNTES . & FRONDES , & FRVNDES . modo per . O . modo per . V . apud hos & illos ſcriptum . Præterea Victorinus, cuius fragmenta quædam de Orthographia mihi dono data ſunt a Iano Parthaſio, obſeruaſſe ait ſe in antiquis Libris , & in Legibus . XII . Tabularũ ; Quæ , ut eius uerba ponam , tam & ſi frequenti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem ; O poſitum pro . V . Vt POPOLOS Romanus . Vbi enim nunc . POPVLVS . ibi . POPOLOS . Vbi PIACVLVM , ibi PIACOLON . Vbi FVNVS , ibi FONVS . Et ita pleraq; alia . Quare . PERDITOS . numero ſingulari , Nominatiuo caſu , ut nõ uti nunc auſus fuerim , ita in antiquiſſimo codice ſcriptum nequaq̃ improbauerim . Sed quoniam de hac re ſæpe dicendum, quum

dum,quum

dum, quum frequentissima sit in antiquis codicibus id genus, scriptura, pauca hæc nunc attigisse sufficiat.

PALLAS QVAS CONDIDIT ARCES IPSA COLAT. In Romano codice. QVAE Condidit. legitur, nempe ad homœoteleuton euitandum. Pallas Quas. Habet præterea nescio quid poeticæ uenustatis dicendi modus. Pallas colat arces, quæ condidit; siue uelis, quas res; siue, ipsa, quæ condidit, intelligere. Non tamen abradenda est uulgata lectio. Quas condidit arces. Est præterea in Romano codice. COLANT. una plus littera temere adiecticia.

ET SOL Crescentes DECEDENS DVPLICAT Vmbras. In antiquis aliquot codicibus. DISCEDENS. legi. Sed. DECEDENS. lectio castior. Est &. CRESCENTIS. in Romano codice, quæ scriptura ibi plurimum reperitur. Quid uero. DVPPLICAT. PP. geminato in codicibus nonnullis manu scriptis? nempe isti ueriti sunt mutam & liquidam non satis esse ad syllabam producendam; nisi ad eiusmodi parenthesin confugerent.

AH CORYDON CORYDON. Dictum iam ex Probi Grãmatici sententia. A. sine adspiratione affectum significare, & eo modo scriptũ in antiquis codicibus plurimũ haberi. Sumpta uero figura est ex Theocrito. ὦ κύκλωψ κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι. Hinc in Mediceo codice scriptum est per. O. aduerbium. O Corydon Corydon; quod Theocritianæ dictioni proximius est. Sed enim quum Fab. Quintilianus dicat gemmationem hoc loco esse miserandi caussa factã mihi minime dubiũ relinquit eũ lectionẽ, quæ uulgata est. A Corydon. agnouisse.

INVENIES ALIVM SI TE HIC FASTIDIT ALEXIS. In hoc uersu tria sunt, quæ Romanus codex aliter legit q̃ uulgata habeant exemplaria. Primo quidem. INVENIES. cum nota syllabam esse longam denotante; quod multi legunt. INVENIENS. participii uoce. Alterum, quod nonnullis negotium facessit, est uerbum. FASTIDAT. per syncopam, pro. Fastidiat, quod iam antiquatum est. Elocutionem uero eiusmodi figuræ No. Marcellus apud Enniũ obseruauit. Tertium est. ALEXIN. quarto casu, quod ideo probandũ uidet, quia recipitur a Seruio. In Longobardico abrasa est littera, quæ post. I. succedebat. In Oblongo. I. &. S. ultimæ litteræ alieno sunt atramento & manu. In Romano uero. ALEXIM. per. M. latino declinatu scriptum est.

IN PALAEMONE

INFELIX O SEMPER OVIS PECVS. In Romano codice. OVES. scriptum est; & ita prius erat in Longobardico; postea. E. abrasum fuit, quod adhuc discernitur, & appositum. I. alio atramento. Habet porro nescio quid uenustius oratio hæc. O OVES. per appositionem, Infelix pecus. Quod si, Ouis, pro ouium, cuipiam magis placuerit, suo unusquisq; arbitratu faciat.

HIC ALIENVS OVIS Custos Bis Mulget In Horas. Quod eadem dictione OVES. in Longobardico legitur Accusatiuum esse casum. OVIS. uel. OVEIS. indicat. Non enim dicendum Custos ouis. sed bis mulget oues.

ET SVCCVS Pecori, Et Lac Subducitur agnis. Passim inoleuit. ut. SVCCVS. duplici. CC. scribatur; In antiquis tamen his codicibus omnibus, & iis ipsis, qui litteras geminare etiam sine delectu gaudent. SVCVS. unico. C. scribit; quod & ipsa analogia exposcere uidet, nisi quis nõ a Sugo, sed a suctu Succum deduci uelit, & ppterea geminari. CC. cõtẽdat. Notat uero uersũ hũc Val. Probus, in quo

nulla fiat synalœphe, quum plerúq; uocales inter se concurrant, neq; tñ ulla elidat.

OBIICIENDA MEMENTO . In antiquis omnibus cod. OBICIENDA . unico . I . in secunda syllaba legitur; & ita reliqua omnia quæ a Iacio cõponunt; nempe quia putabant duas esse uocales, neq; cõmode pronuntiari posse, si ambæ ponerentur; neq; aduerterunt mentem, dum uni cõsulunt incõmodo, maiori se afficere detrimento, syllaba prima corruente, nisi alterius . I, quæ cõsonantis loco sit; quasi pedamento suffulciatur. Sed de hac scribẽdi ratione, plura alibi dicta. Est etiam coma aduertenda, quæ in antiquis plerisq; codicibus post . Parcius . notata est, ut uno inde membro legatur . Ista Viris tamen Obiicienda memento .

TRANSVERSA TVENTIBVS HIRCIS . Oblongus codex omnino legit . HIRQVIS . quod a nõnullis receptum ait Seruius . Romanus uero & alter peruetus cum Mediceo . HIRCIS . Et ita erat in Lõgobardico, q̃uis alio atramẽto sit nescio quid insertum . Sed enim hoc a Theocrito sumptũ uidet, sententia tamen honestius translata, quũ dicat ille, dum res turpis ageretur, capellas elãguescere quodãmodo cœpisse, hircumq; eas iniisse. Qui uero de oculorum hirquis hoc dictũ uolunt, iidem etiã Theocrito innitũtur, qui dixerit Caprarium uiso hirco, capellas inscendente oculis intabescere, ait enim . τάκεται ὀφθαλμώς; . Sed enim prior sententia magis placet, quia scimus antiquos dixisse . HIRQVOS . per . Q . & . V . quos nos . HIRCOS . dicimus . Eãq; scripturæ rationẽ remanere adhuc in derinatione nominis, quod hinc tractum est, ut hirquitallos eos uocamus, qui iã cœperint adultioris ætatis esse, ppterea q; axillas olere incipiãt hircorũ more; de quo Catullus,

Lædit te quædam mala fabula, qua tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare Caper .
Hunc metuunt omnes, neq; mirum, nam mala ualde
Bestia, nec qui cum bella puella cubet .

Quare siue hircis siue hirquis legas pro uno eodemq; sensu, prout apud Theocritũ, eo præsertim Idyllio, quod sibi Virgilius in hoc fingendo uidet proposuisse, accipi poterit . Illud uero . nouimus & qui te . figura est breuitatis per detractionẽ, nõ tñ ἀποσιώπησις, ut ait Quintilianus . Nam in aposiopesi quid taceat incertũ est, aut longiore sermone explicandũ; hic unũ tantũ uerbũ, & manifestũ quidẽ desideratur .

CVM DAPHNIDIS Arcum . Val. Probus legit . DAPHNIDOS . græca decl.

QVID Domini FACIENT . Romanus, & alter peruetus codex . FACIANT . habent . In Oblongo, & in Mediceo . A . littera superinducta . In Lõgobardico abrasa dictio est . Quod uero subsequit . Non ego te uidi . Est aliqua in respondendo figura, ut Quintilianus ait, Quum aliud interroganti, ad aliud, quia sic utilius uideat, occurritur, tum augendi criminis gratia, ut testis rogatus, an ab Reo uapulasset, respondit, innocens . Tum declinandi, ut quæro an occideris hominẽ, respondet, latronem . Et in Buc. dicẽti. Non ego te uidi, respõdet . An mihi cãtãdo uictus .

AVT VNQVAM TIBI FISTVLA CERA IVNCTA Fuit . In Ro. codice & in aliquot aliis legere est . VINCTA FVIT . placet tamen . IVNCTA . multo magis . ut, Pan primus calamos cera coniungere plures instituit . In Mediceo autem codice sententia per . HAVD . aduerbium negandi est; ut interrogatio sit per reticentiam, Cantando tu illum ? Inde Aduersario adnuente subiungat . Haud unq̃ tibi fistula cera Iuncta fuit; Inde per alteram interrogationẽ Non tu in Triuiis argumentetur, minime fieri potuisse, ut cantando uinceret .

INSANIRE LIBET QVONIAM TIBI . Hoc totum omnes fere per interpositionem legunt . Et ad Damœtam referri uolunt; qui sub sponsione certare uelit cũ præstantiore . In Longobardico tria tantũ uerba parenthesi includuntur . (INSANIRE LIBET QVONIAM) . Inde est alterũ mẽbrum dimetrũ anapæsticũ hypercatalecticum . TIBI POCVLA PONAM . In Mediceo una coma clauduntur uerba duo tantũ . Insanire libet . eadem sententia . Quare Menalcas, si le-

ctionem hāc admittamus, Insanire de se dixit. qui depositurus sit cōtra uitulam id, quod Aduersarius ipse multo maius esse fateat. Vnde Damœtæ locus est argumēti a comparatione, quod eiusdem artificis, & eiusdem pene operis & precii habeat pocula, nihil ea tamen ad uitulam. Reliquum est, Menalcam non nisi ex æstimatione sua precium poculis facere potuisse.

QVIBVS TORNO FACILI. FACILI. quidem in ueteribus omnibus exēplaribus, uno excepto Romano scriptū est. In eo enim FRAGILIS. habetur, corrupte satis; nā Viri epitheton huiusmodi nō couenit, quare Facili Torno. legas.

DIFFVSOS HEDERA Ve. Pal. Co. Prætermiserim quod corruptissime legitur. HAEDERA. per. AE. diphth. prima syllaba, nisi me interpellasset adspiratio. Nam qui diphthongū posuere, eam nominis etymologiā secuti sunt. quam imaginatus est Apuleius Grammaticus. Hederam. ab hæreo deduci; quum tamen alii ab Edo. es, dictam uelint, quod ea consumet, quibus inhæserit, accessisse tamen adspiratione nomini Pōtanus putat. ut in quibusdā uocibus, nomē a uerbo dinoscat.

DVO POCVLA FECIT. In Longobardico. FECIT. cum nota diphthōgi scriptum est, ne quid a facio deteratur. Sed usus per. E. simplex scribit.

SE Ad Vitulam SPECTES, Nihil Est Quod Pocula LAVDES. ET SPECTES. & LAVDES. Coniunctiuo modo in omnibus fere legitur exemplaribus. In Longobardico uero SPECTAS, & LAVDAS. Fatendi forma. quippe nihil est quod laudas pocula, id est quas conditiones, quasue dotes in poculis enumeras. In Mediceo SPECTAS. tantum ea forma est.

DICITE Quandoquidem MOLLI Consedimus Herba. Ita quidē absq; IN. particula præpositiua in exēplaribus aliquot habet. In nonnullis autē antiquissimis legere est. Quandoquidē IN Molli. qui numerus uidet plurite lasciuius.

AVREA MALA DECEM Misi. In Ro. codice familiari quadam mutatione ex. E. in. I. atq; ita uicissim ex. I. in. E. scriptum est. DECIM. per. I. ultima syllaba. Quod quidem nomen hoc eodem modo scriptum apud Asprum Grammaticum, cuius antiquissimū codicem in manibus habui, pluribus locis obseruaui. Vt puta. DECIM uerborum modi, & ita reliqua. Et ita in ueteri Liuiano codice, DECIM. scribit. Aetas tñ nostra maluit. DECEM. enūtiare. p. E. utrāq; syllabā.

O QVOTIES ET QVAE. Iamusu inoleuit, ut. QVOTIES. ueluti. MILIES. DECIES. absq;. N. littera scribatur. In omnibus tamen cod. antiquis quos euoluerim. QVOTIENS. per. NS. scriptū obseruaui; Quibus adstipulat Caper Grāmaticus, ubi dicit. Sine. N. scribenda sunt Milies, Centies, Decies. TOTIENS, & QVOTIENS quū scribunt, per. N. scribēda sunt. In cuius sniam Victorinus etiā descēdit dum ait. Aduerbia uero cū. N, scribenda sunt, ut Totiens

CVM FACIAM VITVLA. In ant. aliquot exempl. VITVLA. Quotiens. quidem est Ablatiuo casu. In Romano tamen & in Mediceo. VITVLAM. In Longobardico altera manu & attamēto apex. A. litteræ superadditus. Vitula uero legendum Ablatiuo casu recte Seruius admonet. Ambarualem uero bestiam ait Verrius, quæ rei diuinæ caussa circum arua ducitur ab iis, qui pro frugibus faciunt. Huius sacrificii meminit inferius Poeta, ubi dicit. Et quum Lustrabimus agros. De Ambaruali uero sacrificio plura apud Macrobium legas.

QVAMVIS SIT RVSTICA. SIT. quidem in ueteribus aliquot exemplaribus, præsertimq; in Longobardico legitur. Sed non displicet. QVAMVIS EST RVSTICA. quod habetur in Romano codice.

QVI BAVIVM Non Odit. Hoc quoq; nomen pronuntiatione Græca; per. V. quippe digammon habet in Romano codice. VAVIVM. Ita apud Liuiū, ubi in uulgaris codicibus Libro. viii. primæ Decadis scriptū est, Vitrubius Bacchus. in uetusto cod. Vaccus. per. V. digāmon habetur. & inferius Quæ Vacci prata. Frequentissime aūt apud hunc & alios scriptum, ueluti Veteres. Fauium,

pro Fabio dicebát. obseruatú ab Adamátio. Huic uero Malo Poetæ Marco nomẽ fuit; de quo Eusebius. Marcus Bauius Poeta, quẽ Virg. in Buc. notat, in Cappadocia

ET MVLGEAT Hircos. In Ro. codice & in altero peruetert. MVL (monitur. CEAT. per. C. scriptú est. In Longobardico, ut omnino discernitur, ita quoq; legebat; Verú altera manu & atramẽto factú est. MVLGEAT. per. G. Neq; mirú multis in dictionibus. C. pro. G. positá esse. Quá lrãm nõ fuisse longa annorũ serie apud Latinos; iuentá uero a Spurio Carbilio noua forma, & Scaurus, & Victorinus

REIICE CAPELLAS. Seruius dicit. REICE CA, proceleumaticú (affirmát esse. Antiquiq; omnes cod. REICE. scribunt unico. I. Quiq; hanc scribendi rationẽ amant, dicunt, ut apud Veliú est, lrãm. I, inter duas uocales per se plenam & satis sonorá esse; sed neq; quidem esse necessariú, quũ Eicit scribimus. I. ratione producẽdi syllabá, geminare; quod satis lrǣ potestas ipsa sibi sufficiat. In plerisq; uero huiusmodi, Cicero uidet auditu emensus scriptionem, qui & Aiiacem & Maiiam per duo. II. scribenda existimauit, ut pressius & plenius sonarẽt. Sed. n. quod ad Reice ptinet, nemo negarit in eo quod est Iace pro. a. esse. i. substitutú, & iice dici necessario, cui adiecta præpositione, Re, Reiice integrú sit. In quo, Re, nõ magis longa, q̃ in Reieci, & in Reiectus habeat. Quod si duo. ii. in unú coire faciamus, media syllaba lõga erit necessario, quũ synæresis fieri nõ possit, nisi in longam; Quare si codicú auctoritatẽ defẽdere uoluerimus, aut dicendú erit primú. I. quod uim duplicis consonantis habebat. ex regula illa generali expunctum esse, aut syncopam. a. littera detrita, factá; atq; ita. I. iam uocalẽ breuis locum retinuisse.

OMNIS IN FONTE Lauabo. FONTE. quidẽ uetera habẽt exẽplaria, Romano excepto, in quo FRONTE. legitur, quod alii uiderint. Apud Theocritú sane, unde locus hic desúptus, dubioprocul fontis mẽtio fit. ait .n. [illegible] quare. FONTE. omnino legendú est.

COGITE Oues Pueri, Si Lac Præceperit AESTVS. In antiquis aliquot exẽpl. et antiquissimo maioris notæ. AESTAS. legitur, quod non placet. Cogite uero, quod Seruius exponit, in ouilia colligite. No. Marcellus, mulgete, interpretatur. Subiungit enim Poeta caussam cur festinandú sit, Si lac præceperit æstus; ut nuper, Frustra pressabimus ubera palmis. Eadem autem dictione uariatú in. II. Georgicon eo loco, Aut grauis incumbens scopulis arentibus Aestas.

EHEV Quam Pingui Macer Est Mihi Taurus In ERVO. Ro. codex una cú Longobardico & aliquot aliis legút. IN ARVO. In aliquot, in quibus. ERVO. scriptú fuerat. A. lrã superne addita. Sed. n. ERVO. & Columella, & Plinio legumine eo pecus pinguescere asserẽtibus, magis oino receptú. &. ARVO. nescio quid

EXITIVM EST PECORI, PECORISQ. MAGISTRO. (otiosum haberet. Verbum. EST. in hoc uersu ualde inconstans reperit apud codices manu scriptos. Nam ueluti Plebeius notatus modo in hanc, modo in illam transfert Tribum. In Romano. n. EXITIVM EST. In Mediceo, & quibusdam aliis. PECORI EST. In Oblongo Vaticano, & in Longobardico. MAGISTRO EST. habetur. Id, & si minus uetabat, quin eadem esset sententia, notandú tamen fuit ob structuræ uarietatem, cuius apud eruditos Viros diligentissima solet esse pensitatio.

NON AMPLIVS VLNAS. In Romano codice. VLLAS. ea mutatione, qua nunc quoq; uocabula multa. N. in. L. transmutant. & Vallus & Vannus apud Veteres idem est, ut in Georgicis ostensum.

NASCANTVR FLORES. In Oblongo codice, in Mediceo, in Longobardico NASCVNTVR. est, Fatendi modo. In Ro. NASCANTVR. Coniũctiuo.

AVT METVET DVLCIS. In Mediceo codice. METVAT. scriptum est, specie non ineleganti. Sed. METVET. cum altero Experietur, conuenit.

IN POLLIONE

ICELIDES MVSAE PAVLO MAIORA CANAMVS. Primum illud non præteribo, quod loco Lemmatis scriptū est in Romano codice. SAECVLI NOVI INTERPRETATIO. Eadem sententia, alia uerborum specie. In Longobardico. DE INTERPRETATIONE SAECVLI NOVI. Mox illud animaduertendum antiquos plerosq; codices. SICILIDES. eadem uocali tribus primis syllabis scriptum ostendere; uti etiam in primitiuo nomine. SICILIA. scriptitamus; quod quidē q̄ tenue atq; exile sonet, neminem esse arbitror, qui non statim animaduertat. Quare lōge illi melius mihi scripsisse uidentur; qui. SICELIDES. ea euphonia, quam apud Græcos esse animaduerterāt, scribendū curarunt. Σικελὶς enim apud eos secūda syllaba per
HVMILESQ. MYRICAE. In Mediceo cod. HVMILESQ. (ε. scribitur. GENESTAE. positum est. Seruius. MYRICAE. agnoscit. Virgultum uero id non multum a Genesta distat.
SILVAE SINT Consule Dignæ. Vt missum faciam. SILVAE. per. I. quas a silentio dictas nostri nolunt; uerbum Fatendi modo positum est in codicibus plerisq; antiquioribus. SILVAE SVNT Consule Dignæ.
VLTIMA CVMAEI. Veteres pleriq; codices scriptionem græcam retinent in uocabulo. CYMAEI. ita in. VI. Aeneidos. CYMAEA SIBYLA. Latini tamen libentius. Y. in. V. commutarunt, quod in hoc præsertim nomine usu cor roboratum est; tam & si pleraq; alia græce scribere delectamur.
PACATVMQ. Reget PATRIIS Virtutibus Orbem. Quāuis uetustissimi cod. aliquot. PATRIS. legunt, magis tamen acceptum. PATRIIS. intelligo.
AT TIBI Prima Puer. In Ro. codice. AC TIBI. & ita inferius; ubi. AT SIMVL. AC. SIMVL. habet; quū tamen in antiquis aliis cod. AT. utrobiq;
ASSYRIVM VVLGO Nascetur Amomum. In Longobardico (legatur. codice legere est. ASSYRIVM ET VVLGO. ut. Testilis & Rapido. Sed etiā absq; particula copulatiua oratio ipsa & cādida & uenusta est. Amomū uero in Assyria tantū nasci tradit Seruius; Verū id ēt in Media & in Ponto nasci Plinius
ET FACTA PARENTIS. In Ro. codice. PARENTVM. est, numero (tradit. multitudinis; quod si placuerit, Seruii tolles ambiguitatem super Ephexegesi.
QVAE Iubeant TELLVRI INFINDERE SVLCOS. In Ro. codice legere est. TELLVREM INFINDERE SVLCO. In Oblōgo Vaticano. SVLCIS. Longobardicus, Mediceus: & aliquot alii uulgatam sequuntur lectionem.
TALIA SECLA SVIS DIXERVNT CVRRITE. Fusis. In Mediceo codice legere est. DIXERVNT CVRRERE. ut sit. Dixerunt. pro edixerunt, uel affirmauerunt, ea figura, qua dictum alibi. Donat habere. Seruius tamen Imperatiuum agnoscit. CVRRITE. Neq; illud prætereundū est, quod ætate maxime nostra cœptū est scribi. SECVLVM. absq; diphthongo; Cuius quidē scripturæ rationem Grāmatici nonnulli subiecere, a Sequendo nomen deductum esse. Quū tamen antiquiora marmora. SAECVLVM. per. AE. diphth. notēt; quo itidem pacto in Ro. codice scriptum est. In nummis etiā Antiquorū plurimū per. AE. diphthongum nomen id obserues. ut in. P. Septimii Getæ. SAECVLARIA. In Faustinæ. SAECVLI FELICITAS. eodem modo in plerisq; aliis; quāuis in argenteo Othonis. SECVL. per. E. solum habetur.
CARA DEVM SOBOLES. In Ro. codice. SVBOLES. per. V. prima syllaba Cuiusmodi scripturæ rationē alibi copiosius recitauimus. Hic illud tantū attingā, qd' apud Pomp. Festū, dispositis per litteras ordinē uocabulis inter Subuerbustam & Subuculam. uocabulum. SVBOLES. scriptū est; quod nomen ab olescendo, idest crescendo dictum asserit, ut Adolescens quoq;, & adultus, & indoles

dicitur . Lucil .v. siue Virum SVboles, siue est muliebris Origo . Virg. CLARA Deum SVBOLES, magnum Iouis incrementum; ubi obserues illud etiã, quod in uulgatis. CARA . scriptum est, in codice eo Festi. CLARA . haberi.

TERRASQ. Tractusq; Maris. Sunt antiqui cod. in quibus. TERRAM. unitatis numero legas. Sed multo magnificentius est plurali dicere.

ASPICE Venturo LAETENTVR Vt Omnia Saeclo. In Ro.codice. LAETANTVR . est, indicandi specie, quod magis implet aures, & longe magis mouet; dum cuncta oculis subiicere uidetur.

O MIHI TAM LONGAE Maneat Pars Vltima Vitae. In Longobardico, & in Mediceo . TVM LONGE . scriptum est. Sed enim . TAM LONGAE VITAE . casta omnino lectio est; quam Seruius etiam agnoscit.

ORPHEI CALLIOPEA . In Ro. codice, & in Mediceo . ORPHI . legitur per synaeresin. In aliis . ORPHEI . In Longobardico etiam . ORPHEI . prius scriptum erat. Inde abrasis litteris factum est . ORPHI . Sane Priscianus hic graece dictum ait . ἐς φεῖ ὄρφει . quare uel unico .i. scribendum, aut ita pronũtiandum, ac si unico scriptũ esset, ut diphthongi sonus sit, latinae tamen scripturae ratione seruata; quanq̃ nihil prohibet Orphei dimensione dactyli pronũtiare, quũ Datiuus sit casus, ut etiam . LINO . & apud Graecos ultima breuis est in huiusmodi Datiuis, ut διόνυσι τῷ χαρίεντι.

PAN ETIAM ARCADIA Mecum Si Iudice Certet. Pan Etiam Arcadia Dicat Se Iudice Victum. Non inficior utrũq; uersum in Ro. codice, in Mediceo, & aliquot aliis, eodem modo legi . PAN ETIAM ARCADIA . licet in Romano uersus inferior una habũdet ista. Sed .n. mihi non displicet, qđ in in Oblõgo cod. PAN DEVS, Arcadia mecum si iudice certet . (legitur. PAN, etiam Arcadia dicat se iudice uictum. Magnam.n. emphasin habere uidet. PAN Deus. Et aduerte in huiusmodi lectione inferiore uersu. PAN . suspendendum esse, Sicui uero magis placeat iteratio totius hemistichii, non laboro. Nam & ea quoq; lepida & suauis est.

MATRI Longa Decem TVLERVNT Fastidia Mẽses. TVLERVNT. quidẽ in Ro. codice legit. In Lõgobardico, & in Oblõgo . TVLERANT. In Mediceo & aliquot aliis pueteribus . TVLERINT. Neq; desunt, qui teste Seruio . ABSTVLERINT. legant. Sed.n. Donatus in Eunuchi plogo locũ hũc citat, & . TVLERVNT. pene ultima correpta legit, ad similitudinẽ illius Terẽtiani uersus . POST QVAM AEDILES EMERVNT . ubi necesse est ultimũ saltem pedẽ esse iambũ. Agnoscit & Probus . TVLERVNT . & metaplasmum esse dicit media correpta syllaba, quae natura longa sit. Est & . DECIM . per . I . de quo superius.

CVI Non Risere Parentes. Non me fugit quo pacto Quintilianus lectionẽ hãc accẽperit, quã hic in numero figuram esse dixerit. Quamuĩs Viri peritissimi sibi super hoc loco applaudere uisi sint; quae uero in hoc disputẽt, alii uiderint. Nos antiquissima haec omnia exẽplaria cõtulimus, in quibus oĩbus scriptũ obseruauimus . CVI. Datiuo casu. In aliquot etiam . QVOI . Catulliano more. ut alibi . QVOI non dictus Hylas. Quo de genere scriptionis Quintilianus, Veteres ante se ait . CVI . quod tribus iam litteris enotari coeptum erat . QVOI . ad pinguem sonum usos, tantum ut ab illo . QVI . distingueretur.

DEA Nec Dignata CVBILI EST . In Ro. codice scriptum est . CVBILEST. Plautino more. In altero peruetri . CVBILI . absq; uerbo . EST . Sed ea synalepha quae fit in . CVBILI EST ; huic humili generi maxime conuenire uidetur, & nescio quid suauitatis in eorum auribus relinquere, qui musicis Poetarum numeris insuerint.

IN DAPHNIDE.

ONVENIMVS Ambo. In Oblongo codice CONSEDIMVS legitur omnino corrupte. Nam Conuenire huic sententiæ congruit.

SPARSIT LABRVSCA. Vsus hic Virg. genere fœm. qui ge. neutro plurali num. dixit in Culice. Densaq; uirgultis auide Labrusca petunt.

SOLVS Tibi CERTET. Amyntas. In Mediceo & omnibus fere codicibus antiquis. CERTAT. legitur Indicatiuo modo. Sed in Oblongo. CERTET. ut in uulgatis est. & ita etiã est in citato uersu apud Arusianum Messum.

QVID SI Idem Phœbum Certet Superare. In Mediceo & aliquot aliis antiquis codicib⁹ mutatis dictionibus legitur. QVID SI IDEM CERTET PHOEBVM Superare. quod parui momenti est.

AVT IVRGIA Codri. Seruius ait. Orto Bello inter Laconas & Athenienses. At Plutarchus in Parallelis ex Historico Socrate bellum hoc aduersus Thrasenses ponit, Codrumq; uno ex Hostibus falce interempto concitasse alios in cedem suã. Tu quæ multa Iustinus de Codri morte exequitur, uideris.

IVBETO CERTET Amyntas. In Romano codice, in Longobardico, & in Mediceo legitur. IVBETO VT CERTET. Sed enim absq;. VT. elocutio uenustior uidetur bonæ eruditorum parti.

EXTINCTVM NYMPHAE Crudeli Funere DAPHNIN Flebant. In Romano codice, quia putabant adspirationem non nisi Vocalibus applicari, nomen hoc passim adspiratione, uel sublata, uel Translata post. N. scripserunt. DAPNHIN. In aliquot absq; ulla adspiratione scribitur. DAPNIN. Vt in Mediceo habetur. Daphnidis porro mortẽ ex amore prouenientem Theocritus late scribit in Ode Thyrsidis. Quod uero hic Quintilius intelligatur sub Daphnidis persona ostendere uidetur Horatius, ubi de Quintilio ait. Nulli flebilior q̃ tibi Virgili. Solent enim Poetæ libenter alludere ad amicorum opera, Eaq; suo ita Testimonio apud posteros commendare. Fuit uero Quintilius hic Cremonensis; De quo Eusebius in Libro de Temporibus. Quintilius Cremonensis Virgilii & Horatii familiaris moritur.

FRIGIDA Daphni Boues Ad Flumina. NVLLA Neq; Amnem. In Longobardico legitur. AD FLVMINA. VLLA NEQVE AMNEM. absq; Collisione in quarto pede, quod nescio quid magis miserabile sapit, ea exilitate prolatum puncti præsertim interpositi suspensione.

LIBAVIT QVADRVPES. In Ro. codice passim legitur. QVADRIPES. per. I. in pene ultima. ut Bipes. Tripes. In usu uero remãsit. QVADRVPES. per. V. ut ex Contimace Contumax. Aucupium ex Aucipio. de quibus alibi.

POENOS Etiam INGEMVISSE Leones. In Romano codice legere est. GEMVISSE. Sed, Ingemuisse, maiorem habet uim, & numerus ipse magis delectat.

SILVAEQVE LOQVVNTVR. In Romano codice, & in Longobardico. LOCVNTVR. per. C. quia Veteres. Q. litteram ignorabant.

ARMENIAS Curru Subiungere Tigres. Ita quidem legendum. Sed in Romano codice legitur. ARMENIA. puto scriptoris negligentia, reliquæ dictiones permixtæ sunt, & punctis male distinctæ. Est enim. CVRRVS VBI IVNGERE TIGRES. Quod nonnulli nunc eius codicis Auctoritate moti exponere uolunt hoc ordine. Daphnis instituit Iungere Tigres Armenias; uel, ut in Romano. ARMENIA. In ea quippe prouincia; currus ubi, scilicet etiam iunxit. Sed uulgata lectio castior.

INDVCERE BACCHO. Baccho passim habetur in impressis codicibus. In antiquis omnibus. BACCHI. ut sit Thyasos Bacchi. In Longobardico ultima littera abrasa est, Et. O. repositum, aliena manu, & atramento, uidet uero BAC

CHI fuisse prius. Si tamen malis Baccho acquisitiue legere, non laboro.
MOLLIBVS HASTAS. In Longobardico, & aliquot ueteribus codicibus ASTAS. passim legas absq; adspiratione. Nomini tñ huic accessit aspiratio ex antiquot codib⁹ ant. legere est. Sæpe QVIDEM Mandauimus. Sed QVIBVS receptum magis. HORDEA uero per adspiratioñe scribendum ex antiquis plerisq; codicibus, & ex historia, nã Fordeũ prius dicebat, inde. F. in. H. trãseunte. Hor-
GRANDIA Sæpe QVIBVS Mandauimus Ordea Sulcis. In ali- (quo usu- deum.
INFELIX Lolium Et Steriles DOMINANTVR Auenæ.
DOMINANTVR. In impressis tantum codicibus legi. In antiquis uero omnibus quotquot habere contigit. NASCVNTVR. eius loco positum obseruaui. Dominantur enim, quod numerosius est, omnino habetur in Georgicis, qui stilus supra Bucolicũ non nihil extollitur. Steriles uero Auenas dixit ea de caussa, quia frumenti uitium est Auena. & Hordeum quoq; in eam degenerat, quod quidem uitium Soli maxime Cœliq; humore euenire Tradit Plinius, Libro. XVIII. naturalis Historiæ, sequentemq; caussam esse seminis imbecillitatem, quum diutius retentum est Terra, priusq̃ erumpat. Eadem est ratio si Cariosum fuerit, quum sereretur. Neq; enim inficias ierim Auenam esse genus Segetis. Sed hoc loco de iis, quæ degenerant, Poeta loquitur. Hæc ideo libuit inserere; quia non satis placebant, quæ ponuntur ab Interpretibus.
PRO Molli VIOLA, Pro Purpureo Narcisso. In Romano codice additum est. ET. legiturq;. Pro Molli VIOLA ET PRO Purp. Narcis. Sed absq; Ea particula copulatiua lectio mihi uidetur elegantior. Quod uero sequitur de Paliuro, quam Seruius herbam asperrimam, & spinosam esse dicit. Theophrastus fruticem, Plinius Arborem agnoscit, in Cyrenaica maxime regione late prouemētem. Nihil tamen prohibet, quin & herba sit, q̃uis in Cyrenaica regione ad speciem & magnitudinẽ fruticis assurgat. Nam, & Lotos herba atq; itidẽ Arbor est.
INDVCITE Fontibus VMBRAS. Ita pleraq; antiqua legunt exemplaria, quod etiam in uulgatis codicibus habetur. In Romano tamen. ARAS. non VMBRAS. legitur, & aliquot exemplaria non Fontibus. sed. FRONDIBVS. habent. q̃uis & alicubi Frundibus per. V. sit, ut non inuenuste legas. INDVCITE FRONDIBVS ARAS. Nam Inducere uestire etiã significat, ut apud Suetonium in Augusto, Calceum præpostere inductũ legas. Hæc tamen ita dicta sint, ut minime displiceat uulgata lectio. FONTIBVS VMBRAS.
QVALE Sopor FESSIS. In Romano codice. LASSIS. hoc alterum ex his Paraphrasis esse debuit.
DRYADASQ. Puellas. In Ro. cod. DRYADES. Latino declinatu.
NEC Retia Ceruis Vlla DOLVM Meditantur. In codicibus aliquot antiquis. MALVM. non Dolum est. quia uero, Retia, positum est, magis placet. DOLVM. Crediderim uero Malũ ab Interpretib⁹ κατὰ παράφρασιν adscriptũ, ideo; quia Dolus, & bon⁹ & malus est. & Antithetõ sequit. Amat bonus otia Daphnis.
IPSAE IAM Carmina Rupes. In Ro. codice. ET. copulatiua Particula inserta est. IPSAE ET IAM CARMINA RVPES. Quod non placet.
DEVS DEVS ILLE Menalca. In Longobardico, & in Mediceo. IPSE. legitur. Sed Ille maiorem Emphasin habere uidetur.
EN QVATTVOR Aras, Ecce Duas Tibi Daphni Duoq; Altaria Phœbo. Videlan erudite admodũ legatur in Longobardico. Ecce duas tibi Daphni, DVAS Altaria Phœbo. Vt Altaria per appositionem legamus, Conuenianto; omnia cũ eo quod dictum est, En quattuor Aras, postea distinguat, Ecce duas tibi Daphni, Duas autem Phœbo, quæ tamen Altaria sint. Illud addam, in antiquis aliquot codicibus. DVO ALTARIA. absq; particula copulatiua. Huiusmodi uero pleraq; inueniet numeri uariandi caussa poni a Poetis.

CRATERASQ. Duos Statuam Tibi. Duos quidē in codicibus aliquot ueterib⁹ legitur. q̄uis in Oblongo, & plerisq; aliis. DVAS. insolito genere legatur. In Romano tamen. DVO. ad sibilum euitandum, quod statuam sequitur. In altero peruetere dictio abrasa est. DVO, tamē prius fuisse apparet. & q̄uis. DVO. etiam accusatiuo casu pluralis numeri ultimam corripiat, ut ex eo uersu manifestū. Si Duo præterea tales Idea tulisset. Hic tamen, tam ratione loci, q̄ etiam ob cōsonantes duas, quæ subsequuntur longa esset omnino.

HILARANS CONVIVIA Baccho. In Mediceo codice Hilarans ALTARIA Baccho. Reliqui omnes, CONVIVIA.

VINA Nouum FVNDAM Calathis Aruisia Nectar. In Oblongo quidem INFVNDAM legitur. Sed id mihi negotium facessit, Quod. ARVISIA. dictio nusq̄ legitur Eodem modo in codicibus antiquis. Siquidem in antiquissimo notæ maioris, & in Oblongo. ARIVSIA. legitur. In altero uero peruetèri, atq; itidem in Longobardico mediæ illæ litteræ abrasæ sunt. Vt quid haberet antiqua lectio non discernas. In Mediceo. AERVSIA. media tamen abrasa syllaba legitur. Sunt alii codices; in quibus. ARETVSIA legas. Alii, qui corruptius quid ostendant. Quod uero Interpretes Auctores errant de Vino Aruisio in Insulæ Chii promuntorio; cuius etiam Strabo mentionem fecerit, Inuenio ego apud Auctores Græcos aliquot Ἀρουσίαν eum locum nuncupari, Vinumq; in eā optimum ἀρυσιον. Eamq; esse Regionem illam apud Strabonē ῥάχεαι καὶ ἀλίμενον σταδίων ὅσον τριακοσίων ὧν ἀρουσίας φέρουσαν τὸν οἶνον. Tam & si in impressis ab Aldo codicibus ἀριουσία χώρα legatur. Quod nisi pro comperto habeam Latinos uocabulum mutasse; Quod in plerisq; aliis facere consueuerunt, uel, ARSYSIA legendum contenderim, ut apud Stephanum est, codicibus Virgilianis præsertim antiquis, uel uariantibus, uel manifeste adeo contaminatis, uel cū Romano codice, & aliquot aliis ueterib⁹. ARIVSIA. pro ut etiam in Strabonis codicibus uulgatis legitur. Vide tū Plinianos codices uetustos. Li. 14. c. 7. Nam in impressis est. In summa gloria post Homerica illa, de quibus supra diximus, fuere Thasiū Chiumq;. Ex Chio, quod Aruisiū uocāt.

SALTANTES SATYROS Imitabitur Alphesibæus. In Romano codice more suo. SATVROS. per. V. scriptum habetur. Verrio enim Flacco, ut hic quoq; Veterum opiniones referamus; Eandem esse uidetur apud nos. V. quæ apud Græcos. υ. Namq; his exemplis argumentatur. Quod illi dicunt κύμινον nos Cuminum, quam illi κυπάρισσον, nos Cupressum. Illi κυβερνήτην nos Gubernatorem, κ. enim cum. G. consentire alibi dictum. Nec non ex eiusmodi Θησεύς Theseus. Πηλεύς Peleus. Quare multi. y. psilon litteram superuacuam Latino sermoni putauere. Sed quum quædam, ait Scaurus, Græca nomina in nostrum sermonem admissa sint; in quibus huius litteræ sonus euidenter exprimitur. Vt Hyperbaton, & Hymnus, & Hyacinthus. In eisdem hac littera fungimur necessario. Satyros igitur eadem ratione per. y. scribemus. Nā & Victorinus Ea quæ Græci per. y. scribunt, si exigat ratio per. y. potius quam per. V. scribenda præcipit. ut Berythus, nō Berutus. Hylas, non Hulas. Hæc ille posuit exempla. Verrii uero Flacci rationē apud Velium Longum uidere poteris.

IN SILENO.

INscriptio huius Idylii in Ant. Romano codice ad hunc modum habet. FAVNORVM . SATYRORVM . ET . SILENORVM. DELECTATIO.

PRIMA SYRACVSIO. In Romano codice. SYRACOSIO. per. O. in antepenultima legit, quod etiam Seruius adnotauit. In Longobar-

dico, & aliis . SYRACVSIO . quod iam ab omnibus receptum est.

NOSTRA Nec Erubuit SYLVAS Habitare Thalia. In Romano codice. SILVIS . legitur. & . THALEA . Ea ratione qua diximus alibi . ει . diphthongum in . E . longam abire plurimum apud Latinos, uocali præsertim subsequẽte. Sed enim, ut THALIA Græco sono per . I . scribat, iam receptum a Latinis.

QVVM Canerem Reges Et PRAELIA . In Antiquissimo codice Romano. PROELIA . per . œ . diphthongum legit, ut in aliquot antiquis marmorib' habetur.

VELLIT Et Admonuit . In Longobardico . VELIT . unico . L . scriptum ut multa huiusmodi, antiquorum more. In eodem Longobardico, & in Mediceo . AMMONVIT . duplici . M . quod etiam habetur in Oblongo codice. adeo dura uisa est illi sæculo pronuntiatio, qua litteræ . M . D . præiret.

VARRE TVAS CVPIANT . In Longobardico . VARE . semper unico . R . scriptum est, quod iam recipi uideo, Tam & si Victorinus, quo uitium hoc emendaret duplici . RR . scribendum præceperit non secus ac . ARRVNTIVM . CVRRVM . & . FERRVM . Eundem uero esse uolunt, quem Horatius VARIVM . appellat. Scriberis Vario fortis, & impiger. Scribit uero Dion Historicus Quintilium Varum in Germania Victoriam adeptum, postea proditum post magnam Cladem ipsummet sibi mortem conscivisse. De eodem apud Suetonium, in Augusto, plura.

CHROMIS ET MNASYLVS . In Romano codice scribitur . MNASILLVS . duplicato . LL . & per . I . Præterea Valerius Probus MNASILOS , per . OS .

SPE Carminibus AMBOS Luserat . In codicibus antiquis . AMBO . legitur. quod magis placet Eruditis & ita scriptũ a Virgilio asserit Carisius. Alibi diximus etiam Oratores eo declinatu libenter usos, Quodq; nunc succurrit in Vetusto codice apud Liuium legi . in Calce tertii Dec. primæ. Prœlium fuit, quale inter fidentes sibimet AMBO Exercitus, Veteris perpetuæq; alterum gloriæ. Alterum nuper noua Victoria elatum.

IAMQVE Videnti . In aliquot antiquis codicibus . NAMQ . Videnti .

QVO VINCVLA Nectitis . In antiquis aliquot codicibus . QVID Vincula. Sed id ex Paraphrasi . Pro . QVO , ad quid .

INIICIVNT Ipsis Ex Vincula Sertis . In antiquis omnib' . INICIVNT . I . secunda syllaba minime geminato, ea quam superius attulimus ratione.

MOTARE Cacumina Quercus . MOTARE quidem in Antiquis aliis codicibus. Sed in Longobardico . MVTARE . habetur. Quod si admittas, Cacumina montium intelligas, Transire quippe Arbores de monte ad montem. Sequitur enim comparatio ad Orphea, quem arbores secutæ, Vmbram feruntur præbuisse Vati; Vt in appendicibus Virgilii legitur. Magis tamen placet Motare, quia de Saltatione sermo est.

NEC TANTVM Rhodope MIRATVR Et Ismarus Orphea . In Romano codice, & in Oblongo . MIRANTVR . uerbo numeri multitudinis inter duo singularia posito, Alcmanica figura, quã etiam apud Homerum Porphyrius agnoscit.

ALIIVS ATQ . Cadant . In Ro. cod. VTQVE . legit. Sed Atq; receptum.

SVMMOTIS NVBIBVS Imbres . In Ro. codice SVMMOTIS IGNIBVS legitur. Quod significaret, a state summota, esset q; sermo de temporum Cardinibus Vere, æstate, Autumno, & Hyeme. quæ τῷ τοῦ hoc est pluo nuncupatur. Exacta enim æstate Imbres solere latius effundi, ita ut omnia plenis rura natent fossis, Iam omnibus exploratum est.

RARA Per IGNOTOS Errent Animalia Montes . In Romano codice legitur PER IGNAROS . Dictionemq; hanc Aulus Gellius inter Eas recenset, quæ passiue etiam accipiuntur, pro ignorato quippe, uel ignoto. Quamq; Versum illum, qui ab eo citatus est exempli gratia, Ignarum Laurens habet Ora Mimanta.

posse aliter legi suo loco ostendimus. In Castigationibus Aeneidos.

CAVCASEASQVE REFERT Volucres. In codicibus aliquot antiquissimis, in Romano, in Mediceo. CAVCASIAS. per. I. in pene ultima habet, & ita in secundo. Georgicon. CAVCASIO. Multa tamen eiusmodi libentius per. E. Latini protulere.

HIS Adiungit Hylam. HYLAN. Per. N. omnia uetera scribunt exemplaria.

VT Litus Hyla. Vt taceam Hula in antiquis codicibus, de quo alibi. Est etiam. QVO LITVS. legere in aliquot manu scriptis. Sed. VT. omnino melius.

ET FORTVNATAM Si Nunq Armenta Fuissent PASIPHAEN. In Veteribus aliquot exemplaribus omnino PASIPHEN Trisyllabum legas. quod quidem quosdam satis litteratos Viros in Errorem traxit. Quum dubioprocul πασιφάη quadrisyllabum sit.

AH VIRGO Infelix. Diximus Probum Grammaticum subscribere Romano codici, ne A. uel si etiam interiectio sit, cum adspiratione scribatur.

AT NON TAM TVRPES. In Romano, & aliquot aliis plerisq Codicibus. TVRPIS. Veliano more, de qua scribendi ratione alibi disputatum.

STABVLA Ad GORTYNIA. In Longobardico, & in Mediceo. CORTYNIA. per C. ut multi iam scribere ceperunt. Sed Γόρτυν Vrbs Cretæ per. G. scribitur, & apud Stephanum, & in Homeri catalogo. Datur tamen auribus latinis plerumq, C. pro. G. recipere. Cognatæ .n. sunt. ut Scaurus ait.

TVM Phaethontiadas Musco Circundat Amaræ Corticis. Et in hoc quoq nomine multi decepti sunt. Quod in ant. codicibus scriptũ obseruassent Phœthontiadas, Errore geminato, quis non negarim duas syllabas primas in unã coire posse, ubi aliqua necessitas cogat. Notat sane Quintilianus. συναλοιφὴν, quã complexionem interpretatur, apud. P. Varronẽ. Quom te flagranti deiectũ fulmine Phæton; Sed hoc loco nõ est huius figuræ usus. Obseruat & Amaræ Corticis, apud eũ qui medio Cortice dixerit, q si Amari Corticis hic fecisset cõpositione peccasset.

AONAS In Montes Vt Duxerit Vna Sororum. In antiquo codice manu scripto legere est absq. IN. præpositione. AONIOS MONTES Vt duxerit Vna Sororum. Vt Italiam uenit. Sed longe melius est. AONAS IN MONTES, Vt uulgata habent exemplaria.

VTQVE Viro Phœbi Chorus ASSVRREXERIT Omnis. Apud Arusianum Messum, legas. ATQVE VIRO Phœ. Cho. ADSVRREXERIT.

QVAM Fama SECVTA Est. In codicibus aliquot antiquis. SECVTA'ST. legitur. Vt plerumq etiam in ueterum Monumentis. Et ita Ecloga Decima. PERQ. HORRIDA CASTRA SECVTA'ST.

QVID Loquar? AVT Scyllã Nisi. In Ro. cod. VT SCYLLAM. habetur. quod non placet, quis Poetarum mos sit interdũ fabulas confundere. Id si cui tamen adrideat. Quid loquar, ut narrauerit Scyllam Nisi, aut ut mutatos. In Pastorali .n. persona non dedecet ex duabus Scyllis alterã pro altera nominare. Vetustus etiam codex manu scriptus ita legit. Quid loquar? An Scyllam Nisi, aut quam fama secuta est. Vide uero tale aliquid apud Seruium. Adde quod NARRAVERAT. non NARRAVERIT. In Romano codice scriptum est, sed hoc scriptoris adscripserim Inscitiæ.

SVPER Volitauerit Alis. In Romano codice. SVPRA. legitur. & quod scriptoris uitio factum est. ALES. non ALIS. Legas tamẽ, quibus Alis, quippe quæ pennatæ non sunt. ut aliarum Volucrum, unde ioco locus in fabulis datus.

IVSSITQVE EDISCERE LAVROS. Sunt ueteres codices, In quibus RAMOS. non LAVROS habetur. Sed longe melius. LAVROS. Cuiusmodi Lucus Phœbum addeceat.

IN . MELIBOEO .

Superiori Ecloga usq; ad eum Versum qui incipit. Naides indigno cũ Gallus . a . p desunt omnes paginæ in codice illo ãtiquissimo maioris notæ. Quantum uero ad Idylii pertinet inscriptionem animaduertendũ in uita Virgilii, quæ Donato adscribitur, ubi singularum Eclogarum argumẽta, & Tituli recensentur, hæc corrupte legi. Septima Pharmaceutria, Octaua amores diuersorum sexuum, & dicitur Damon. Ea tu ita restitue. Septima amores diuersorum sexuum, & dicitur Corydon. Octaua Pharmaceutria, & dicit Damon. Sunt tamen qui pro Corydone, Melibœum inscribant.

COMPVLERANTQ. GREGES Corydon Et Thyrsis In Vnũ. In ant. codice manu scripto. GREGEM. Vnitatis numero habetur. ut sit Corydon, & Tyrsis compulerãt in unum Gregem Tyrsis oues Corydon Capellas. Sed melius. Greges, uterq; suum. Est uero ubi, OVIS. legas, Sed hoc loco. OVES. per. ES. dulcius sonare uidetur.

HIC MIHI Dum Teneras. In Mediceo. HVC. scriptum est, Sed HIC. melius, hoc est eo tempore quo teneras defendo a frigore Myrtos.

E QVE Sacra Resonant Examina Quercu. In Longobardico prius erat. ATQ; SACRA. prõ ut etiam in citato hoc eodem uersu ab Arusiano. Sed enim Seruius maluit. E QVE. Sacra. In Cõmentariis uero aliquot E QVE CAVA. RESONANT. scriptum inuenias.

CRESCENTEM Ornate Poetam. In Longobardico, & in Mediceo legere est. NASCENTEM. horum alterum Paraphrasis fuit. CRESCENTEM uero omnino Castior lectio existimatur.

AVT SI VLTRA Placitũ Laudarit. In Longobardico legitur. PLACIDVM. quod minime admittimus.

SINVM Lactis Et Hæc Te Liba Priape Quotãnis Expectare Sat Est. In pluribus quidem antiquis Codicibus legitur. TE. Sed in Oblongo. TIBI. quippe satis est, uel oblata tibi. SINO. uero pro uase, unde, & Plautus in Curgulione. Inuergere in me liquores tuos Sino doctim. Quod uero Virgilius Liba genere Neutro dixit, Nigidius Libos genere Masculino dicere maluit. QVOT. ANNIS uti sæpe dictũ, distinctis dictionibus scribitur in antiquis exemplaribus.

IMMO Ego SARDOIS Videar Tibi Amarior Herbis. Oblongus codex ille antiquus, atq; alter peruetus expositus SARDINIIS legĩt. ut Latina dictio sit, neq; quid in syllabis desiderẽt. quum receptũ illud sit, & in medio Tybure Sardinia est. Quod ideo dictum uolui, quia in codice Longobardico, & in Mediceo. SARDONIIS. legit, qua forma possessiuum id nomẽ apud Græcos effertur. Quod si admittas figura erit Synizesis duorũ. ii. quum dubio procul σαρδώνιος per. ω. μέγα scribatur, Nisi factum sit ea ratione, qua Sidonium eiusdem naturæ nomen corripimus. q̃d καὶ σαρδῷος Stephano obseruatum est. & multis adeo locis Virgilius Græca declinatione & figura utitur.

SI MIHI NON Hæc Lux Toto Iam Longior Anno Est. Obseruat Nonius Fœminino genere Lucem, hoc loco dictum a Virgilio, pro die. a Plauto uero in Aulularia Luce claro uirili genere. ita etiam a Varrone, & a. M. Tullio. deniq; libro de officiis. III. & quum prior ire luci claro non queo.

TVRGENT In Palmite Gemmæ. In Longobardico. TVRGVENT. V. post G. inserta. ita semper in Romano. VRGVET. TINGVIT. & similia. omnia Attiano more; quem reprobat Caper. Sed de hac ratione scribendi latius in. VI. Aeneidos dictum, eo loco, Quibus ne Vrgentur poenis.

FORMOSAE MYRTVS Veneri. Imperite nonnulli huic nomini Myrtus adspirant, Ea uero Arbor Veneri, Ea de caussa sacra dicitur, Auctore Plinio, quia litora amat,

litora amat,& Venus orta mari fert,uel quia prodest multis mulierũ necessitatibus.
FRAXINVS IN Siluis CEDET Tibi. In Longobardico . CEDAT .
HAEC MEMINI, ET VICTVM Frustra Contendere Thyrsin. In Oblongo codice dictionum ordo hoc habet numero . HAEC MEMINI. VICTVM ET Frustra Contendere Thyrsin. Vulgata tamen lectio reiicienda non est

IN PHARMACEVTRIA

ASTORVM MVSAM DAMONIS ET ALPHESIBOEI. Seruius ait primã partẽ,solã Amatoris decepti habere conquestionẽ. Sed.n. in ea narrat̃ et principiũ & origo amoris,qui loc° a Theocrito circa finẽ tractat̃.

SVOS REQVIERVNT Flumina Cursus. Verbum . REQVIERVNT . ea loquẽdi figura nonnullis negotiũ facessit. Et . LIQVERVNT. codices aliquot manu scripti legunt. Verum exemplaria probatiora . Requierunt. habẽt,& eam lectionem agnoscit Seruius, quæ multum uenustatis præ se ferens, inter elocutionum exempla redigitur ab Arusiano.

INTER Victrices Hederam Tibi Serpere LAVROS . C. Iulius, & aliquot alii ueteres Grãmatici . LAVRVS . loco hoc agnoscunt,quis alibi declinatione secunda. Et uos o Lauri carpam. &. Illum etiam Lauri, etiam fleuere myricæ, & Munera sunt Lauri,& Faciemq; simillima Lauro.dictum a Virgilio minime negẽt. Ablatiuum tamen singularem Datiuo similem non habere afferente Plinio, huic Lauro, & tamen ab hac Lautu, & Lauruum facere.

DECESSERAT VMBRA . Ita antiqua plurimum legunt exemplaria. Sed in Oblongo codice . DISCESSERAT . habetur. magis tamen placet a Decedo ductũ, ut illud. Et Sol Decedens. quanq̃ ibi quoq; uarium.

CVM ROS In Tenera Pecori Gratissimus Herba EST . In Longobardico; in Mediceo,& aliis antiquis non habetur . EST . quod quidem hoc loco prætentũ, nescio quid Gratius habere uidetur .

INCVMBENS Tereti Damon Sic COEPIT Oliuæ. COEPIT . uarie scribit in exemplaribus antiquis tam a Capio q̃ ab Incipio. Sed enim Caper in libello de Elegantiis. COEPIT. per. OE. diphth. ab Incipio. CAEPIT uero per.AE. a Capio deduci monet. Quam uero differentiã idẽ inter Oleam,Oliuam,& Oleũ ponit. iã hic minus receptã uidemus,ubi Oliua pro arbore dubio procul posita est.



INCIPE MAENALIOS Mecum Mea Tibia Versus . MAENALIOS ideo dixit,quia quæ canunt hic,in Arcadia se aliquando audiuisse inferius ostendent.

SPARGE Marite Nuces. Lege caussam huius instituti apud Plinium. L. xv.

CVM Canibus Timidi Venient Ad Pocula Dammæ. Sosipater Carisius, ubi agit de Solœcismo,eum etiã fieri per genera nominũ ait ut. Timidi Venient ad Pocula Dammæ, pro timidæ. ex quo Horatium proprium protulisse genus constat,& superiecto pauidæ natarunt æquore Dammæ.

PROMISSAQ. BARBA . Quãuis. PROMISSA . minime displiceat,quod eo significato frequentet apud latinos Auctores inueniat̃,in antiquis tñ omnibus cod. quotquot habui. PROLIXA . legit̃. Eadem autem uarietas dictionis eiusdem in codicibus Liuianis habet̃. Lib. viii. de secũdo bello Punico. Ad hoc prolixa Barba & capilli efferauerant speciem oris,noscitabatur tamẽ in tanta deformitate. Vetus codex . PROMISSA . legit. & pro Noscitabatur . NOSCEBATVR . Sed loco hoc frequentatiua illa uerbi species sententiam auget.

TVM ME IAM CEPERAT Annus. In Longobardico cod. TVM IAM ME CAEPERAT . In aliquot aliis . ACCEPERAT. & ADCEPERAT . habet̃.

POTERAM A TERRA CONTINGERE RAMOS . In Longobardico exẽplari . CONIVNGERE . habetur,quod a nemine receptum obseruaui.

ISMARVS Aut RHODOPE Aut Extremi Garamantes. Sunt politioris huius elegātiæ Viri studiosissimi, qui locū hunc in antiquo codice legi aliter obseruarint. Quippe . AVT TMARVS AVT RHODOPE . ut duoꝶ montium asperitate amoris sæuitiam probet; & a loci demum longinquitate, dum infert, Aut extremi Garamantes. Nam Ismaron urbem esse manifestum, de qua sic Harpocration. ἔστι μέντοι καὶ πόλις ἐν Θράκῃ Μαρώνεια ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην. Tmarus autem, qui & Tomarus Straboni, mons Dodonis est asperrimus atq; sæuissimus non minus q̃ Rhodope Thraciæ. Vulgatam tamen lectionē Valerius Probus summæ diligētiæ Grāmaticus, in īstitutis agnoscit; & inter ea quæ apud Latinos quoq; OS. breuē finalē syllabā habēt, ex eo quoq; uersu exēplū citat. ISMAROS AVT RHODOPE Aut Extremi Garamantes. Neq; enim quid prohibeat Ismaron tam pro monte q̃ pro Vrbe poni; quod si uolunt pro urbe tantum accipi, nihil quicq̃ sentētiā immutabit. Ismaron sane Cicones gens imanis & inhospitalis, Homero damnata coluerunt; ad quos Vlyxes Ilio digressus primum appulsus est; a quibus male acceptus, coactus est magna trepidatione socios in naues cogere, & q̃ maxima potuit festinatione se se in altum subducere. Vnde Virgilius, quū uelit imanitatem feritatemq; amoris ostendere, illum accolis Ismari inhospitalibus comparat. Qui alibi etiam duas eas locutiones in uno uersu ponit,

Nec tantum Rhodope mirantur & Ismarus Orphea.

NEC NOSTRI GENERIS Puerum. In Longobardico, in Mediceo, & aliquot aliis codicibus manu scriptis numerus in hunc dictionum ordinem mutatus est. NEC GENERIS NOSTRI Puerum. qui ordo etiam apud Seruium est.

CINGE Hæc Altaria VITTA. In Oblongo Vaticano codice. VICTA. per CT. & ita in aliis quibusdam habetur. In aliquot. VITTA. TT. geminato. hoc quidem ex consuetudine, alterum illud ex analogia.

CARMINA VEL Cœlo Possunt Deducere Lunam. In antiquis aliquot exempl. legere est. CARMINA ET E Cœlo Possunt Deducere Lunam.

TERQVE HAEC Altaria Circum. In codice Longobardico legitur. HANC. ut iungatur cum eo. Effigiem duco. Sed enim. HAEC. melius.

NECTE AMARYLLI MODO, Et Veneris Dic Vincula Necto. Cuperem ego maxime uetus exemplar, unde pleriq;. NODOS. pro. MODO. legendum persuaderent. Nam in his antiquissimis cod. quotquot præ manibus mihi fuere. MODO. passim scriptum animaduerti. q̃q̃ huius generis figuratos uersus alibi ēt apud Virgilium obseruaui; de quibus suo loco dictū. Quod uero Seruium aiunt dicere uersum esse Anapæsticū trimetrū hypercatalecticū, metrū Cupidini cōsecratū, non intellexerūt eum de Tome loqui. VENERIS DIC VINCVLA NECTO. quibus tantū uerbis id metri genus cōstat, quod Seruius adnotauit. quod si Nodos illos huc adnectas, supra etiā Tetrametrū uersus exporrigetur, neq; Anapæsticus erit.

ET Fragilis Incende Bitumine LAVROS. In Oblongo codice peruetere non Lauros sed. RAMOS. legitur. Longe magis tamen placet. LAVROS. ex Theocrito. πᾶ μοι ταὶ δάφναι. & inferius. Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν αἴθω. quod ita Poeta noster transtulit Daphnis me malus urit, ego hāc in Daphnide Laurum. Sed enim in Lōgobardico. DANIS. scriptum est & DANIDE. supra uero. A. apex quidam tremulus loco litteræ. φ. situs est. unde in codicibus aliis error eorum, qui notam huiusmodi non intellexerunt.

PROCVMBIT IN HERBA. In Longob. legere est. IN VLVA. sed. HERBA. usitatius.

NE RESPEXERIS. In Oblōgo cod. Vaticano. NEC. habetur.

PARCITE, AB VRBE VENIT, IAM Parcite Carmina Daphnis. In Oblōgo Vaticano trāspositæ dictiones. IAM CARMINA PARCITE. quod tātundē est. Sed structura illa suauior. Parcite, ab Vrbe uenit, iam parcite. In Mediceo per uerbi reticētiā legere est. Parcite ab Vrbe DOMVM. Iā parcite carmina Daphnis.

IN MOERI

VONIAM SORS OMNIA VERSAT. In antiquis aliquot codicibus. FORS. legitur; quod omnino tantundem est.

QVOD NEC BENE VERTAT. In Oblongo codice numerus hic Iambicus hemistichius est. QVOD NEC VERTAT BENE.

MOLLIQ. IVGVM DEMITTERE Cliuo. In antiquis aliquot cod. DIMITRE. Sed hoc ex uicissitudinaria illa mutatione, qua. I. in. E. &. E. in. I. passim abire uidemus. Nam hoc loco sententia poscit, ut. DEMITTERE. legat per. E.

VSQVE AD AQVAM ET VETERIS IAM FRACTA Cacumina Fagi. Citatur a Quintiliano uersus, apud quem non uno in codice scriptũ animaduerti. Veteris CONFRACTA Cacumina Fagi. Sed minime displicet. VETERIS IAM, aut. IAM FRACTA. Vtriq; enim ea particula adcõmodari potest.

OMNIA Carminibus Vestrum Seruasse MENALCAM. Vt dictum superius. MENALCAN. per. N. in ueteribus codicibus habetur. Hic uero est allegoria sine translatione, ut Quintilianus ait libro. VIII. Institutionum. Omnia enim propriis decisa sunt uerbis præter nomen. Non .n. pastor Menalcas, sed Virgilius est.

NEC DVM Perfecta. Codices aliquot antiqui. NONDVM Perfecta. legunt. Sed. NEC DVM. magis acceptum.

DISTENTENT Hubera Vaccæ. Sunt cod. antiqui in quibus. DISTENDANT. legitur. Sed. Distentent. pleniorem ostendit hubertatem.

IN GALLO

AIADES. Ita quidem exemplaria quædam habent. Sed in peruetere exposito codice, & in Romano, & in Longobardico. NAIDES. & id recte. Valerius enim Probus, ubi de nominibus. IS. pura terminatis agit, eodem modo poni dicit. Lais Laidis. Thais Thaidis. Nais Naidis. Virgiliũ tamen poetice Naiadis declinasse eo loco. Aegle Naiadum pulcherrima.

INDIGNO Cum Gallus Amore PERIRET. In Ro. codice. PERIBAT. legitur, quod Theocritianæ respondet figuræ. πᾶ ποκ' ἄρ' ἦσθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο πᾶ ποκα νύμφαι. In Longobardico tamen est. PERIRET. Recte uero Poeta argumentum hoc accõmodauit Gallo, quod de sponte moriere Daphnide Theocritus decantauit. Cornelium enim Gallum primum Aegypti Præsidem, post eã in prouinciam ab Augusto redactam ipsum sibi mortem consciuisse superius ostendimus, ex Eusebio; quamuis Seruius eum ab aliis occisum dicat. Accedit Eusebio Ouidii etiam testimonium ita dicentis in Epitaphio Tibulli.

Tu quoq;, si falsum est temerati crimen amici,
Sanguinis atq; animæ prodige Galle tuæ.

Quod uero Cornelius Gallus passim scribit, obserues apud Strabonem libro Tertio AELIVM GALLVM trunca dictione scriptum.

NAM Neq; PARNASSI Vobis Iuga: Quãuis παρνασσὸς duplici σσ passim apud Græcos scribat, antiqua tñ oĩa exẽpl. PARNASI. legũt unico .S. quod nemo mirabit, si legit apud Vel. Longũ; Veteres neq; quidẽ in his. fuisse, iuisse, abesse & similibus. SS. geminasse, adeo putabãt eam litterã, uel unicã satis per se sonare.

NEQ. AONIA AGANIPPE. In Longobardico. AONIAE. cum diphth. in ultima. In altero peruetere codice abrãsa est ultima syllaba. Sane AONIA AGANIPPE utrũq; Seruius Nominatiui casus esse dicit. Quibusdã uero tam & si nõ improbẽt. AONIA. nihil absurdũ uidetur, ut qui dixerat Iuga Pindi & Parnassi, dicat etiam eadem figura. Aganippe Aoniæ, sitq; hoc Genitiui casus, ne uersus adeo elanguescat. Sed enim. AONIAE AGANIPPES. legendum esse indicat Pro

bus, qui loco hoc dicit geminas uocales ab una excipi, adeoq; syllabam ultimã in Aoniæ. non elidi, sed cõmunẽ fieri; produci uero supsequente uocali breui, corripi si lõga excipiat, ut eo loco. Insulæ Ionio in magno. Huius sẽtẽtiæ Sosipater etiã subscribit.

ILLVM ETIAM LAVRI ETIAM FLEVERE Myricæ. In Ro. codice legit. ILLVM ETIAM LAVRI ILLVM Fleuere. In Longobardico una plus dictione pleniore uersu est. ILLVM ETIAM LAVRI ILLVM ETIAM Fleuere Myricæ. idq; ter repertũ cũ. Pinifer illum etiam. maiorẽ habere mouendi uehementiam uidetur; quis nõ displiceat. Illum etiam lauri, etiam fleuere. quod ea exilitas propria sit, & Bucolici characteris, & personæ miserabiliter aliquid deplorantis.

VENIT ET VPILIO. Quamuis Seruius Poetam græco schemate usum dicat, ut apud Homerũ οὔλυμπον, pro ὄλυμπον, & similia. Antiquissimus tamen codex Longobardicus, neq; non Mediceus. OPILIO. legũt per O. syllaba prima. Idq; Caprum Grãmaticũ soliciũ habuit, qui dictionẽ hanc per O. uocalem quartam non per. V. scribendam esse præcipit.

TARDI VENERE BVBVLCI. In Ro. codice, in Mediceo, & aliquot aliis. SVBVLCI. legitur. Sed enim si figura respondet Theocritianæ sententiæ, quæ est. ἦνθον τοὶ βοῦται τοὶ ποιμένες ᾡπόλοι ἦνθον. dubioprocul. BVBVLCI. legendũ est; quibus & epitheton Tardi conuenit, quũ pcipue ingressus Boũ tarditate notet.

VVIDVS Hiberna Venit De Glande Menalcas. In Romano codice. VMIDVS. & absq; adspiratione, uti mos eius est in plerisq; aliis. nam & . VMOR. in eodem codice sine adspiratione scribitur, quod siue ab Humeo, siue ἀπὸ τοῦ ὕω descendat, adspirationem omnino recipit. Loco uero hoc. Vuidus. casta lectio.

O Mihi Tum Quam Molliter Ossa QVIESCENT. In codicibus aliquot antiquis omnino. QVIESCENT. Indicatiuo modo habetur. Sed quod in Romano codice, & in Mediceo. QVIESCANT. Optandi modo legit, lõge magis placet.

INTER SPELAEA Ferarum. In Romano cod. absq; diphthõgo. SPELEA. ueluti etiam in Veterum monumentis, non uno loco, neq; una ætate scriptum obserues, ut illud Romæ in. B. Mariæ Transpontinæ.

SACERDOS . DEI . BROTONTIS . ET . HECATE . HOC
SPELEVM . CONSTITVIT .

Huic, reliquis præteritis illud addam, ex oppido Ficulli Dioc. Vrbeuetanæ

SOLI . INVICTO . MYTHRAE
TIBERIVS . CLAVDIVS . TIBERI . FILIVS . THERMODORVS
SPELEVM . CVM . SIGNIS . ET . ARA . CAETERISQVE
VOTI . COMPOS . DEDIT .

NON Illum VESTRI Possunt Mutare Labores. In cod. aliquot ant. NOSTRI.

TORQVERE CYDONIA. In Ro. CYDONEA. & ita in Oblongo peruetere.

NEQVE Carmina. In Romano codice, & aliquot aliis. NEC. habetur.

OMNIA VINCIT Amor. In Ro. VICIT. Sed præsenti tẽpore plus dicit.

SVRGAMVS Solet Esse Grauis Cantantibus Vmbra. Iuniperi Grauis Vmbra, Nocent Et Frugibus Vmbræ. In cod. aliquot antiquis totus ille uersus. Iuniperi grauis umbra no. & fr. um. desideratur. Sed enim & numerus ipse, & figura, & repetitio, collectioq; pastoralis adeo uidetur, ut non sine inuidia demi possit.

FINIS

IO . PIERII . VALERIANI . CIVIS . ROMANI
CASTIGATIONES
IN GEORGICA VIRGILII

VO SIDERE TERRAM VERTERE MECOENAS. Hoc primum obseruatione dignū in hac parte uisum, quod MECENATIS nomen (id enim oculis statim oblatum) uarie scriptū apud Auctores fere omnes inueniebam. dum alii. OE. diphthongon, alii. AE. scribunt; neq; prima an secunda syllaba sit diphthongus ea notāda inter eos cōuenit. Sane uero in Ro. codice passim prima syllaba per. AE. diphth. scripta. In aliquot aliis per. OE. Vsus tamen nonnullorum etiam bene litteratorū obtinuit. ut secunda per. OE. scriberetur; Quod quidem qua sit ab eis ratione factum, uiderint ipsi. ... tigo enim in Veterum monumentis, quæq; in hortis Mæcenatis eruta sunt, nomen id per. AE. diphth. prima syllaba, per. E. simplex secunda scriptum obseruaui. Sic enim in eo frusto, quod nunc in hortis Colotianis uisitur, habetur.

PERMISSV. C. MAECENATIS.

Quod si demum eo uentum est, ut nostrorū quoq; nominum rationes a Græcis repetere cogamur, apud eos Μαικήνας scriptū inuenimus per. αι. prima syllaba, & per ἦτα media; Quare cum Ro. codice. MAECENAS. ego potius scripserim.

QVAE CVRA BOVM QVIS CVLTVS. In Romano codice, in Longobardico, in Mediceo, & aliquot aliis antiquis. QVI CVLTVS. legitur.

SIT PECORI ATQVE APIBVS QVANTA EXPERIENTIA. Antiquiores omnes codices, quos uiderim, Romanus quippe, Oblongus Vaticanæ Bibliothecæ, Mediceus, & pleriq; alii uersum hunc absq; coniunctione. ATQVE. ponunt. ut eo modo legatur absq; synalœpha, quo etiā uersus ille. Orchades, & radii & amara pausia, Bacca. &. Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. &. Stant & Iuniperi, & castaneæ hirsutæ. ita in iis codicibus scriptum est. SIT PECORI APIBVS QVANTA EXPERIENTIA PARCIS. Tam & si nonnulli sunt ex eruditis, qui loco hoc tolli. ATQVE. minime uelint, ne ipso statim operis initio uersus incipiant (quod aiunt) elanguescere. Sed enim hos mihi futuros æquiores puto, quū animaduerterint Virgilium dictionē hanc ipsam. PECORI. absq; synalœpha sæpius posuisse; ut in Bucolicis. Et succus Pecori & lac subducitur agnis. In hoc ipso opere. Arcebis grauido Pecori, armentaq; pasces. Quibus fere omnibus locis in codice Longobardico addita est. QVE. tantum particula, ut hoc loco legitur. SIT. PECORIQVE. Quod qui legerunt, quom encleticæ non esse locum animaduerterēt, compositam coniunctionē illam inculcarunt. neq; tamen hoc ita dixerim, ut prohibere uelim, ne unusquisq; suo satis ingenio faciat.

VOS O CLARISSIMA MVNDI LVMINA LA. COE. QVAE DV. AN. LI. ET AL. CE. In Oblongo antiquo cod. QVI. legitur, scilicet Liber & Alma Ceres. Quamuis non imperitos esse plerosq; scio, qui Solem & Lunam; de quibus ait Virgilius. Vos o clarissima mundi Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum. seiungunt a duobus Diis, qui subsequuntur. Liber & alma Ceres; in qua lectione prætectum esse punctum uolunt; quod ideo crediderim ab eis assentum, quia forsan apud Varronem obseruarint de Diis his factam separatim mentionem. Apud quem ex duodecim Agricolarum Diis Iuppiter,

& Tellus inuocantur primo. Secundo Sol, & Luna. Tertio Ceres, & Liber. Sed I enim qui apud Orpheum legerint . ἥλιον ὃν διόνυσον ἐπίκλησιν καλέουσιν . & apud Euripidem & Aristotelem eundem Solem & Bacchum esse. Id quod & Eusebius & Macrobius, & pleriq; alii, qui saxum hoc uoluere conati sunt, tradidere; dum Dionysium eundem & Bacchum & Liberum nuncupant, igneam Solis uim quæ fructus maturat, interpretantes, facile persuasum habere poterunt, intellectum a Virgilio, ut, Liber & Alma Ceres ea sint clarissima mundi lumina labentē cœlo quæ annū ducunt. Sed ut ad rē nostrā reuertamur codices alii . Quæ . legunt .s. (lumina.

CVI PINGVIA CAEAE . Impressi omnes cod. quos uiderim . CAEAE . scribūt . AE . diphthōgo utraq; syllaba notata. In Romano . CEAE . per . E . longam in pene ultima ex mutatione diphthongi . ει . quæ fuerat in dictione græca κεῖος, κεία, κεῖον, ut in nomine Αἰνείας nos Aeneas. & in κιχόρειον . cicorea pene ultima longa. Hor. Me cicorea leuesq; maluæ, qui uersus est Dactylicus Alcmanius. Licet uero nomē hoc, quo de agitur, apud Græcos multipliciter & scribatur & formetur, quippe resoluta diphthōgo κέῖος, κέως, κῶς per geminū εο. & κέως ultimo in ω μέγα mutato. & κέιος, & κήιος bisyllabum, quam inscriptionē ex itinerario Vrbani Patrui mei ita notatā excerpsi. Κοιων πολεος & alibi. Α βουλα καὶ ὁ δᾶμος τῶν λαμπροτάτων Κοίων [illegible] & in argenteo nūmo, quem apud Lycinium Armutium cōtubernalem meum uidi, Cácer est cū īscriptione κοιων . Inferne λευκιππος . Vbi tñ κεῖος, aut κέως, per . ει . scribatur, apud Græcos nondum inueni. Romanos uero solitos . ῳ . diphthongum impropriam in . OE . uertere, multa indicant uocabula; Comœdia ex κωμῳδία . & similia. Quare uel . COEAE . per . OE . diphthongum, uel per E . longum, ut in Romano habetur codice . CEAE . scribendum.

QVIQ. Nouas Alitis NON NVLLO SEMINE Fruges . In Ro. codice perperam est . NON VLLO DE SEMINE . quod alibi . NVLLO DE SEMINE . habetur; ut sui quoq; Genii statuantur iis, quæ sponte sua ueniunt, quarūq; semina nobis sunt incognita. Nam de iis quæ seruntur, statim subdit. Quiq; satis 2 largum cœlo demittitis imbrem. Seruius . NON NVLLO . agnoscit, & pro aliquo interpretatur. Vtra cui lectio magis placuerit, non laboro.

QVEM MOX QVAE SINT HA . DEORVM CONCILIA . Veteres pleriq; codices . CONSILIA . per . S . scribunt. Grāmatici distinguūt & hoc significato malunt . CONCILIA . Neq; uero prætereundum uidetur quod loco hoc . MOX . pro cito, positum, ait Cnifo, Carisio teste. Quod alii, paulopost, nolunt, ut Terentius. Nam ut Mox reuertare.

TIBI SERVIAT VLTIMA THVLE . Sane nomen hoc per . θ . & . ου . diphthongum scribitur, nonnunquam tamen priore uocali ex diphthongo dispuncta . THYLE . scriptum inuenies, ut habet in Ro. codice. De hac aduerte Strabonis uerba male a quibusdam interpretata, ita legi debere. Hanc siquidē super omnes fama uulgatas magis atq; magis ad Septentrionem expositam locant.

AN NE NOVVM TARDIS SIDVS TE . MEN . AD . Sunt aliquot antiqui codices, in quibus . ATQ . NOVVM . legitur, ut in Oblongo Vaticanæ Bibliothecæ. Sed longe melius . AN NE . Quia posita questione, sit ne terris imperaturus, an Deus immensi ueniat maris; quærit demum an tertiam mundi sedem, quippe cœlū sit habiturus. Duos uero signat in cœlo locos Cæsaris apotheosi destinatos, ut nostro illuceat orbi, si quippe sedem, aut ad Polum arcticū, aut ad æquinoctialem statuerit, minime uero uult eum antarcticum incolere; quem polum sub pedibus Styx atra uidet, Manesq; profundi.

IAM Brachia Contrahit Ardens SCORPIVS Et Cœ. Iu. Plus Par. RELINQVIT . In Ro. codice . SCORPIOS . scriptū est per . OS . uoce græcanica. Nā & in uocabulis græcis huiusmodi desinentiā Veteres adamasse ostēsum sæpius.

Sane uero Probus Valerius hic. SCORPIOS. agnoscit, dum in artium institutis, hoc ipso loco teste, corripi in nonnullis nominibus OS. In recto probat. In eodem Romano codice. RELIQVIT, est tẽpore præterito, quasi olim numen illuc præsenserit accessurum. Sed melius præsens, ut Contrahit.

NAM TE Nec SPERENT Tar. Re. In Romano. SPERANT. In Longobardico. IAM TE. Quia scilicet, iam decretum sit Te apud superos futurum. Sed uulgata lectio: Nam te nec sperẽt. in longe pluribus habetur exemplarib⁹.

QVAMVIS ELISIOS Mi. Græ. Cam. In Mediceo codice, in Longobardico, & quibusdam alis. ELISEOS. per. E. in pene ultima scriptum est. Vt ex αἰθέριος. æthereus. quæ mutatio Ionum more placuit maioribus nostris. Nunc autẽ & Aetherius p. I. scribiť a plerisq;, & ab omnibus. ELYSIOS. eadẽ uocali.

AC PATRIOS CVLTVSQ. Habitusq; Loc. In Oblongo Vaticanæ Bibliothecæ codice. CVLTVS HABITVSQ. legiť, particula. Que. semel tantũ posita, in Longobardico. quæ post. CVLTVS adscripta erat, abrasa est. Vetera exemplaria reliqua. CVLTVSQ. HABITVSQ. legunt. & particula illa utriq; uocabulo adiecta, uersui decorum, & grauitatem addere mihi uidetur.

ET QVID QVAEQ FERAT Regio Quid Quæq; Recuset. In nonnullis antiquis codicibus legere est. QVID FERRE RECVSET. Quod ego crediderim ex Paraphrasi desumptum.

HIC SEGETES ILLIC Veniunt Felicius Vuæ. Antiquos admodũ codices uidi. in quibus uersus hoc numero legiť. HIC SEGETES VENIVNT VVAE FELICIVS ILLIC. Sed .n. uulgata lectio magis aures implet, & longe suauior uidetur.

ATQ. INIVSSA Virescunt Gramina. In Longobardico exemplari abrasa est dictio. INIVSSA. Eiusq; loco repositũ. INVISA. Sed INIVSSA. omnino lectio castior est, quam & Seruius agnoscit.

ELIADVM Palmas EPIROS EQVARVM. In Longobardico & plerisq; aliis codicibus. EPIRVS. per. VS. legiť Latina terminatione. In Romano. EPIROS. per. OS. Vt Græce. & ita legendum Seruius censet. Præterea cur Equarum potius fœminino genere q̃ Equorum Masculino dixerit quærit Probus. Sed in reddenda ratione, quid sibi uelit difficulter intelligas, adeo omnia eius scripta mutilata sunt, licet uero dicat corpora præcipue matrum legenda, ex quibus Sobolem tollas, non satis ad sententiam facit. Quare legas apud Plinium de Equis. Scythas per bella fœminis uti malle, quod urinam cursu non impedito reddunt; ad quos respexisse crediderim Virgilium, quum hic præsertim de cursu & uelocitate loqui uideatur.

PVLVERVLENTA Coquat Maturis SOLIBVS Aestas. In Romano cod. legere est. MATVRIS FRVGIBVS. Seruius. SOLIBVS. agnoscit, cum aliis plerisq; codicibus antiquis.

AT SI Non Fuerit TEL. FOE. In Longobardico. ET. sed. AT. melius.

AVT Ibi Flaua Seres Mutato SIDERE. Farra. In Romano codice Mutato SEMINE. legitur; Sed SIDERE agnoscit Seruius, quum tamen nulla sit caussa cur SEMINE sit expungendum; quum statim Virgilius ea connumeret semina; quibus Far inde succedere sit ex fertilitate, Et quæ contra, seminata prius, cãpum adurant. Sed enim reliqui codices omnino. SIDERE. legunt.

VNDE Prius LAETVM SILIQVA Quassante Legumen. Quamuis Seruius LAETVM agnoscit; Vide tamen an recte in Romano codice. LECTVM. legatur. Vt ibi serenda Farra dicat, unde prius legumen legeris. Verbum uero Sustuleris Viciæ tantum & Lupino seruiat.

REQVIESCVNT FOETIBVS. In Romano codice. REQVIESCENT. FETIBVS. Futuro tempore scriptum, in aliis præsenti.

EXVDAT INVTILIS HVMOR. Dum interim aliquid occurrat, quod maio-

ris alicuius momenti sit, non pigeat de ratione scribendi aliquid disputare, ubi præsertim ea sese offerunt; in quibus aliqua manifesta mutatio facta sit; Cuiusmodi ea est, quæ in hoc uerbo Exudat apparet. Nam nostri fere omnes ubicunque. EX. præpositiua particula cũ dictione aliqua, quæ ab. S. littera incipiat cõponatur. S. ipsam excludere cœperunt, offensi, scilicet sibilo, quem ex pronuntiato uocabulo resultare dicunt, duabus uix dictionib⁹. EXSVL. & EXSPECTO. in quib⁹. S. non elidatur, designatis. Sed enim antiqui scriptores non modo composita in sua incolumitate conseruarunt, ut Exsudat & alia huiusmodi; Verum etiam ipsi litteræ. X. quotiescunque occurreret, uel in simplicibus nominibus, de industria. S. addere gaudebant. Hinc FELIXS. Hinc ALEXSANDER. Hinc CAPPADOXS, & pleraque huiusmodi, quæ passim in ueterum monumentis obseruantur. Quæ quidem consuetudo quum plurimum inualuisset compulsus est Terentius Scaurus aduersum hos præcepta tradere, Eosque peccare ait, qui. NVXS. & TRVXS. & FEROXS. in. S. nouissimam litteram dirigunt, quum alioqui duplex sufficiat, quæ intra se &. S. litteram habeat. Sane uero qui genus hoc scriptionis innouarunt, credidere nimirum figuram nostræ litteræ. X. eam esse, quæ apud Græcos pro. ch. figuratur. χ. & ad sonum, quem audiebant necessariam esse litteram. S. existimarunt. Si quis. n. scribat TRVCHS. & NVCHS. eodem pene sono excipientur, ac si Trux, & Nux, per. X. scripta enuntientur. Sed fuerit sua cuique ætati consuetudo; nostris placunt ea simplicia nomina per. X. tantum adnotare. Composita uero nõ usquequaque eiusmodi regulæ subiiciunt. sed pleraque. S. retinuerunt, ut appareret originario. Quare si modo eodem EXSVDAT scripserim, ut ueteres pene omnes codices habent, neque ullius pronũtiationis harmoniam me offendisse crediderim, neque alienũ quid a scribendi usu protulisse.

RVRSVS In Obliquũ Verso PRORVMPIT Aratro. Veterũ bona pars codicum. PERRVMPIT. legunt; quod sententiæ uidetur adcõmodatius. Sed in Mediceo nota illa quæ. PRO. significabat abrasa est, &. P. littera alio atramento infeme recisa iam Perrumpit facit. Sunt etiam exemplaria, quæ. OBLICVM. per. C. scribunt exemplo iam antiquato, licet ad hanc diem in Italia populi fine, qui. Q. litteram nondum admisere.

NVLLO Tantum Se MOESIA Cultu. In Romano codice, & altero peruetere MYSIA. per. Y. prima syllaba scriptum est, ueluti apud Stephanum μυσία χώρα καὶ πόλις. Quod uero passim scribi cœptum. MOESIA. per œ. diphthongũ a Seruio defluxit; qui Ciuitatem a Regione ea scriptura distingui tradidit.

RIVOSQ. SEQVENTES. In Romano codice legere est. Riuosque FLVENTES. sumptum id nimirum ex Paraphrasi.

ECCE Supercilio Cliuosi Tramitis Vndam ELICIT. In Romano codice ELIGIT. scriptum, ea scilicet cognatione quæ intercedit inter. G. &. C. quũ ELICIT omnino sit casta lectio.

ET AMARIS INTYBA Fibris. Scribendum. INTVBA. per. V. Ex antiquis plerisque codicibus tam Virgilianis, q̃ Plinianis. Latina enim dictio est, neque admittit. Y. nisi quantum Græci sic. V. nostrum breue ea solent nota figurare. Sed de hoc plura in quarto Georgicon.

NEC SIGNARE Quidem. In Romano codice. NE Signare Quidem legitur. Vna minus littera.

EXTVNDERET Artis. Antiqua aliquot exemplaria. EXCVDERET. legũt, eaque dictio, nescio qua prius abrasa, in Longobardico codice superinducta. Sed. n. EXTVNDERET. in Probatioribus codicibus, Romano, Mediceo, & aliis habetur.

ET SILICIS Venis. Antiqua omnia exemplaria quæ præ manibus fuere nobis. VT SILICIS. legunt; tam & si non displicet. ET. ut illi membro cohæreat. Et sulcis frumenti quæreret herbam.

NAM PRIMI Cuneis SCINDEBANT Fissile Lignum. In Mediceo codice & aliquot aliis antiquis. NAM. PRIMVM. habet. In Romano SCHINDEBANT. quod sono asperū uideatur, per. CH. & hic & alibi scriptū. quod uerbū id χίζω Græce dicit per. χ. litterā densam; alii Scindo malunt ἀπὸ τοῦ σχίζω dici, & idcirco adspirationem non adponunt; atq; ita omnino mollius enunciatur.
LABOR OMNIA VINCIT. In Romano codice. VICIT. legitur, specie perfecta. Nam & Venere artes, dixerat. In Mediceo. VINCIT. est. Sed litteræ. N. subditum est punctum; quod eam indicet Expungendam. Vtcunq; tamen legas, parui est momenti.
DEFICERENT SILVAE. In codicibus nonnullis admodum uetustis. DEFVERANT. legitur. Sed. DEFICERENT. magis placet.
VT MALA Culmos Esset RVBIGO. In Romano codice, & hic, & alibi. ROBIGO. per. O. prima syllaba scriptum est. Vnde Robigalia sacra Robigo Deo instituta a Numa anno Regni sui. xi. ut Auctor est Plinius.
HORRERET IN ARVIS CARDVVS. In antiquis aliquot codicibus. CARDVOS. ut Sexcenta huiusmodi exempla in ueterum monumentis.
ET STERILES DOMINANTVR Auenæ. Hic suum habet locum. DOMINANTVR. quod in Bucolicis Nascuntur ex ant. codicibus legi diximus.
QVOD NISI ET ASSIDVIS. In Romano codice. ADSIDVIS. idq; perperam scriptum ex Carisii sententia. Quod uero sequitur. TERRAM. insectabere rastris. In Mediceo codice HERBAM insectabere scriptum est.
FRVSTRA Spectabis ACERVVM. Vt missum faciam. ACERVOM. ex antiquis codicibus. In Mediceo non Spectabis. sed EXPECTABIS. habetur. id enim spectandi auget significatum.
ET MYSTICA Vannus Iacchi. In Romano codice. MVSTICA VALLVS. legitur. MVSTICA. quidem, ut alibi dictum mutatione ϒ. y. in. u. quia Veteres peregrinas litteras abhorrebant. Eodem modo in antiquo Liuiano codice Corcuram pro Corcyram legitur, & huiusmodi pleraq;. VALLVS. uero ex Varrone est; apud quem Vallus; quæ apud alios Vannus. & in Libro de Lingua Latina a uolatu dictam asserit, quod quom id iactant, uolant inde leuia.
PROVISA REPONES. In Mediceo cod. REPONAS. p modum imperandi.
EXPLORET Robora Fumus. In Romano codice, & in Oblongo Vetustissimo. EXPLORAT. legitur. ut cū Ceditur procedat. altera tamen lectio non reiicitur.
TENVISQ. Piget Cognoscere CVRAS. In Oblongo cod. CAVSAS. habet.
AREA TVM PRI. Ingenti EST Aequanda Cylindro. In Mediceo cod. & plerisq; aliis ueteribus Versus is ita legit. AREA CVM PRIMIS INGENTI AEquanda Cylindro. absq;. EST. Vide uero apud Aulum Gellium. Libro xvii. cap. secundo. Sicut. CVM PRIMIS. pro In primis dicebant. Ad hæc Carisius solœcismū esse transmutatione qualitatis in præpositionibus ait, ut in hoc uersu; ubi CVM PRIMIS. pro, Quom in primis positum sit.
TVM Variæ ILLVDVNT Pestes. In Romano codice & aliquot aliis antiquis ILLVDANT. habetur. Quanq; nō displicet Illudunt. Vt uertatur alio sermo.
POSVITQ. DOMOS. In Longobardico codice DOMVS est. Vt quartæ sit declinationis; Quod etiā apud Oratores habetur. Vt in ueteri codice Liuiano Lib. tertio. Primæ Decadis. Vbi de Quinctii Triumpho. Epulæ instructæ fuisse dicuntur ante omnium DOMVS. Sed enim uerborum inuitatus propinquitate præterire non possum, quod statim subsequit, in eodem antiquo exemplari. Epulantesq; cum Carmine triumphali. ex sollemnibus locis comessantium modo, currum secuti sunt. Vulgata exemplaria nescio quos Solennes iocos habent.
POPVLATQ. Ingentem Farris Aceruom Gurgulio. In Mediceo codice nō habebatur. q. perticula, quæ superne addita est aliena manu. Ante uero Populat

punctus est, qui Periodum claudit . Qui uero syllabæ timuerunt . q; . illud ,ut sæpe alibi addiderunt . Scribendum uero per . C . Curculio . Licet . G . audiatur Vt in Caieta Caio , & aliquot aliis .

AT SI Luxuria Foliorum EXVBERAT Vmbra . In Mediceo codice . EXVBERET . Coniunctiuo modo legitur . In Romano codice . LVXVRIAE . Quod ego prius fuisse crediderim . LVXVRIE . a Nominatiuo Luxuries . Plinius Secundus sermonis dubii Libro Sexto , Vt apud Carisium legimus ,in iis quæ recitat ex Caii Iulii Romani analogia . Amicicies , ut Planicies (inquit) Luxuries Mollicies , & similia ,ueteri dignitate . Cæterum rationis uia debet amicicia dici . In reliquis sane codicibus . LVXVRIA . legitur .

NEQVICQVAM Pinguis PALEAE Teret Area Culmos . In Ro. codice ,& in Med. PALEA TERIT . legit̃ . & PALEA Ablatiuũ nõ temere agnoscit Seruius.

ATQ . Illum In Præceps Prono RAPIT Alueus Amne . In Ro. cod. TRAHIT Alueus . legit̃ ; quod puto sumptũ ex Paraphrasi aliqua ; Quum Mediceus & reliqui . RAPIT . habeãt . Est & AMNI . In antiquis codicibus frequentissimũ, & Grammaticis antiquis Carisio & aliquot aliis agnitum . Legitur etiam Atq; illũ in prono præceps Rapit Alueus Amne .quod nequaquam approbatur .

LIBRA DIE SO. Q. PA. V . F . Horas . In Romano codice scriptum est . LIBRA DIEI . per . EI . diphthongum . In reliquis . DIE . Veteri declinatione , quæ Genitiuum per abiectionem . S . litteræ enuntiare solebat ,ut quædã apud Græcos . Cuius sententiæ fuisse Valerium Probum comperio , Sallustiumq; declinationis huiusce modum non adspernatum , qui scripserit . Dubitauit Acie pars . & Vix decima parte die . Veluti Horat. constantis Iuuenem fide Gygem . & Ouidius ubi de Tereo . Viq; fide pignus dextras utriusq; poposcit . Ita etiam in Rosa , quæ Maroni adscribitur . quæ cuiuscunq; fuerit ,& docte est & Luculẽter scripta . Ad primos radios interitura die . Aliter tamen locus hic Virgilianus legitur a . C . Iulio Ro. In libello ,quem Sosipater recitat de Analogia;ita enim habetur . Dii , pro , Die ,seu Diei . Virg. Libra DII . SO. Q. Pa. Vbi. Fe. Horas . Sunt enim ex ueteribus Grammaticis qui . DII . semper legendum esse definiant . Bona tamen Litteratorũ ,qui nunc uigent , pars . DIE . malunt legere .

ET IAMDVDVM Incumbere ARATRIS . In Mediceo codi. & aliquot aliis antiquis exemplaribus , legere est . Incumbere RASTRIS . Est & ubi . ARATRIS . legas , quod agnoscitur a Seruio .

ET ADVERSO Ce. CA. OC. AS. In Romano quidem ,& in Longobardico . ADVERSO . est . In aliis uero . AVERSO . In Mediceo . AVERSO INCEDENS . sumptum puto , ex Seruiana Paraphrasi .

VANIS ELVSIT Auenis . In Romano codice legere est . ILLVSIT ARISTIS . In quibusdã aliis Elusit Aristis . Magis uero placet AVENIS . ut habet in Mediceo Quia frumenti uitium est Auena . Atq; hic sermo est de iis quæ degenerant , quum tñ alioqui Auena inter Segetes . suam speciem obtineat, uti alibi .

AD MEDIAS Sementem EXTENDE Pruinas . In Romano codice . EXPENDE . legitur , quod significat suspensas tene,eodem pene significato cum Extende; acceptior tamen est uulgata lectio .

CERVLEA Glacie Concretæ . In plerisq; ueteribus exemplaribus legere est casu recto numero multitudinis . CERVLEAE . puncto mox intersito ,ut quod sequitur Glacie concretæ ,atq; Imbribus atris, Expositio sit ,cur zonæ illæ ceruleæ sint . In codice Mediceo prius CERVLEE legebatur , sed inde aliena manu linea superinducta ,ut ultima littera fieret . A . Sunt etiam codices manu scripti ; In quibus Ceruleæ . ET Glacie legatur ,quæ mihi lectio nequaq̃ probatur . Ostendit tamen epitheton non cum Glacie ,sed cum Zonis adcommodatum . Zonæ Ceruleæ .

DEMSANTVR Nocte . In Ro. cod. in Med. & aliquot aliis . Densent̃ , a Dẽso ses,

PRAEDISCERE . In Ro. codice. PRAEDICERE . quod non probatur.

MESSISQVE DIEM Tempusq; Serendi . Quamuis Seruius Diem messis agnoscere uideatur, & exemplaria pleraq; uetera eodem exemplo, cum uulgatis legant Messisq; Diem . Non tamen prætereundum fuit, quod in Mediceo codice scriptum legi . MENSISQVE DIES . quippe bonos, aut malos; cuius rei cognitio inter Agriculturæ præcepta locũ obtinet suum . Et Hesiodus partem eam tanti fecit ut opus ἔργα καὶ ἡμέρας inscripserit; neq; Virgilius Eandem partem dissimulauit, tam & si aliquanto breuius rem attigerit . Sane uero in Daphnide codex idem Mediceus eo Versu Ante focũ, si frigus erit, si messis in umbra . MENSIS . scriptum habuit, quod modo emendatum est, ubi dubio procul . MESSIS . esse debet . Quare errorem huiusmodi ex antiquo scribendi modo crediderim emanasse, quod Sicilicon geminandæ consonantis signum soliti essent ueteres apponere, quæ nota fuerit ab imperitis loco . N . litteræ deinde accepta, ut ita multa alibi.

AVT TEMPESTIVAM IN Siluis Euertere Pinum . In Mediceo codice & aliquot aliis antiquis absq; præpositione . IN . legere est . TEMPESTIVAM SILVIS . quod Virgilianæ phrasi propius est.

EXACVVNT ALII VALLOS . Fossis & Muros de terra factos exponit Seruius; At qui hæc neq; acuuntur, neq; per Imbres fieri possunt . In Palos siue sudes . quorum plurimum in agris usus, præparari intelligas.

NVNC FRANGITE SAXO . In Romano cod. SAXIS . est. Sed unitatis numero melius . quod in reliquis codicibus habetur.

PALLIDVS ORCVS . Scribendum . ORCHVS . ex aliquot ant. codicibus, & ex Valerii Probi præcepto . Qui tria nomina Latina post . C . adspirationẽ recipere tradit . Lurcho . Pulcher . & Orchus . & ita antiquiores scripsisse testatur.

EXTRVCTOS DISIECIT FVL . Montes . In Romano codice legere est . DEIECIT . Extructi enim erant Montes . ita inferius aut alta ceraunia telo Deicit . Maiorem tamen uim, & ualidiorem impetum ostendit uerbum . DISIECIT . ut excussos eos alio alium dicat.

SEPTIMA Post Decimam Felix . In ant. codicib⁹ legere est . SEPTVMA Post DECVMAM . Vt huiusmodi pleraq; . Sed non ab re fuerit locum hic apertius explicare, ut finis iam statuatur eorum solicitudini, qui tam anxie quærunt; utrum Virg. eam intellexerit Lunam, quæ iam in decrementũ abit, an quid aliud sibi uoluerit . Sane uero Septimam separatim a Decima intelligere monemur Hesiodi carmine; Quem Virg. imitatur . Ait enim ille . καὶ ἑβδόμη ἱερὸν ἦμαρ. Quartam decimã uero idem domandis Bubus & curandis canibus & mulis aptam dicit.

FELIX ET Ponere Vites . In Longobardico . FELIX EST Ponere Vites . Græcanica figura, qua sæpe Virgilius & Horatius utuntur . Sed prior lectio magis placet, quia omnino uerbum . EST . subintelligitur, & ea lectio in Longobardico aliena manu contaminata est.

MVLTA ADEO MELIVS GELIDA Se Nocte Dedere . In Mediceo codice & aliquot aliis antiquis dictiones ita transpositæ . MVLTA ADEO GELIDA MELIVS . Vtraq; lectio & suauis, & elegans est.

AVT CVM SOLE Nouo . In ueteribus aliquot codicibus . VEL CVM . scriptum est . Sed . AVT . in pluribus.

NOCTE LEVES Stipulæ Melius . Antiqui codices quotquot legi, hoc ordine legunt . NOCTE LEVES MELIVS STIPVLAE . quod aliq̃to ornatius est.

NOCTIS Lentus Non Deficit Humor . In Romano cod. NOCTES . legitur, & in Longobardico, NOCTE . una minus littera . Sed enim . NOCTES . aut NOCTIS . Accusatiui casus . lectio castior ex Arusiano Messo dinoscitur; qui in Libello de elocutionibus Virgilianis in exemplum quod eleganter deficit illam rẽ dicere possumus; Virgiliano hinc utitur testimonio . Noctes lentus non deficit

humor .adde uero qđ Seruius exponit Deficit ,deserit,qđ pxime accedit ad Messũ ;

ET FOLIIS Vndam TREPIDI Despumat AENI . In Romano codice legere est. TREPIDIS DESPVMAT AENIS . Et TREPIDVM agnoscit Seruius. In Mediceo & aliquot aliis. TREPIDI . scriptum obseruaui. Humore.n. late ebulliente ahenum tremere necessarium est.

HYEMS IGNAVA Colonis. In Romano codice & plerisq; aliis manu scriptis HYEMPS . per sonum Græcæ litteræ . ψ . finalem scribitur ; de qua scribendi ratione Teren. Scaurus adeo solicitus fuit,ut in præceptis suis hæc tradiderit. Hyems quoq; carere . P . littera debet : quia in uersibus nunq̃ . P . nec . B . propinqua eius respondet . sine quarum altera nusq̃ in Latinis ea nomina declinantur ,quæ per . ψ . Græcam uocem efferuntur . Vt Princeps . Celeps . quia Principis ,& Celebis ,scribitur. Hyems uero Hyemis facit. Est &,Colono,unitatis numero in antiquis codicibus omnibus obseruatum . In Mediceo una plus dictione . COLONO EST .

CVRASQVE RESOLVIT . In Veteribus aliquot codicibus . (legitur . CVRAM . unitatis numero legitur . Sed melius. CVRAS .

STVPEA Torquentem Balearis Verbera Fundæ . In Romano codice & aliquot aliis antiquis . STVPPEA . duplici . P . scriptum ,ut apud Græcos . Est etiam in Ro. cod.. TORQVENTES . numero multitudinis ,quod nõ ita placet. Quod uero Balearem fundam apellauit, dictum a plurimo eius usu , qui apud Baleares est,quæ sola genti arma esse Trogus ait . Non autẽ, quod ibi inuenta sit funda . Cuius inuentores Plinius Syrophœnices memorat, Strabo uero Aetolos .

CVM NIX ALTA IACET . In Romano codice. TEGIT . una tamen corrupta littera . Sed . IACET . omnino melius .

OMNIA Ventorum CONCVRRERE Prælia Vidi . In Romano codice . CONSVRGERE . habetur. Sed . CONCVRRERE . ex Plinio castior lectio cognoscitur . apud quem ita habetur . Virgilius messe ipsa Concurrere prælia uentorum damnosa imperitis refert . Tradunt Democritum metente fratre eius Damaso ardẽtissimo æstu ,orasse, ut reliquæ segeti parceret ,raperetq; desecta sub tectum , paucis mox horis sæuo imbre Vaticinatio est approbata .

MIMBORVM IN Nocte . Sunt quidem codices antiquissimi ,in quibus NIMBORVM NOCTE . absq; . IN . legitur. Sed NIMBORVM IN NOCTE, ut in Mediceo & plerisq; aliis habet longe numerosius ,& elegantius mihi uidetur.

AVT ATHO Aut Rhodopen . In Romano codice ,in Mediceo & aliquot aliis antiquis . ATHON . scriptum est refragrante syllaba . Nam de declinationis usu, deq; Nominatiuo nominis . alibi dictum .

NVNC Litora PLANGVNT . In Romano codice ,& peruetertibus aliquot aliis PLANGIT . scriptum est, unitatis numero ; Cuius suppositum est Densissimus imber. Præterea Seruius hoc idem agnoscere uidetur, quum exponit Plangit . resonare facit . licet & alterum non improbet . In Mediceo abrasus est apex supra . g . litteram ,& . i . uocalis ,tantum supra . t . apposita . Quod quidem . PLANGVNT . prius fuisse ostendit . Est & Paraphrasis addita superne . findunt . ut sit actiue Austri,& imber Plangunt litora ;non autem litora Planguht .i. resonant absolute . Nam ita prorsus legẽdum ostendit Paraphrasis ,quæ supra dictionẽ Austri,atq; Densissimus sita est. Quippe . ET . copulatiua .

EXTREMAE SVB CASVM HYEMIS . Antiqui codices manu scripti, quotquot uersauimus. SVB CASV . legunt , Latino casu . Præter Mediceum in quo CASVM . Accusatiuus est . idq; omnino melius .

TVNC AGNI PINGVES ET Tunc Mollissima Vina . Antiqua omnia exemplaria ,quotquot habui ,uno exemplo legunt . PINGVES AGNI ET . absq; synalœpha . neq; temere tot manus diuersis locis,atq; temporibus cõuenire credendum . Bona uero pars , non . TVNC . Sed . TVM . utroq; loco legunt . TVM.

PINGVES

AGNI ET TVM MOL. VI. TVM Somni Dulces. In Mediceo quidem PINGVES AGNI ET. habetur. Sed. TVNC. duobus locis superioribus. Tertio uero. TVM. scriptum. Aduerte uero etiam apud Seruium eundem esse uerborum ordinem, quem in ueteribus exéplaribus ostédimus inueniri, sicui tamen ea lectio magis placuerit, quæ in uulgatis codicibus habetur, nihil quicq̃ obstamus; nam & elegans & uenusta ea quoq; structura est.

ATQ. HAEC VT CERTIS POSSIMVS DISCERE SIGNIS. In Ro. cod. POSSEMVS DICERE. legit. Sed. POSSIMVS DISCERE. magis recẽptum. Nam quæ sequunt, pertinét ad disciplina, & pari errore legit paulo inferius in impressis cod. aliquot. Quid Menstrua Luna MOVERET. Quũ dubio procul MONERET ex congruitate sententiæ, atq; ex antiquis oibus cod. sit legendum. Poeta enim loquitur de præsignificatione futuræ tempestatis per sidera, quam disci plinam Græci προχειμάζειν uocant, ut tradit Plinius.

QVID Sæpe Videntes. In antiquis aliquot exemplaribus. QVOD. habetur, lectio Seruio agnita. In Ro. tamen, & in Mediceo, QVID. indefinitum.

ET ARIDVS Altis Montibus audiri Fragor. In Ro. codice. ARDVVS. habet. Sed longe castior lectio est. ARIDVS. ut in Mediceo & aliis scriptũ. quod quidẽ Homericũ est, αὖον ἀΰτει. cuius rei antitheton est Persianum illud. Maligne respondet uiridi non cocta fidelia limo. eandem lectionem agnoscit Seruius,

IAM SIBI TVM CVRVIS. In Ro. codice. IAM SIBI TVM A CVRVIS. legitur una plus præpositione, ut in Aeneidos Secundo. Temperet a lachrymis. Idq; Seruius etiam uidetur agnouisse.

NOCTISQVE PER VMBRAS. In Ro. codice, & in Mediceo. PER VMBRAM. legitur unitatis numero. quod hoc loco melius.

ATQ. Omnis Nauita. Po. Hu. VE. LEGIT. In ant. aliquot exépl. LEGVNT.

ET Veterem In Limo. In codicibus aliquot antiquis. AVT (est plur. num. Veterem. legitur. In uulgatis. ET. utrunq; procedit.

IAM VARIAS PELAGI VOLVCRES ET QVAE ASIA Circum. In aliquot ueteribus exéplaribus ita habet dictionum ordo. IAM VOLVCRES PELAGI VARIAS. quod tãtundem est. In aliquot pro. ET QVAE ASIA. legere est. ATQVE ASIA. Sed omnino inemendate. In Romano codice. VARIAE. quod non placet, quia Enuntiatum est huius uerbi, Videas. nisi quis VARIE. aduerbium maluerit, ut ad uarios lauationis modos, quos enumerat, referatur; Rores quippe certatim humeris infundere, fretis caput obiectare. in undas currere, & lauandi incassum studio gestire. Sed enim castior omnino lectio est. Varias Pelagi Volucres, epitheto proprio.

NVNC CVRRERE IN VNDA. Vetusti codices partim. VNDIS. partim. VNDAS. habent. Vtrunq; plurali numero.

NEC NOCTVRNA Quidem. In Ro. cod. NE NOCTVRNA. Sed. NEC. meli⁹.

NEC Minus EX IMBRI Soles. Antiqui aliquot cod. EXIMBRES SOLES. legũt, ea cõpositione qua. EXLEX. & EXSPES. dicitur. Sed ita deesset aliquid. Quare melior ea lectio. quæ in Med. cod. cũ uulgatis sentit; dicẽte ꝑsertim Seruio dari etiam præcepta, quibus e tẽpestuoso cælo futuram serenitatem agnoscamus.

SVBLIMIS IN AERE Nisus. In Ro. cod. IN AETHERE. Sed oino melius. IN AERE. quia paulopost sequitur. Secat æthera pennis. Missum facio. SVLLIMIS. B. in. L. mutata, quod pleriq; codices antiqui scribunt.

INTER SE FOLIIS Strepitant. In Mediceo, & antiquis fere oibus exépl. legit. INTER SE IN FOLIIS. Nam. IN. omnino desiderabatur, quanq̃ etiam absq; præpositione non aliena lectio sit a Virgiliana phrasi. Et ita. Quod paulo inferius est. Sin ortu in Quarto. Vetera omnia exemplaria, quæ legi. Sin ortu Quarto absq;. IN. legunt, quod elegantius existimatur.

ET PECTORA MOTVS Concipiunt. In antiquis aliquot cod. PECTORE . legiẽ sing. Abltõ, ut Species sit suppositũ. In Med. PECTORE. est alia scriptiõe.
HORA NEC Insidiis. In Mediceo & aliis antiquis codicibus . NEQVE .
SI NIGRVM Obscuro Comprenderit AERE Cornu. Mediceus codex, & antiqua omnia exẽplaria, quæ legi . AERA . habent quarto casu . manifestum enim est obscuritatem eam, quæ lunaribus cornibus obuenit, Aere ex obfuscato procedere . Sed enim Varro Obatrum cornu appellat, ut Virg. Nigrum . Obseruat enim ille modo summum, modo infimum, modo utrũq; cornu obatrum , modo mediã inter utrunq; partem obfuscatam. Variis itidẽ temporibus pluuias portẽdere; quare magis placet ea lectio, quæ nigrum ait cornu obscuro aere .
PVRA NEC OBTVSIS . In ueteribus codicibus . NEQVE OBTVSIS legitur , collisione illa nescio quid mollius sonante .
ET QVI NASCENTVR Ab illo. In Ro. cod. NASCETVR . unitatis num. quod nõ probaẽ, sicuti neq; etiã . NASCVNTVR . instãti tpe, ut habeẽ in Lõgob.
VOTAQ. SER. SOL. IN LITORE Nautæ. In Ro. cod. AD LITORA. legiẽ, quo. s. fuerat appellẽdũ, ut seruarent; qđ nõ displiceat . In Litore nota solui .
GLAVCO ET PANOPEAE ET INOO MELICERTAE . Vt infirmioribus etia manum porrigamus, scandendus est uersus ; quem Grãmatici nonnulli male diuidũt . Sic igiẽ dicamus more Aspri . Glauco . Spon . ET pano . Dact. PEAE ET . dact. INO . spon . O MELI . dact. CERTAE. spon. Panopea uero ex ui nominis serenitatis Deam, & tranquillitatis Auctorem significat, prospectumq; undecunq; clarum & apertum . Nam quæ procelloso cœlo clausa fuerãt, dispulsis nubibus cũcta aperiunẽ, obtutuiq; nostro liquido se offerũt; idq; ostẽdit πᾶν γῆ ὑπ
SOLEM Certissima Signa SEQVENTVR . In Ro. codice, & in (ὀπτός. Mediceo, & in Longobardico pſenti tempore legitur . SEQVVNTVR . quod maioris est dignitatis ; complectiturq; ita in se & pteritum & futurum .
DIVERSI ERVMPENT RADII . In Ro. cod. RVMPVNT. bisyllabũ pñti tẽpore . In Med. & aliquot aliis peruetustis . DIVERSI RVMPENT . est &, DIVORSI . Et Asper Grãmaticus eo loco, ubi disputat aduersus eos, qui passim geminum . II . per unum tantum scribere uolebant , ut . RADI . pro RADII . dum duo necessario oportere scribi cõtendit, uersum hunc citat, & . RVMPENT.
AVT Vbi Pallida SVRGIT . In Med. & aliquot aliis antiquis. (oino scribit. SVRGET. futuro tempore . Sunt tamen & qui . SVRGIT . præsenti legant .
HEV Male Tum Mitis DEFENDIT. Pampinus Vuas . In Mediceo & aliis fere omnibus antiquis . DEFENDET . habetur, per . E . futuro quippe tempore, uti superius . Surget . Prognostica enim de futuris esse debent .
SIN MACVLAE INCIPIENT . In antiquis aliquot . INCIPIVNT . & superius . DECEDIT . Sed futurum in utroq; receptum magis .
DENIQVE Quid Vesper Serus VEHAT . In Ro. codice . FERAT . legitur ; quod paraphrastice positum fuisse crediderim .
QVID COGITET Humidus Auster . Sunt qui legendũ disputent . QVID COGAT ET Humidus Auster . Sed passim in ant. exemplaribus . COGITET .
ET MOESTVM ILLACHRYMAT Templis Ebur . In (habetur . Oblongo illo antiquo . LACRIMAT . Sed in Ro. in Mediceo, & aliquot aliis antiquis . ILLACRIMAT . specie magis Virgiliana . Gaudet .n. Poeta noster quas præpositiuas particulas nominibus abstulerit, eas uerbis applicare .
SCABRA RVBIGINE Pila . In antiquis plerisq; cod. ROBIGINE . per . O . de quo dictum . Attius . PEILA . melitum per . EI . scribendum instituit .
VT CVM CARCERIBVS SESE EFFVDERE QVADRIGAE . Seruius negat esse comparationem, quæ si ponatur in fine , uitiosum habeatur . Quintilianus tamen uult esse comparationẽ, quia interdũ præcedit rem, cui cõparatur, inter-

dum sequitur. Quod quidem in Homero Porphyrius obseruauit. Et. VT dictio. sæpe signum est comparationis.
ADDVNT SE IN SPATIA. In cod. Mediceo,& aliquot aliis ant. legere est. ADDVNT IN SPATIA. absq.SE. pnomine;id qđ ab Eruditis qbusdã agnitũ.

EX. SECVNDO. GEORGICON

VLTA Nimirum in hoc libro deerunt, quia paginæ nonnullæ in codice Romanis litteris scripto, cui potissimum innitimur, desiderantur. Quod uero licuit, aliis codicibus adiuti sumus, & omnino multa obseruatione digna deprehendimus, quæ si non omnia ad lectionis emendationem, certe ad sententiarum illustrationem faciant; quicquid id fuerit, Lectorem rogatum uelim, ut boni consulat.
SVNT ALII Quos Ipse VIA Sibi reperit usus. In Longobardico exemplari. VIAM. legitur Accusatiuo casu,quod forte non displiceat, si ordinem feceris; Sunt alii,quippe modi; quos usus repperit sibi uiam. Seruius tamen agnoscit. VIA .i. ratione,ut. Inueni Germana Viam; alii dicunt,Via,inter eundũ quippe in ipso progressu rerum & experientia. In Mediceo paraphrasis est.Via,ingenio.
O DECVS O FAMAE MERITO PARS MAX. NOSTRAE Mæcenas. In codicibus aliquot antiquis. NOSTRI. legitur; quod si admitteretur, necessarium esset legere,ut nonnulli censent. O DECVS O FAMA ET ME. PARS MAX. NOSTRI. Sed enim in Mediceo,& aliis castigatioribus exemplaribus FAMAE NOSTRAE. legitur. Quod uero. MAECENAS. non ME COENAS, scribendum sit, ostensum alibi. Nimium uero est, quod in codicibus nonnullis habetur. O DEVS O FAMAE M. P. M. N. Potius.n. cum Horatio. DECVS. legendum. O & præsidium, & dulce decus meum.
INFOECVNDA QVIDEM. Quod ait Seruius semen salicis esum infœcunditatem mulieribus gignere:idem & Plinius affirmat; quanq̃ de foliis non de semine loquatur. ait enim folia salicis contrita,& pota,intemperantiam libidinis coercere. atq; ita in totum auferre usum sæpius sumpta. Atq; alibi,semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum esse. Salicis uero semen exiguum admodum, ut diligentiores scriptores tradũt,in foliis est:nã sunt qui nullũ esse salici semen putẽt.
IN QVASCVNQ. VOCES ARTES. In codicibus aliquot antiquis legere est. IN QVASCVNQ. VOLES ARTIS. In quibusdam. VELIS. Sed.n. VOCES. magis omnino placet Eruditis.
PLANTIS ET DVRAE CORYLI Nascuntur. In codicibus aliquot antiquis. EDVRAE CORVLI. legitur. Seruius utrãq; lectionẽ agnoscit. Sed exẽplaria uetera maiori ex parte cũ uulgata lectione. ET. DVRAE. habent.
ET STERILES PLATANI MALOS GESSERE VALENTES Castaneæ FAGOS ORNVSQ. Incanuit Albo Flore Pyri. In aliquot Prisciani codicibus antiquioribus,iisq; præsertim, quos ab Hieronymo Aleandro Contubernali meo. Viro litteratissimo accepi, uno exemplo lectionem hanc ita citatam inueni. CASTANEAE. cum puncto,ut Genitiui sit casus dictioni. MALOS. applicandi. MOX FAGVS ORNVSQ. Incanuit Albo Flore Pyri. Quam lectionẽ etiã Seruius agnoscit,dum. FAGOS. Nominatiuum esse Græcum dicit,dum.OS. finalitatis ratione produci posse, licet alioqui breuis sit. In Mediceo codice ita scriptum, ut in uulgatis codicibus habetur.
PLANTAE IMMITTVNTVR. Sunt antiqui codices, in quibus legere est. IMMITTANTVR. Reliqua tamen omnia per Indicatiuum modum dicta, & longe melius est. IMMITTVNTVR.
NASCVNTVR OLIVAE ORCHITES ET RADII. Quamuis Seruius,

ORCHITES . agnoscit, in Mediceo tamen & aliis antiquis codicibus manu scriptis . ORCHADES habetur . Nam quum ὄρχις ὄρχιος testiculus dicatur per . υ . quæ uocalis apud Græcos non grauate plerunq; transit in . A . uocalem ancipitem, facile inde potuit Orchas Orchadis fieri ; sed puto Grammaticos uoluisse Iusulas a fructu ea scriptione distinguere . Itaq; apud Catonem , Varronem , & Iunium Moderatum & Orchis & Orchites passim legitur . Eamq; nominis formam Iouianus Pontanus etiam agnoscit . quamuis alibi uariet .

ET QVO TE CARMINE DICAM RHOETICA NE CELLIS IDEO Contende Falernis . In codicibus aliquot ant. legere est . NE CELLIS ADEO . ut etiam citatum est ab Ausiano ; Quod nescio quid elegantius habere uidetur. Adeo , pro Tamen . Quamuis . IDEO . Seruius agnoscit . Super hanc sententiam Plinius . In Veronési agro Rhoetica uina optima, Falernis tamen posthabita a Virgilio . Strabo . Rhoeti ad Italiam usq; pertinent , quæ supra Veronam ac Comum est, Vinum Rhoeticum inter Italica egregie commendata .

SVNT ET AMINAEAE Vites Firmissima Vina . Omnibus fere Doctis negotiũ facessere uisum est carmen hoc, dum in nomine . AMINEAE . scriptionem alii animaduertendam, alii syllabarum quátitatem introspiciendam, alii uini genus exquirendũ solicite censerent . Nam quod apud Seruiũ legitur . AMINNAEAE. dici oportere propter uersum , qui stare non posset, si . AMINEAE . diceretur , putauit is, & scripto prodidit Aminias a Minio dictas, quod uinum id album sit, & idcirco sine minio . quare secundam a principio syllabam produci debere uno plus N . interiecto iudicauit ; nisi Amymneæ legatur ex Stephano . Sed enim ille Amymneos inter Epiroticos enumerat . Fuerunt alii, qui Virgilianum carmen totum inuerterent , eadem offensi dubitatione , quod ei nomini non esse locum ea qua circumfertur sede sito arbitrarentur . Putarunt alii Virgilium nomen auctoritate sua uersui licenter adcõmodasse . Sed enim quum animaduerterim apud Græcos . Ἀμμίνεοι . scribi, præsertimq; apud Aristotelem , qui Ammineos Thessaliæ populos suæ regionis uites in Italiam transmisisse, tradit in Politicis, & ab illis uuæ nomen impositum . Memorq; essem Ausonium Pæonium eruditum sane Auctorem, & si non usq; quaq; cultum, eadem qua apud Græcos scribitur ratione nomen uersibus inseruisse, quum cecinit . Solus qui Chium miscet & Ammineum . quo. s. Tibullianum illud interpretaretur . Nunc mihi fumosi Veteres proferte Falernos Consulis ; & Chio soluite uincla Cado . Facile adductus sum , ut Mediceum codicem, atq; alterum quendam Vaticanæ Bibliothecæ in huius uersus lectione castigatiores dubioprocul existimarem , in quibus scriptum est . SVNT ETIAM AMMINEAE VITES . qua lectione omnis & scriptionis & syllabarum ambiguitas tollitur . Quod uero Seruius asserit uinum Ammineum album esse , ideoq; dictum quasi sine minio, cõmenticium est ; quum agnoscat Plinius uitem Ammineam nigram, cui nomen Syriace . Et ex pluribus Ammineis genus tantum unum designet Columella . quod albidas uuas habeat . Præterea si uerum illud est, quod plerinq; tradunt, Ammineum uinum idem & Falernum esse, id nigrum potius habebitur Martialis elogio dicentis . Marmorea fundens nigra falerna manu . Nam Macrobius ait Ammineos fuisse, ubi núc Falernus ager . Genusq; uitis Amminææ minoris uulgo notissimæ, quæ Campaniæ celeberrimos Vesuuii colles Surrẽtinosq; uestit . agnoscit Columella, solasq; ab Antiquis agnitas attestatur. & suis quoq; temporibus uetustissimas quasq; uineas Ammineas existimatas . Cæterum Virgilius diuersum quid a Macrobio tradere uidetur . quum sedulo distinguat species . quaternaq; genera duabus comparationibus complectatur . Rhoetica Falernis conferendo cum quibus tamen ea , utpote deteriora minime contendere debeant . Moxq; Ammineum subiungat , cui Tmolium ex Lydia , & Phaneum ex Chio comparat , minoremq; Argiten , quamuis hæc uitis & liquoris copia , & uetustatis

firmitudine sit cæteris omnibus anteferenda. assurgere tamen uinum eius Ammi neo, illiq; priorem locum cedere asseuerat. Qui quidem si Falernum & Ammineum idem agnouisset Vinum, non ita statim per comparationes in diuersa genera distribuisset, illud Rhœticis, hoc Chiis, & quibusdam aliis anteferendo. Sane uero Falernum id omnino esse, quod uulgo nűc Græcum appellát pleriq; nő ineruditi cősentire uident. Sed nos hæc aliis, quos intellexi negotium huiusmodi sumpsisse, disputanda relinquemus, quum eo solicita magis cura properemus, ut Veterum codicum lectionem a tinearum iniuria, quod fieri potest, uindicemus.

TMOLVS ET ASSVRGIT Quibus Et Rex Ipse Phaneus. In antiquis aliquot codicibus manu scriptis legere est absq; ET. particula. TMOLVS ADSVRGIT QVIBVS. Atq; ita necesse esset cőtinuate ordiné elocutionis. Firmissima Vina, quibus Tmolus adsurgit, & Rex Phaneus. Sed enim obstat syllaba, Trocheus ea sede positus exemplo caret, neq; cesura ulla succurrit, quæ cőmunem locum faciat, quare cőmenti sunt Grámatici. ET. illud tanq̃ cuneum, aut farturam aliquam interponere, quæ uersum sustineret, uel fatiscentem obstiparet; quorum tamen omniű ambiguitatem sustuleris, si quod in Mediceo, & in Longobardico Vaticanæ Bibliothecæ legitur, admiseris. Ibi enim TMOLIVS ADSVRGIT. denominatiuű nomen a Tmolo habetur. ut enim ab Olympo Olympius, a Caucaso Caucasius, ita a Tmolo Tmolius. Eritq; ordo, Quib' uinis Rex Tmolius adsurgit, & Rex Phane'.

NON EGO TE MENSIS ET DIIS Accepta secundis. Quamuis hic numerus, ut in uulgatis codicibus habetur, & grauis sit, & sonoritatis plenus, & ad heroici stili maiestatem propius accedat; plura tamen ex antiquis exemplaribus, quæ legimus, Adonio præposito numero sic habét. NON EGO TE DIS. Inde alemanico tetrametro. ET MENSIS Accepta Secundis. cuiusmodi numeri est Horatianű illud. O Fortes peioraq; passi. ne mediocri stilo uersus ita insurgeret, atq; hunc numerum agnoscit Seruius. Significat uero eam esse & esui & potui bonam. Dis. n. libationes fiunt, mensis uero secundis & poma & fructus alii inferuntur.

EOASQ. DOMOS. In Longobardico. DOMVS. quarta declinatione legit; quod & apud. T. Liuium in antiquis codicibus obseruatum.

SOLIS EST THVREA VI. Sa. In Longobardico. SOLIS ET TVREA. sed inemendate. TVREA uero absq; adspiratione in antiquis codicibus; quod multi fuere, qui Tus latinum esse uocabulum, & a tundendo dictum uoluere.

QVO NON PRAESENTIVS Vllum. In Longobardico cod. PRAESTANTIVS. legitur. Sed. Præsentius magis placet Eruditis.

MISCVERVNTQ. Herbas. In Oblongo petueteri codice, atq; etiá in Longobardico. MISCVERANT. legitur, quod minime placet. In altero antiquo. MISCVERINT. habetur. Sed ego nunq̃ lectionem primam reiicerem, quű in Bucolicis. Tulerunt, & apud Terentium. Emerunt. eadem figura legatur.

FLOS APPRIMA Tenax. Quáuis nonnulli codices habeant. APPRIME. magis tamen placet. quod in uetustioribus legit. ADPRIMA. Eamq; lectioné mihi uidet agnouisse Arusianus, Et in antiquo Terentii cod. manu scripto legit. Meis me oíbus scio esse Adprima obsequéré; est uero græca figura nő inelegás. τὰ πρῶτα. Quoniam uero multi ad hanc ætatem quodnam hoc Malum sit, quod a Virgilio describitur, non otiose quærűt, quid ego sentiam dicam, bona eorű uenia. qui aliter iudicant. Nam Medicum malum, pomum id esse Virgilio uidet, quod uulgo Naranzium apud Venetos, apud Romanos & Campanos ab angulorum densitate, quibus succus intrinsecus dispescit, in folliculos suos collectus, Malangulum, appellatur, ab aliis in citriorum species acceptum. Hanc sane arborem & huiusmodi fructum Virgilius pingit, dű tristis succos memorat, dű tardű saporé, dű fertilitaté, dű medicaméti uim cőtra uenena habere (quod a Nicádro acceptum mutuo) dum simillimam esse Lauro, dű folia indecidua uirore æterno, dum

floris tenacissimam, dum grauem animam emendare dicit. Vbi autem Nicander ait. μήδοιϊε καὶ ἐμπρίοντα σίναπι. Sunt, qui μήδοι legant. Sed.n. Interpres μῆδον agnoscit, & addit, ἐστὶ δὲ τὸ μηδικὸν μῆλον ὅ ἐστι τὸ κιτρίον. dictione ita subbarbarice scripta, quo sententia magis omnibus innotesceret. Eandem porro arborem & Macrobius & Plinius esse ostendunt, quam etiã apud Persas esse ea fructuum cõmendatione dicunt, ut poma alia præcarpantur, alia interim maturescant, alia subnascantur; sitq; deniq; arbor ipsa omnibus horis pomifera. Addũt. mala uenenis cõtraria, odore præcellentia, Esculentis cõmendandi halitus gratia, incoqui solita. Illud præterea in ipsis citriis experimur, (quando nomen hoc in id genus omnia iam receptum est) quod de foliorum odore Plinius tradit, Transire quippe in uestes una conditum, arceteq; animaliũ noxia. Quod uero Seruius ideo coniecturam facit non esse citrium, quia dicat Poeta. Ac membris agit atra uenena. leue est. non enim intelligendum inferre uenenum membris, sed procul a membris agere. Quam quidẽ opinionẽ meã, eo audentius sum propalare adgressus, quod Virum & litteratura præstantem, & felicitate ingenii stiliq; candore omnibus admirandum Iacobum Sincerum Attium idem sentire adinueni, quum ego Neapolim ad salutandum Hominem Roma profectus essem.

TENENT OLEAEQ. ARMENTAQ. Læta. In Mediceo, & antiquioribus aliquot cod. & iis præsertim, qui particulã. QVE. geminare gaudent, legere est. TENENT OLEAE Armentaq; Læta. absq; particula. QVE. post dictionẽ. OLEAE.

BIS Pomis Vtilis ARBOS. In Mediceo. ARBOR. agnitã uero differentiã inter Arbor, & Arbos a Veterum nonnullis, alio loco diximus. Quod attinet ad sentẽtiam, desumpta ea est ex Varrone. ubi dicit, Malus Biferæ, ut in agro Cosẽtino.

AT RABIDAE TYGRES Absunt. Non displicet quod in Mediceo & antiquis aliis legitur. AT RAPIDAE TYGRES. Ea enim animalia & pernicitate cursus, & truculentia notantur.

IMBELLEM AVERTIS ROMANIS ARCIBVS INDVM. Ad id respexit aiunt nonnulli, quod Indi cum Antonio & Cleopatra ueniebant. ut in Octauo Aeneidos habetur. Omnis eo terrore Aegyptus. & Indi, Omnis Arabs omnes uerterunt terga Sabæi, dicunt itaq; auertis & imbellem facis, aut imbellem. uictũ iam nec bellantem. Cæterum quid grande, si auertis imbellem? Quare id potius ratum crediderim, quod Suetonius in uita Augusti memorat. Eum uirtutis, moderationisq; fama Indos etiam ac Scythas auditu modo cognitos pellexisse ad amicitiam suam, populiq; Romani ultro per legatos petendam. Imbellem igitur absq; ullo belli negotio. Quamuis non sum nescius Lucanum dicere eos cœli clemẽtia (molliores fieri.

AVT FOETVS OVIVM, AVT VRENTES Culta Capellas. In antiquis omnibus codibibus manu scriptis, quos uersare contigerit, scriptum obseruaui. AVT OVIVM FETVS AVT VRENTIS CVLTA Capellas. ubi. TVS. prout in ueteribus Poetis sæpe accidit, elidetur. De Capratum uero halitu arboribus exitiali pleriq; multa dixere. hac porro de caussa apud Veteres, si quis locaret prædium, excipiebatur, ut Varro ait, ne Colonus teneret capras.

ET CVI Putre Solum. ET CVI. Dactylum esse uidetur Valerius Probus asseuerare. Dum CVI. ex duabus breuibus constare affirmat. Nonnunq̃ uero in iambum crescere. fieri etiam interdum synalœpham.

ROREMQ. Ministrat. Plinius. xix. Ros marinus locis putridis ac macris seritur.

AVT VNDE Iratus Siluam DEVEXIT Arator. In Med. cod. DEIECIT legit.

ET Tophus SCABER Et NIGRIS Exesa Chelydris. ita in ueteribus omnibus habetur; male uero posuere, Qui, Scaber Nigrisq;, publicandum curauerunt.

QVAEQ. SVO Viridi Semper Se Gramine Vestit. In antiquissimo codice Romano, Numerus ita habet. QVAEQ. SVO SEMPERVIRIDI Se. Gr. V.

ET SALSA Lædit RVBIGINE Ferrum. In Romano codice, uti sæpe dictum

ROBIGINE . per . O . legitur; prima syllaba .

ILLA FERAX OLEAE Est . In antiquissimo codice Romano notæ, & in Mediceo. OLEO . legitur . & ita in quodam alio uetustissimo habetur, ex qua dictione ultima syllaba abrasa fuit, & Oleæ repositum .

ET VICINA VESEVO Ora Iugo . In Romano . VESAEO . scriptum est corrupte . Falsum uero est, quod apud Seruium legitur Vesenum montem esse Liguriæ sub alpibus positum . Nam ille Vesulus appellatur, de quo Virgilius alibi . Vesulus quem pinifer affert . Vesenus uero de quo hic Virgilius; Campaniæ mõs qui & Vesuuius, & Vesuius dicitur .

NVNC QVO QVANQ. Modo . In codicibus fere omnibus antiquis . QVO CVNQVE MODO . legitur . quæ lectio minime recepta est .

ALTEQ. IVBEBIS In Solido Puteũ Demitti . In Mediceo . VIDEBIS . legit. Vt domini curam & diligentiã ad opus recte faciendum inuitet, unde statim subiicit . Et pedibus summas æquabis Harenas . quod perperam in Codicibus aliquot legitur . Pedibus Summis . Est & Puteum Dimitti . legere . Sed Demitti . per E . hoc est deorsum mitti longe melius .

SI DEERIT . In Mediceo, & Antiquis aliis . DEERVNT . & . DERVNT . facta synæresi ex duobus . EE . in unum .

CRASSAQ. Terga EXPECTA . In Romano codice legas . EXERCE . Sed longe melius . EXPECTA . ut in cæteris codicibus habetur .

TV SPISSO Vimine Qualos . In Longobardico . SPISSOS VIMINE QVALOS . legitur . sed magis placet Spisso Vimine . ut in Mediceo, & aliis habetur .

AQVA ELVCTABITVR Omnis . In Antiquis plerisq; codicibus . LVCTABITVR . legit. quod non ita probat, quũ ELVCTABITVR rẽ magis pingere

SENSV Torquebit AMAROR . Quamuis Seruius, & aliquot alii uerã (uideat. hanc esse lectionem afferant, & a Lucretio sumptã . Cum tuemur misceri absinthia tangit amaror, Accedantq; codicum nonnullorum peruetertum testimonia, multaq; in hanc lectionem Aulus Gellius congesserit; displicere tamen nõ potest quod in antiquissimo codice Romano . AMARO . legitur . Sapor enim utriq; uerbo suppositum esse potest . In Longobardico etiã Amaro scriptum erat . Sed.n. r . littera altera manu & attamento apposita est . idem factum in Mediceo .

NEV Præ Se Validam . In Romano codice, in Mediceo, & aliquot aliis . NEC . habetur . In quibusdam aliis . NE .

IPSO TACITVM Se Pondere Prodit . TACITVM . uel aduerbialiter, uel in supini figura cur longe repetere debeamus, non uideo, quum antiqua omnia exemplaria . TACITAM . habeant .

ET QVISQVIS COLOR AT Sceleratum Exquirere Frigus Difficile . In codicibus nonnullis admodum uetustis legere est . ET QVIS CVIVE COLOR Sceleratum . In Mediceo, ET QVIS CVIQ. COLOS AT . ut sit abiectio. illa, quam tangit Seruius; qui tamen lectionem illam magis approbat, quæ uulgatis in exemplaribus habetur .

ET Magnos Scrobibus CONCIDERE MONTES . In codice Ro. CIRCVM DARE MONTIS . legitur, quod suos habet amatores . In Mediceo absq; . ET. legitur . EXCOQVERE MAGNOS Scrobibus CONCIDERE MONTES . Nam & mẽbrum, quod sequitur absq; copula est .

MVTATA Ignorent Subito Ne Semina Matrem . Aliquot ab hinc annis omnes ad unum conuenere, ut . MVTATA . scriberent . & ad Semina referri uellent, quum tamen in ueteribus omnibus exemplaribus manu scriptis . MVTATAM . quippe Matrem legatur; Eaq; de caussa Virgilius similem locũ exquirendum admoneat, ne accidat seminibus, quod & infantibus, ubi uel Matris, uel nutricis ubera mutaueris . Fit enim, ut alias reformident, easq; pertinaciter reposcant, quibus a

Teneris insueuerint. Nam quod semina mutata, de loco ad locum Translata interpretari uolunt; ineptum est. In Mediceo codice apex ille compendiariæ notæ, qui pto. M. finali illitus erat, nunc abrasus est. De diligentia uero quæ sit adhibenda, ne uites deteriore seramus solo. multa apud Columellam & Theophrastũ.

ADEO A TENERIS Consuescere MVLTVM EST. In Romano cod. MVLTVMST. Antiquorum more scriptum est, ut multa apud Plautum. Est etiam IN TENERIS. lectio codicis Medicei.

COLLIBVS AN Plano Melius Sit Ponere VITES. In codicibus aliquot antiquis cum Mediceo. VITEM. unitaris numero legas; quod figuratius est.

DIRECTAEQVE ACIES. In Romano codice, & hic, & alibi. DERECTAE. legitur. Eademq; lectio est in Mediceo.

AERE RENIDENTI Tellus. In codicibus aliquot. RENITENTI. syllaba refragante legitur. Sed enim. RENIDENTI. cum Romano codice & quibusdam aliis legendum. Renidere enim proprium æris est, quum politum & leuigatum fuerit; Cuiusmodi esse arma decorum est, quod a Vegetio præcipitur. Nam & Seruius. Fluctuat, Splendet exponit, ut ab hac sententia non recedat. Quãuis id per Metaphoram potius dictum uidetur. eo quod Instructæ acies fluctuum marinorum instar moueri uidentur. Renidere uero q̃uis apud Catullum & Statium adblanditionem quandam significare uideatur; Apud Horatium tamen Eo significato dictum quo hic Virg. utitur, Non Ebur, neq; Aureum mea renidet in Domo lacunar.

TERRA Neq; In Vacuum Poterunt SE Extendere Rami. In Ro. codice absq; pronomine. SE. legitur. POTERVNT EXTENDERE. ut alibi Ferro accingunt; absq;. SE. & lateri adglomerant nostro eodẽ modo. In Mediceo tamen & aliis, id pronomen habetur.

ALTIVS AC Terræ Penitus Defigitur Arbor Esculus. Antiqua exemplaria sunt; in quibus. ALTIOR. legatur. Quæ quidem lectio in Mediceo codice subditicia est, quum prius. ALTIVS. scriptum esset.

MVLTOSQ. PER ANNOS, Multa Virum Voluens Durando Sæcula Vincit. In Romano codice legere est. MVLTOSQ. NEPOTES, MVLTA VIRVM.

NEVE Inter Vites CORYLVM Sere. In antiquis exemplaribus. CORVLVM. per. V. scribi, quaq; ratione, diximus in Bucolicis. Sunt uero qui intelligant præceptum hoc, quia Coryli sunt exiles, neq; diuturnæ, minimeq; idonæ, quibus uites applicentur. Sed enim potior est caussa quia uitibus nocent, quare inferius in antipharmacum dixit. Et in ueribus torrebimus exta colurnis. ut hostia nocens Eo præcipue Virgulto coquatur, quod itidem Vitibus nocet. Ea enim de caussa Caper Baccho immolabatur.

AVT SVMMAS Defringe EX Arbore Plantas. In Veteribus aliquot codicib[9] SVMMAS omnino legitur, In quibus &. DESTRINGE. non Defringe habet. In Romano uero & aliquot aliis antiquioribus. SVMMA. unitatis numero, sexto casu legitur. Ex arbore .n. Summa & Ima eleganter dicere solemus.

NEV Ferro Læde RETVSO. In Exemplaribus antiquioribus. RETVNSO. legitur. Vt Vomeris obtunsi. de quo alibi.

FRONDESQ. ELAPSVS In Altas. Nonnulla ex ueteribus. ELABSVS. scribunt per. B. characteristicum thematis, ita etiam in .III. Labsus. & alibi eodem modo. Harum uero litterarum. B. &. P. uicissitudinarium consensum superius ostendimus, unum addam exemplum, quod e contrario carpo, & Scribo, quum præteritum faciunt characteristicum præsentis in sibi cognatam mutant, ut Scribo scripsi, facit, contra uero Carpo carbsi, per. B. enim præteritum uerbi huius enunciari Terentius Scaurus attestatur. Sed & Scribsi. per. B. in antiquis & approbatis exemplaribus inuenio. Vt in Terentiano codice Vaticano; quem pleriq; omnes docti hoĩes magni faciunt. scirptũ est. TV TE HIS REBVS FINEM PRAE

SCRIBSTI PATER . Quare mihi non fit mirum in tanta sententiarum uarietate, ut Labor neibum characteristicum suum in præterito retinere possit.

TELLVREM Borea Rigidā spirante MOVERE . In Ro. codice . MOVERI . legitur, quod minime displicet. Impersonale enim habet nescio quid magis generale ex Seruii sententia. Nam etiā in segetum cultu præceptū huiusmodi dedit & Borea flante neq; arandū, neq; serendum monent Agricolationis magistri.

ZEPHIRIQ. TEPENTIBVS Auris Laxant Arua Sinus. In Ro. codice, & in Mediceo. TREMENTIBVS . legitur. quod si admittas dictū erit ab effectu. magis uero placet. TEPENTIBVS . ob rationem physicā, quod calidi sit aperire, ut frigidi condensare.

AVDENT SE GRAMINA Tuto Credere. Celsus ait Virgilium scriptum reliquisse. GERMINA . quare male Gramina repositum est. Loquitur enim de arborum omnium fœtu.

CVM PRIMVM Lucem Pecudes . Romanus & Mediceus codex. CVM PRIMAE LVCEM Pecudes. legunt, quod non displicet.

VIRVMQ. FERREA Progenies Duris Caput Extulit aruis. Lactantius Lib. I. lectionem agnoscit. TERREA . ubi dicit. Illud hoc loco præterire non possum, quod errantes quidam Philosophi aiunt homines, cæteraq; animalia sine ullo artifice orta esse de terra. Vnde illud Virgilianum TERREA Progenies duris caput extulit aruis. Sed, qđ ptinet ad Terreā, tam instrumēti nostri monumētis cōsonum est; q̃a Phosæ antiquioribus scolis nō alienum, Aegyptiis, Arabis, & plerisq; aliis nationibus, apud quas rerum naturalium disciplina claruerit, in eandem sententiam facile concedentibus. In quibusdam uero Lactantii codicibus uerba illa. PROCREATA EX LAPIDIBVS . Ex Seruii Commentario importune uideas inserta Virgiliano carmini. Illud aūt TERREA Eruditis aurib' nō satis facit qui putāt Lactantii codicem deprauatū; quū. Ferrea, Sententiā nihil immutet.

SVPEREST DEDVCERE Terram. In Romano codice. DIDVCERE . In aliquot aliis. EDVCERE . Sed uulgata lectio castior.

FVRCASQ. Bicornes. In Ro. codice legere est. FVRCASQ. VALENTIS . quod mihi nō satis facit, tam & si in aliquot aliis codicibus ea lectio reperiatur.

PALMES AGIT . In Mediceo cod. AGET . futuro tempore legitur.

IPSA ACIE Falcis Nondum Tentanda . In Ro. codice; Numerus ita habet IPSA ACIE NON DVM FALCIS . In aliquot aliis. IPSA ACIES . legitur. Sententiā uero hāc Quintilianus sibi desumpsit institutionū. L. II. Quod etiā rusticis notum est, qui frondibus teneris non putant adhibendam esse falcem, quia reformidare ferrum uidentur, & nondum cicatricem pati posse.

ET RAMOS Compesce FLVENTIS . In antiquissimo codice Romano legere est. Ramos Compesce VALLENTIS . Præcepto, Phrasiq; ex Varrone sumpta; qui primo de Agricultura ait. Vites pampinari, sed a sciente, Nam id, q̃ putare, maius. neq; in arbusto, sed in Vinea fieri. Pampinare est sarmento Coles qui nati sunt de iis qui plurimum ualent, Secundum, nonnunq̃ & Tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus Sarmentum nequeat ministrare succum.

ET PECVS Omne TENENDVM EST . In Romano codice. TVENDVM . habes. In Mediceo. TENENDVM . absq; . EST .

PRAECIPVE Dum Frons Tenera . Aduerte loco hoc Seruii corrupta esse uerba, quæ ut per te incolumitati suæ restituere possis. quid super hoc nomine Veteres tradiderint apponam. Carisius ait. FRVNDES . &. FRVNDIBVS . Veteres per. V. dixisse; Cuius rei exemplum ponit Ennii ex annalium Libro. VII. Runcescant Frundes. non. FRONDES . mutatū uero. V. in. O. monet Plinius; Et Nominatiuū absq;. N. Ifa in utroq; loqui. FRVS . FROS . Nā. FROS . τὸ φύτευμα.

SILVESTRES Vri ASSIDVE , Capreæq; Sequaces Illudunt. In Romano codice. ADSIDVE . quam scriptionem improbat Carisius; quum

nomen sit ab asse. Quod uero Seruius Vros in Pyrenæis nasci dicit. Plinius eos, quos inter Equos etiam enumerat, ad Septentriones statuit, quorum Cornibus Barbari illi potent; Cæsar in Hercinia Silua Germaniæ.

AVT Grauis Incumbens Scopulis Arentibus AESTAS. In codice Mediceo AETVS. legit. Quod frigori respondet per Antitheti proprietatem. & eadem locutione uariatum in Palæmone. Si Lac præceperit Aestas.

ET ADMORSO Signata In Stirpe Cicatrix. ADMORSO. quidē in Veteribus aliquot cod. habet, in plerisq; uero. D. littera abrasa est, imperite, ut mihi uidet, nisi sit, quod in antiquis aliis. A MORSV. legitur. Sane Romanus codex ADMORSV, unica dictione, uerbali nomine legit. In Mediceo etiam prius scriptum erat. ADMORSV. per. V. Inde illita est circularis linea alio atramēto, ut. ADMORSO. dicat. Sed enim Seruius. ADMORSO. Participium agnoscit, ac si diceret, abroso stirpe. Quamuis negat Donatus Stirpē apud Virg. reperiri, fœminino gen. quam sententiā & Carisius & alii pleriq; reiecerūt. Vt alibi Non aliam ob culpam Baccho Caper omnibus aris Ceditur, & (dictum, ueteres ineunt proscenia ludi. Præmiaq; ingentes pagos, & compita circum Theseidæ posuere. Sunt qui Epitheton. INGENTIS. otiosum esse, uel importunum iudicent, quod non in ingentibus tantū Pagis, sed in omnibus, ea sacra fieri Pietas illa uetus exposcebat. Neq; distinguendum, ut per compita minores pagos intelligamus; quum sit eiusdem sententiæ dilatatio, ut etiam apud Horatium quis circum pagos, & circum compita Victor. quin pagus paucissimis etiam casis constare potest, Compita, quum triuiorum plateas requirant, pluribus itidem constare domibus æquū est; Quare lectionem illam summopere approbarim, quā in codicibus omnium quos uersauerim antiquissimis obseruaui. PRAEMIAQ. INGENIIS PAGOS ET Compita Circum Thesidæ posuere. Vt intelligas de Tragœdiis, quarum scriptoribus hircus præmium fuerit propositum. Horatio dicēte. Carmine qui tragico Vilem certauit ob hircum. Et his ludis Poemata cani solita, idem Horatius ostendit dum Thespin ait plaustris uexisse Poemata, de Tragœdiæ inuentore loquens. Dicamus igitur Athenienses posuisse præmia Ingeniis pagos & compita circum. Quia uero sunt qui Virgilium negent usum Ingenii uocabulo; pro ea ui mentis, quæ sit docilitatis, meditationis, inuentionis, & prudentiæ Capax, eo significato, quod apud Horatium est, Graiis ingenium. Et apud Sallustium. Sed quia prouenere ibi præclara ingenia. Omne punctum me tulisse fateantur, si dixero apud Virgilium eodē significato accipi. Haud equidē credo quia fit diuinitus illis ingenium. Ad eorū.n. opinionem refellendam hoc ait, qui putabant multis & prudentiæ, & docilitatis signis in Auium genere perspectis, ea pollere mente; Cuius sententiæ Democritum fuisse tradunt. Siquis uero Virgilii sententiam inspiciat, neminē tam stupidum esse crediderim, qui non fateatur eo loco ingenium pro ui mentis accipi, quæ sit docilitatis, & prudentiæ capax. Quod si etiam nusq̄ alibi Virgilius eo uocabulo usus fuisset. Latinissimæ illius ætatis cōfensus, qua. M. Tullius, Sallustius, Horatius claruere, facit, ut hoc loco non incongrue in hanc sententiam poni potuerit. Etiam si rei tactæ Pulchritudo, Eruditioq; ipsa, & ueterum codicum Testimonia non accederent.

VNCTOS SALIERE PER VTRES. Seruianis tēporibus præteritum a Salio SALVI. pronuntiabant. Idem tamen. SALII. secundum artem dictū asserit a Virgilio. quod ueteres Saliui faciebant. Hinc nonnulli. SALVERE. scribunt. In codicibus tamen antiquis manu scriptis. SALIERE. legitur eiusmodiq; præteriti forma agnoscit a Prisciano hoc eodē citato uersu. Eum uero saliendi morem uideas apud Iginium de signis, ubi de Arctophylace loquitur.

ERGO Rite SVVM Baccho Dicemus HONOREM. In Veteribus aliquot codicibus legere est. SVOS HONORES. quod rem splendidiorem efficit.

ET IAM Olim Seras . In Romano codice legere est. AC IAM OLIM . In Aliquot aliis . AT IAM . quarum lectionum nullam improbarim.

CVRAS VENIENTEM Extendir In Annum RVSTICVS . In Romano codice pro . Rusticus . AGRICOLA . legit . magis uero placet . RVSTICVS . Tum quia sic habetur in reliquis exemplaribus . Tum ex Tibulli Synepeia . Ipse seram teneras maturo tempore uites Rusticus.

IN VERIBVS TORREBIMVS Exta Columis . In cod. Medi . TORQVEBIMVS . legit ; qd' ipsius rei ministeriũ uidet exprimere. Sed.n. Torrebimus receptius.

ET VALLOS Sub Tecta Referto . In hanc sententiam Varro Lib. I. de Agricultura . Dominus simulac uidit occipitium Vindemiatoris furculas reducit hibernatum in tecta , ut sine sumptu harum opera altero anno uti possit.

IAM CANIT Extremos Effœtus Vinitot Anies . Carminis huius lectio in antiquis codicibus uaria est . Nam in codice Romano . IAM CANIT EFFECTOS EXTREMVS VINITOR . Verum id improbatur a Seruio , qui mauult . DEFFOETVS . legere . In Longobard. atq; etiã in Mediceo . CANIT EFFOETVS EXTREMOS . aliqui timentes syllabæ dictionum ordinem transmutarunt . multaq; ita , ut uidimus , toto opere ausi sunt aggredi.

OPISQVE HAVD Indiga NOSTRAE . In Romano codice . OPES HAVD . absq; particula . q; . legitur . scriptum uero est . OPES . pro . OPIS . more suo . Vti eo loco . SVBLIMES in Aethere NISVS . pro Sublimis . qui syllabæ timuerunt post opis . q; . ut facere soliti sunt , addidere . Nam lectio uenustior absq; (ea particula.

TONDENTVR CYTISI . In Ro. codice Versus hic statuitur post eum . Pascunturq; ignes , Sed non procedit . CYTISI . sine adspiratione.

ET LVMINA FVNDVNT . In Antiquo . AC . Lumina fundunt.

HVMILESQVE GENISTAE . Antiquiora omnia exemplaria . GENESTAE . per . E . in pene ultima legunt . uti etiam superius adnotatum est.

AVT PASTORIBVS VMBRAM . In ueteribus omnibus codicibus scriptum obseruaui . VMBRAS . numero multitudinis.

IPSAE CAVCAVSEO . In antiquis . CAVCASSIO . ut Olympius.

CEDROSQ . CVPRESSOSQ . In Romano , in Mediceo , & aliis antiquioribus codicibus legitur . CEDRVMQ . CVPRESSOSQ . q̃q̃ in Longobardico . CVPRESSOS , absq; particula enclitica scriptum sit , scriptoris negligentia.

VITIOSAEQ . Ilicis ALVO . In Ro. codice legit . ALVEO . quod mirifice pla(cet.

ET TORNO Rasile BVXVM . Signant Grammatici dictionem Buxum neutro genere dictam a Virgilio ; quam fœminino Ennius , & pleriq; alii ex ueteribus protulere . Sed enim aliis Buxus arbor est . Buxum materia . atq; ita recte etiam alibi dictum . Mirata uolubile Buxum.

ITHYREOS Taxi Curuãtur In Arcus . Inuenies omnino in aliquot codicibus antiquis . CVRVANTVR . Sed in Mediceo . TORQVENTVR . habetur . in aliquod . ITVREOS . p . V . & absq; adspiratione ; quã addere nonnulli Grãmatici cõmenti sunt , nomen ἀπὸ τοῦ ἰθύνειν deduci asserentes . Sed enim apud Dionysium & Strabonem , in codicibus manu scriptis per . τ . & . ου . nomen scriptum inueni . ἰτουραῖοι . quis in codicibus Aldinis per . δ . notatum sit , errore Librarii . τὰ μὲν οὖν ὀρεινὰ ἔχουσι πάντα ἰδουραῖοι τε καὶ ἄραβες . Est & ubi . TYRAEOS . legas . Sed inemendate sunt enim in Arcadia Thyræi , & in Isthmo Tarentini Promontorii . De Itureis uero Sagittariis habetur in Epistola Valeriani Imp. ad Aurelianum . Habes Sagittarios Ituræos trecẽtos . recitatum a Flauio (Vopisco.

ILLE FVRENTES CENTAVROS Leto Domuit Rhœtumq; Pholumq; . In antiquis aliquot codicibus . CENTAVRVS . Græco more casu terminato ut in ueterum Monumentis sæpissime legas . VIXIT ANNVS . pro ANNOS . & pleraq; alia similia . Scribendũ uero uidetur . RHOECVM . p . C.

ex Callimachi cōmentariis;quem locum in memoriam mihi redegit Petreius Zan-
cus,doctissimus Adolescens;q̄q̄ sunt , qui Virgiliū uolunt nominis eius asperitatē
TOTIS VOMIT Aedibus Vndam , In Mediceo co. (emollire uoluisse.
dice . VOMAT . scriptum ,quod nescio quid elegantius sonat .

ILLVSASQ. Auro Vestes . In codicibus aliquot antiquis legere est . INCLV-
SASQ. Auro , quā tamen lectionem improbat Seruius ,&. ILLVSAS . In an-
ALBA NEC Assyrio . In Mediceo , & aliquot (tiquioribus omnino est.
aliis antiquis . NEQVE Assyrio . legitur .

ET Nescia Fallere VITA . In Ro.cod. VITAM . legit̄ ; Cuius suppositum erit
quies . In reliquis tamen omnibus exemplaribus habet̄ . VITA . & lōge melius .

AT SECVRA Quies . & At Frigida Tempe . In Longobardico . AC . utro-
biq; scriptū, Sed magis placet . AT . id uero in Ro.cod. p . D . ut sæpe solet scriptū
AT LATIS OCIA Fundis . Scribendum . OTIA . per . T . (inuenies.
ex Medi.cod. & marmorꝫ consensu. Est etiā . AC . pro . AT . qđ nō æque probat̄ .

NON Absunt ILLIS Saltus Ac Lustra Ferarum . Vetera omnia exemplaria
quotquot habere contingit non Illis, sed ILLIC legūt ,qđ mirifice placet . idq;
etiā Seruius agnouisse uidetur . dū quæ rure quæq; in Vrbe sunt memorat .

PARVOQVE Assueta Iuuentus . In Ro. codice legit̄ . EXIGVOQ. ADSVE
TA . Verū ideo magis placet . PARVO . ut in reliquis exemplarib⁹ habetur, quia
frequentissimo Auctorum usu dicitur,contentus Paruo .

QVARVM Sacra Fero Ingenti PERCVLSVS Amore . In cod. Longobardi-
co tantū legitur . PERCVLSVS . Sed in Ro. in Mediceo ,& aliis antiquioribus
PERCVSSVS pro ut etiā dicitur,amore Saucius . Siue quia passim locutiones illæ
Percussus , & Perculsus apud Auctores confunduntur .

QVA Vi Maria Alta TVMESCANT . In Longobardico . TVMESCVNT .
legitur . Sed elegantius est Tumescant .

OCEANO Properent Se Tingere Soles . TINGVERE . Vt in ueteribus habet̄ scri
bendum esse ostēdit Distinguo (aiunt Veteres Grāmatici) de quo nemo dubitat .
id uero diuersis coloribus tinguere significat ,ac perinde secernere , & disseparare .

RVRA Mihi Et RIGVI Placeant In Vallibus Amnes . In Romano cod. RI
GIDI . legitur . Sed enim non uidet̄ amnibus cōuenire,ubi agit̄ de amœnitate;
rigor .n. glaciei potius cōgruit ,ut ibi Glacie riget horrida barba ;nisi Rigidi pro,
Gelidi positum sit . Sed omnino fuit hic asperitas euitanda.

ATQVE Metus Omnes , Et Inxorabile Fatum Subiecit Pedibus . In Ro. codi
ce legitur . INELVCTABILE FATVM . quod & alibi positū a Virgilio .magis
tamen Eruditi probant ; quod uarium est ad fertilioris facundiæ copiam .

HVNC Plausus Hiantem . Pe Cuneos (Geminatur Enim Plæbisq; Patrumq;)
Corripuit . Romanus codex , Mediceus , Longobardicus , & pleriq; alii . GE
MINATVS . legunt . quod etiam approbatur a Seruio .

INTEREA Pendent Dulces Circum Oscula Nati . Omnes antiqui codices hoc
ordine legunt . INTEREA DVLCES PENDENT . In aliquot etiam codicib⁹
ex antiquioribus . OBSCVLA . quia Grammatici Osculum , quod ob os peta-
tur , dictum uolunt ; Sed enim ea dura nimis est Enuntiatio .

CORPORAQ. Agresti NVDAT Prædura Palestra . In Ro. cod. in Mediceo,&
antiquissimis aliis . NVDANT . numero multitudinis legitur .

SIC Fortis Etruria Creuit . Sunt qui nomini adspirent Hetruria . Sunt qui Ethru
ria scribunt . Apud Veteres ego nulla adspiratione Etruria scriptum obseruaui .
Imperiū uero Etruscorum , ut ait Liuius, fuit ab alpibus ,usq; ad fretum siculum .
Vnde totum Mare , quod a dextra Italici litoris est Tyrrhenum appellatur ; Atq;
hoc est , quod Virgilius ait . Sic Fortis Etruria Creuit .

SCILICET Et Rerum Facta Est PVLCHERRIMA Roma . Sunt antiqui co-
dices ;

dices, in quibus . PVLCERRIMA . absq; adspiratione inueniatur. de qua scribendi ratione. M. Tullium in hoc nomine solicitũ fuisse, uel ipsius in Oratore testimonio manifestum est; cui quũ unũ ratio, alterũ consuetudo dictaret, coactũ se usui cedere profitetur. Sed.n.quid super hoc Terentius Scaurus tradiderit, recitare non pigeat, ut etiam locum in eius codice mancũ resartiamus, aut obscurũ nimis adiecta paraphrasi dilucidemus. ait itaq; is, Et Pulchrum, quis in consuetudine adspiretur, nihilominus tamen ratio exiliter & enuntiandũ & scribendum persuadet. Ne una omnino dictio aduersus latini sermonis naturã media adspiret, quis alii a Græcis putent esse translatum, quasi Pulchrum πολλοῦ χρῶμα. quippe multũ nitoris, & elegantiæ significaret. Sunt tamen non ebetis ingenii Viri, qui nomina huiusmodi in CRVM . exeuntia, a uerbis deduci uelint, a Fulcio Fulcrum, a sepelio sepulcrum, ita a Polio Polcrum. mox consuetudine Pulcrum.

ET Iam Tempus EQVVM FVMANTIA Soluere Colla. Sunt ueteres cod. in quibus. EQVOM. scribitur. In Romano, & aliquot aliis. SPVMANTIA . legitur. Quam esse cum translatione allegoriã Quintilianus ait in octauo. Et FYMANTIA . habetur apud Carisium, ubi de Allegoria.

EX TERTIO GEORGICON

AETERA QVAE VACVAS TENVISSENT CARMINA Mentes. Omnia iã uulgata. Quãuis. Carmina.nõ improbarim, in codicibus tamen aliquot manu scriptis legitur. CARMINE. septimo casu. Non enim dicit cætera carmina iã uulgata sunt; sed cætera omnia, quæ uersibus pãgi potuissent, quæq; plurimũ in Poetaꝝ argumẽta uenire solẽt. Mox ea quænam sint,

EVRYSTEA DVRVM. Ne quem transuersum agãt, qui. DIRVM. (recẽset. malunt ad hominis crudelitatem ostendendam. DVRVM. castã esse lectionẽ ostendit Val. Flacci parodia. Sed Duro sæuæ sub rege Mycenæ.

AVT ILLAVDATI Nescit Busiridis Aras. In Ro. codice, in Mediceo, & in Lõgobardico. INLAVDATI. per IN. scriptũ est more Veterum. ac de Illaudato quidem legas apud Gellium lib. secundo. cap. Sexto. Locum uero hunc No. Marcellus expositurus ait. Laudare significat etiã nominare. Virg. Aut Illaudati nescit Busiridis Aras. idest nec nominandi. Plautus in Captiuis. Id ut scias Iouem supremũ testẽ laudo Aegio. Sunt qui Illaudatum ferũ, & imanem interpretentur. Non defuerunt olim, qui Virgilio uitio uerterent, quasi otiosum epitheton immanissimo olim Tyranno attribuerit. Sed enim tot inter opiniones, primas obtinere uidetur Isocratis oratio dicentis, eum qui Busiridem laudare conatus fuerat, id demum effecisse, ut & uituperabilis, & odio magis dignus, ob eam commendationẽ uideret. Eius uero uerba subtexere uisum est non importunum.

ἡγοῦν ὅτι γε τοῖς ὑπὸ σοῦ λεγομένοις οὕτως ἀγανακτήσειεν, ὥστε μηδεμιᾶς ἂν ἀποσχέσθαι τιμωρίας. καί τοι πῶς οὐκ αἰσχύνεσθαι μᾶλλον ἢ σεμνύνεσθαι προσήκει. τὸν ὑπὸ τῶν λοιδορουμένων ὑπ᾽ αὐτῶν μᾶλλον ἀγαπώμενον ἢ τῶν τοῖς ἐγκωμιαζομένοις.

quorum sententia est huiusmodi. Verum enimuero, quæ a te dicta sunt, ea tam indigne ferre debet, ac si nullum inde sit honorem consecutus. Cur uero quis non uituperatione se affectum potius q̃ laudatum iudicet, qui propter ea, quæ in se maledice contorta sunt, maiorem apud Homines gratiam consequatur, q̃ propter ea, quæ fuerint præcipue laudata? Quare si Virgilium dixerimus, dum Busiridem Illaudatum appellat; locum hunc Isocratis perstrinxisse, non inepte forsitan locum interpretati iudicabimur. Alii Ouidio freti, dicunt Illaudatum Busiridem ea de caussa dici, quia Iuppiter eius sacrificia nunq̃ approbauerit. Sed uereor, ne

dum tam multa super, Illaudato, perquirimus, nos quoque Illaudandi iudicemus.

ILLI Victor Ego, Et Tyrio Conspectus In Ostro Centum Quadriiugos Agitabo Ad Flumina Currus. In Romano, in Mediceo, & aliquot antiquissimis codicibus. ILLIC. hoc est Mantuæ, in patria mea, quo primus ego Musas ab Aonia deduxero. In Longobardico abrasum est .C. imperiti nescio cuius temeritate. Quanquam nihil prohibet, quin Illi, pro Illic, accipi possit, ut in secundo Aeneidos, Illi mea tristia facta. quod pro Illic positum Grammatici ueteres obseruarunt.

ET CRVDO DECERNET Græcia Cestu. In Ro. codice. DVRO Cestu legit. Sed enim in Quinto Aeneidos. Seu Crudo fidit pugnam cõmittere cestu. Præterea in Mediceo, in Longob. & alis quibusdã. DECERTET. habet, ut alibi certate palestra; quod uero obiiciunt alii, Decernere ferro, id loco suo examinabitur.

RAPTA Manu Diuerso Ex Hoste TROPHAEA. In Ro. codice, & aliquot aliis antiquioribus. TROPEA. absque ulla scriptũ est adspiratione. & id quidẽ recte.

TORTOSQVE Ixionis ANGVES. In Ro. codice. ORBES. legitur, quod si admittas figura erit ἓν διὰ δύο. quia sequitur, Immanemque rotam. In aliis. TORTOS ANGVES. quod agnoscit Seruius.

NON EXVPERABILE Saxum. In Antiquis exemplaribus. EXSVPERABILE. Iuniores maluerunt in huiusmodi Compositis uerbis. S. litteram. X. præ(iecta, excludere.

ET CRVRVM TENVS A Mento Palearia Pendent. Tenus si præpositio sit Ablatiuo casu cohærere dicit Seruius, esseque hic aduerbium. Sed enim, Tenus, cum nomine, quod sit numero multitudinis, Genitiuo sæpius iunctum animaduerti. Quintilianus Aurium tenus in usum lingua perceperit. Catullus Nutricũ tenus extantes. Ita enim is appellat papillas, quod inepte simul & inuerecunde quidam legunt, Iam Crurum tenus extantes.

AVT Iuga DETRECTANS. In Romano codice, in Mediceo & in aliis antiquissimis, uno tantum excepto, scriptum inueni. DETRACTANS. quod etiam in Oratorum exemplaribus antiquis obseruaui, præsertimque apud Liuium. &. DETRACTANT. &. DETRACTARE. sæpissime.

ET FACIEM TAVRO PROPIOR. In codice Longobardico. PROPRIOR. legitur. Sed uulgata lectio. PROPIOR. a Prope, castior est.

DESINIT Ante Decem. In Longobardico. DESINET. futuro tempore legitur. In Romano. DECIM. suo quodam scribendi more. Vt Aurea mala DECIM. quod, ut diximus, etiam apud Asprum est.

LAETA IVVENTVS. In Mediceo & antiquis plerisque cod. IVVENTAS. de (quo alibi satis dictũ.

QVARVM Mutari Corpora MAVIS. In antiquis cod. MALIS. est, quod uenustius uidetur. Quam lectionem etiã apud Carisiũ obseruaui, ubi fieri Soloecismũ ait trãsmutatione qualitatis in cõiunctionibus, ut eo loco. Semper erũt, quarum mutati corpora malis. Semper.n.refice, pro. Semper itaque.

ANTE VENI, ET SOBOLEM Armento Sortire Quotannis. In Mediceo, & in Longobardico absque. ET. ANTE VENI Sobolem. In aliquot codicibus. ANTEVENI. unica dictio. In Romano, Mediceo, & quibusdã aliis codicibus antiquis. SVBOLEM. passim inuenias; de quo satis alibi disputatum.

QVOS In Spem STATVIS Submittere Gentis. In Romano codice. & in quibusdam aliis. STATVES. futuro tempore legitur. Ita correctum in Mediceo.

ET Ignoto Sese Committere Ponto. In Romano codice, in Longobardico, & quibusdam aliis uno consensu. PONTI. legitur. Quid enim equis cum Mari? cum fluminibus uero & pontibus sæpe negotium. Quamuis in Calabriæ & Apuliæ locis equorum generositatem eo experimento probent, si ad mare impulsos, contra aduenientes fluctus impauidos aspexerint, ideoque pullos innatationibus adsuefaciunt. Est autem. PONTO. scriptum in codice Mediceo.

NEC Vanos Horret Strepitus. Quintilianus libro Octauo ordinem esse dicit. Nec

Vanos Horret Strepitus; Tum siqua sonum procul arma dedere Stare loco nescit. Cætera uero, quæ totam eiusmodi equi faciem describunt. Illi ardua ceruix, usq; ad eum locum. Color deterrimus albis, & Giluo. per interpositionem collocata. quare parenthesis utroq; adlinenda loco est.

COLLECTVMQ. FREMENS Vo. Sub Na. Ignem. In Mediceo cod. Correctum est. FREMENS. Sed n. prius recte. PREMENS. scriptum erat, ut in aliis.

ET Solido Grauiter SONAT Vngula Cornu. In Ro. (emendatioribus habet. QVATIT Vngula. habet. Sed magis placet. Sonat. quia dicit. Solido Cornu; omnia enim solida ualidius sonant, estq; & Iuuenalis synepeia. Quo Tondente Grauis Iuueni Mihi Barba Sonabat. non enim ibi (hoc n. κατα᾽ ἀναγκὴν addemus) Grauis barba mihi Iuueni; sed, Grauis, pro grauiter sonabat legendū est, ut ostendat eum neq; quidem artis suæ peritia potuisse adeo ditari, ut patritios iam omnes opibus prouocaret; & pondus habet, Iuueni mihi, cui uel lanugo uel mollior barba, sine stridore abradi potuisset; si, quam profitebatur artem, Tonsor calluisset.

GRAII Meminere. In pluribus codicibus antiquis unico. I. GRAI. scriptum inuenias, ex eorum sententia, qui. I. inter duas uocales per se plenam & satis sonoram esse iudicabant. ideoq; GRAIVS. unico. I. scriptū. GRAI. in casibus aliis per synæresin facere debere; Quum tamen alii, cuius sententiæ Ciceronem fuisse tradit Velius Longus, similia per geminatum. II. pronuntiarent, ut MAIIA. GRAIIVS. unde GRAII. Sed & ipsa declinationis proportio expetit, ut. VS. ultimæ syllabæ finales litteræ in Genitiuo secundæ abeant in. I. Eandemq; uocem esse etiam Nominatiui pluralis consentiūt omnes, quare. GRAII. duplicato. I. scribendum fuerit; quum nulla regula. I. priorem consonantis loco positam elidi præceperit. Subsecuta uero ætas quū non intelligeret ex duobus. II. priorem loco consonantis positam, sed pro uocali acciperet, synæresin fecit, atq; hinc. GRAI. per unum. I.

IVBAM Ceruice EFFVDIT Equina. In Romano & quibusdā aliis. EFFVNDIT. præsenti tempore legitur. In aliquot aliis. FVDIT. Sed. Effudit. legendum de pterito ipse narrationis ordo exposcere uidetur, subsequitur enim. Et Impleuit. Quod uero sequitur. Coniugis ADVENTV. quod in antiquis aliquot codicibus per. T. notatū est. ATVENTV. Victorinus ait, desiisse nos per (T. scribere.

HVNC Quoq; Vbi Aut Morbo Grauis Aut Iam SEGNIOR ANNIS Deficit. In Romano codice. SEGNIOR AETAS. legit. Sed nitidior est elocutio. Vbi Deficit aut Morbo Grauis, aut annis segnior.

VT Quondam IN STIPVLIS Magnus Sine Viribus Ignis. In Ro. codice legit. IN STIPVLA. unitatis num. intellectionis figura. In aliis plurale est.

CVM PRAECIPITI CERTAMINE CAMPVM Corripuere Ruuntq. In ueteribus aliquot exemplaribus. PRAECIPITI CONAMINE. legitur, quæ mihi paraphrasis uidetur. & uti Veteres scribere consuerunt. In iisdem antiquis notatum est. CONRIPVERE RVONTQVE.

ATQ. ASSVRGERE IN Auras. In Ro. codice. EXSVRGERE. legit. In Longobardico & in Oblongo. INSVRGERE. In reliquis tum. ASSVRG. tum ADSVRGERE. & hoc magis receptū. Sed nullum ego uelim improbare, codicū reuerētia. Legas etiā in aliquot & his antiquis. IN AVRES. sed Auras.

RAPIDISQ. Rotis Insistere Victor. In Romano (oino casta lectio. codice legitur. RAPIDVS. quod & Seruius agnoscit.

NEPTVNIQ. Ipsa Deducat Origine GENTEM. In Romano codice non, Gentem. sed. NOMEN. legitur. Quod uero equos ullos a Neptuno deducere dicat originem; Non quod tridentis percussione equus exilierit, in quo Seruius falsus est corrupto codice Ouidiano; neq; quod se Ceres in equam mutauerit, ita a Neptuno cōpressa, Vnde generosos equos genitos ait Probus; Sed quia Neptunus

quorũdam equorum Auctor fuit,ut Pegasi,& alterius in Thracia percusso scopulo: ueluti Medusa Arionis,Ceres Odorimi, quem Adrastus habuit.

FLORENTESQ. Secant Herbas. In codicibus aliquot antiquis legere est. PVBENTESQ. quale pabulũ longe delicatius est. Nam Moderatus equorũ gregibus pascua mollibus potius q̃ proceris herbis habundantia præcipit eligenda.

NE Blando NEQVEANT Superesse Labori. In Romano, & antiquissimis aliquot codicibus. NEQVEAT. singulari numero legitur. De eo enim loquitur. Quem legere Ducem & pecori dixere Maritum.

FRONDESQVE Negant Et FONTIBVS Arcent. In codicibus aliquot antiquis perperam omnino. FRONDIBVS. legitur, sententia frustra repetita.

CVM Grauiter TVNSIS Gemit Area Frugibus. In Ro. codice,ubi. N. plerũq uidetur habundare. TVSIS. tamen hoc loco scriptum est. In quibusdam aliis TONSIS. Sed enim hic loquitur de Tritura.quæ fit in agro Mantuano,& Euganea fere omni,circumductis per aream equis,qui spicas pedibus pertũdant. Eiusdem speciei est, quod sequitur. Obtusior usus. Nam in Ro. codice,& quibusdã aliis. OBTVNSIOR. habet, ut superius,Obtunsi.pro,Obtusi posuit. Quod uero dixit. Sit Genitali aruo. metaphora est ad ornatum,ut parum speciosa dicta honestius proferantur, ut Quintilianus obseruauit.

CVI Nomen Asilo ROMANVM EST. Oestrum Graii Vertere Vocantes. In antiquis aliquot cod. QVOI. Nam hæc quoq; sunt obseruanda.quis penitus ex usu recesserint. In Ro. cod. ROMANVMST. more Veterum scriptũ habet. facta collisione ex uocali,quæ in. EST. reperit. In Longob. VERTERE VOCANDO. ideft nomen imponendo per formam Gerundii, ut. Fingitq; premendo. In nonnullis etiam. OESTRON. per. O. non indecenter scriptum inuenias, ut ipsa etiam declinationis forma sententiæ correspondeat.

HOC Quondam Monstro HORRIBILES Exercuit Iras. In antiquis codicibus HORRIBILIS. per unicũ. I. finali syllaba,ex Velii Longi sententia. Quod uero in Ius fabula recensenda Seruius dicit. Transiit autem per mare angustum, quod Bosphoron ab ea appellatum est nũc Hellespontus nominatur. Vltima illa uerba. NVNC HELLESPONTVS NOMINATVR. adulterina esse crediderim. Non enim adduci possum eum ignorasse alium esse Bosporon, alium Hellespontum,atq; alterum ab altero longe distare; quum Bosporus Thracius, ubi eius Bouis transitus fuisse traditur ad fines Euxini maris dubio procul sit,inde Propontis late diffusa interiaceat, cui mox subiungitur Hellespontus.

INACHIAE Iuno Pestem MEDITATA Iuuencæ. Apud Horatium eodem significato legitur. Diluuiem MEDITATVR agris. quanquam sunt, qui. MINITATVR. eo loco legendum autument.

POST PARTVM IN VITVLOS CVRA Traducitur Omnis. In Ro. codice, in Mediceo,in Longob. & aliquot aliis uersus hoc numero legitur. Post Partum CVRA IN VITVLOS Trad. Om. Præterea in Oblõgo illo cod. quẽ Pomp. Lætus delicias suas aiebat. DEDVCITVR. pro,Traducitur,habet. Sed alterũ meli⁹.

AVT Aris Seruare SACRIS Aut Scindere Terram. In Ro. & in Mediceo cod. SACROS. legitur,quod minime displicet. Sane & in Longobard. SACROS. prius legebatur; inde abrasa. O. litteræ parte. SACRIS. legi uoluerunt.

TV Quos Ad STVDIVM Atq; Vsum Formabis Agrestem. In Ro. codice legit. AD STVDIA. Sed hoc significato melius. STVDIVM. singulare.

IPSIS E Torquibus Aptos. In antiquissimo codice Oblongo. DE Torquibus, legitur. In Longobardico. Ipsis ET Torquibus Aptos.

ET IVNCTOS Temo Trahat æreus ORBES. In ant. VINCTOS. & ORBIS. VLVAMQ. Palustrem. In Ro. cod. SILVAM. legit.sed.Vluam. magis acceptũ.

MORE Patrum Niuea Implebunt MVLCTRALIA Vaccæ. In Ro. cod. in Ob.

longo,& in aliquot aliis . MVLCTRARIA . legitur;quis in aliquibus deest ista C. ante. T. quod in Mediceo uidetur. Inuenimus & in aliquot codicibus antiquissimis . MVLGARIA . qua dictione usus est Valgius . Sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis. In Lõgobardico prius erat. MVLTRARIA. quæ dictio abrasa leuiter est, & . MVLGARIA . repositum.

INVALIDVS ETIAMQ. Tremens Etiam Inscius Aeui. In codicibus nõnullis antiquioribus . ET IAM . per distinctas dictiones coniunctionem & aduerbium utroq; loco scriptum obseruaui; Quam quidem lectionem etiam Cõminianus scriptor,ut Carisius ait,diligentissimus agnoscit. Nam ubi solœcismũ per partes orationis fieri ait,uersum hunc citat,eo quo dicebamus modo scriptum. Exponitq;. IAM. pro. ETIAM. nunc coniunctio posita pro aduerbio. Eodem modo illud etiam crediderim accipiendum. VIII. Aeneidos. Aut Pingui flumine Nilus Cum refluit Campis & iam se condidit alueo; de quo loco suo dictum.

VBI QVARTA ACCESSERIT AETAS. Hæc utiq; lectio omnium fere codicum antiquorum est,uno illo uetustissimo excepto, quem Romanum appellamus, in quo legit̃. VBI QVARTA ACCEPERIT AESTAS. Cæterũ. AETAS. agnoscit Seruius,exponitq; quarta ætas,quartus annus,qui uelit ætatem accipi multipliciter. Neq; ignorat Varronis præceptum,post annum trinum melius esse pullũ domare. mihi uero neq;. ACCEPERIT. neq; AESTAS. displicent. In tã uetusti codicis testimonio,qui fidem apud me eatenus facit, quum integras uarias dictiones. In litteris uero nonnunq̃ corruptissimus est. Sed ut de Ennio Virgilius profiteri solitus,ex eo stercore aurum plerunq; colligitur.

LONGIQ. Vrgent Ad Litora Fluctus. In codicibus aliquot antiquis cum Mediceo. LONGE. legitur, ut sit aduerbium pro ualde. Vrguent uero Attiano more adhuc quædam scribunt exemplaria.

HIC VEL AD ELAEI Metas, Et Maxima Campi Sudabit Spatia. In Longobardico codice, & in altero peruetusto. HIC VEL AD. prout uulgata legunt exẽplaria legitur. In Romano. HINC ET AD ELEI. hoc est ex huiusmodi cura emissus ad certamina. In Oblongo etiam est. ET. non. VEL.

SED Non Vlla Magis Vires Industria FIRMAT. In ueteribus aliquot codicibus. SERVAT. legitur. Sed longe plures. FIRMAT. habent.

MEMINISSE NEC Herbæ. In Oblongo cod. NEQVE. quod mollius uidet̃.

IACET PERNOX. Cur. PERNOX. innouari debeat non uideo, quum uetera omnia exemplariã manu scripta, (de iis loquor,quorũ mihi copia fuerit) uno cõsensu legant. PERNIX. Idq; tã manifeste agnoscat Seruius & a pernitẽdo di.

ICTIBVS ET SPARSA. Nõ placet qđ in Ro. legit̃. AVT Sparsa. (ctũ uelit.

FLVCTVS VT IN MEDIO Cœpit Quum Albescere Ponto. In Romano,in Mediceo,in Longobardico, & quibusdam aliis perueteribus codicibus legere est. FLVCTVS VTI MEDIO. absq;. IN. Sed in Oblongo suauiori numero legitur. FLVCTVS VTI IN MEDIO.

NEC IPSO Monte Minor. In Longob.,in Med. qđ dulcius est. NEQ. IPSO.

VORTICIBVS, Nigramq; Alte SVBIECTAT Harenam. In Romano,in Mediceo codice. VERTICIBVS. more suo, contra Capri sententiam. & quod forte non displiceat. SVBVECTAT. in Romano est.

HEV Male Tunc Lybiæ Solis ERRATVR In Agris. In antiquissimo codice. VERSATVR. legit̃,quod non placet; nam errare pertinet ad solitudinẽ. Versari ad frequentiam. In Mediceo. ERRAVIT. habetur. Sed neq; id acceptum.

FLVMINA CORREPTOS Vnda Torquentia Montes. In Mediceo,in Ro. in Longob.& in aliquot aliis ueteribus cod. legere est. CORREPTOSQ. VNDA. Nam quũ dixerit, obiecta retardãt flumina,nõ incõgrue alterũ participiũ subiũgat. quippe. Torquentia montes correptos unda. cui particula adiungitur copulatiua,

HVMEROS AD Vulnera Durat. In Romano, in Mediceo, & aliquot aliis antiquis legere est. HVMEROSQ. Ad Vulnera. ut illud uno mébro concludatur. Fricat arbore costas. Atq; hinc atq; illinc.

COECA NOCTE NATAT SERVS FRETA. Ordo numerusq; harũ dictionũ uarius admodum in antiquis exemplaribus inuenitur. In Romano enim codice, in Mediceo,& in Lógobardico sic habet. NOCTE NATAT CAECA SERVS FRETA. Alcmanio numero tetrametro hypercatalectico. In Oblongo dictiones ultimæ ita uariát. NOCTE NATAT CAECA FRETA SERVS. Almanio tetrametro catalectico numero. Eo uero numero, qui passim habetur in impressis nusq̃ scriptum obseruaui in antiquis his,quos habere contigit,exemplaribus. Sed enim hæc ad eos tũ pertinét,qui figuraę,quæ ex structura fiũt,uarietate delectanť.

QVO TEMPORE GLAVCI Potniades Malis Membra Absumpsere Quadrigæ. De Glauco, pter ea,quæ a Seruio & a Probo referũtur. Sunt qui scribant Glaucum Sisyphi, quum ad inimicũ certamen quadrigas duceret,ad uicum Boetiæ Potnias applicuisse. fuisse uero ibi fontem sacrum,ex quo qui biberent,insanirét,aut furore corriperentur. Equas eo potum a Glauco per ignorántiam ductas, a potuq; furore correptas,in ipso certamine curru dominum effudisse,ac morsibus dilaniasse. Virgilius pro commodo suo rem furori adscribit Venereo.

VERE Magis Quia Vere CALOR REDIT Ossibus. In Romano codice. QVIA VERE REDIT CALOR. quod parui refert.

ILLAE Ore Omnes VERSAE IN ZEPHYRVM. In Romano codice, quod VERSAE AD Zephyrum legať,nequaq̃ displicet,quis nõ improbẽ. IN Zephyrum.

IN BOREAM CAVRVMQ. In Romano codice. CHAVRVM. per .CH. aspiratũ scribiť. In Longobardico. CHORVM. ut ex,Aula,Ola;atq; ita sæpe pro Vento apud alios etiam Auctores,adspiratione tantum excepta.

ET PLVVIO CONTRISTAT FRIGORE Cœlum. In Romano cod. PLVVIO SIDERE. legitur. Sed hoc loco magis placet. FRIGORE. Eruditis. ut cum eo faciat & agentes frigora uentos.

HINC Demum Hippomanes. In Ro. & in Mediceo cod. HIC. hoc est, hoc tpe

LENTVM DISTILLAT Ab Inguine Virus. In Romano,in Mediceo,in Lógobardico,& aliquot aliis codicibus antiquis. DESTILLAT. per DE. scribitur. a loco enim est motus. (destillat.

MISCVERVNTQ. Herbas. In Ro. codice. MISCVERINTQ. scriptũ est, Subiunctiuo modo ueluti etiam superiore libro, ubi loquitur de Malo Medico. Sed enim. MISCVERVNT. Doctorum omnium consensu receptum est.

HINC LABOR HINC Laudem. In antiquis aliquot cod. legere est. HIC LABOR HINC Laudem. Quasi dicat,fatemur quidem inesse laboré in ea cura, sed huius laboris præmium sit certa,quæ subsequitur laus. Plura tamen exéplaria cum Mediceo. HINC. de loco scribunt.

CASTALIAM MOLLI DIVERTITVR Orbita Cliuo. Vetera omnia exépl. manu scripta,quotquot in manus nostras deuenere. DEVERTITVR. per. DE. non per. DI. scribunt:hoc est de loco eo uertitur.quod optimæ senténtiæ quadrat.

HAEC Quoq; Non Cura Nobis Leuiore TVENDA. In Ro. codice. HAEC & TVENDAE. legitur. & ita prius erat in codice Mediceo. In Longobardico. HAE. fœminino genere,ut de capellis intelligat. Seruius tamen mauult Poetã usum neutro genere, Locutumq; figurate,prout habetur in Ro. codice. Veteribus enim aiunt fuisse morem, ut neutra fœmininis iungerent.

TYRIOS Incocta RVBORES. In Romano codice,& aliquot aliis peruetetibus. COLORES. legitur. In Mediceo quidẽ. RVBORES. est, sed supra. CO. notatum antiqua manu. Figuratius tamen est. RVBORES. legere.

QVAM MAGIS Exhausto Spumauerit Vbere Mulctra. In Romano codice, &

in aliquot aliis peruetustis legitur . QVO MAGIS . idq, ut mihi uidetur, eleganter. Missas uero facio dictiones quasdam inscitia Librarii perperam notatas.

LAETA Magis Pressis Manabunt Flumina Mammis. In Romano codice, in Longobardico, & aliquot aliis fane q̃ Veteribus, non Flumina; Sed . VBERA. legitur. Qui legerant Vbere in superiore Versu, Veriti sunt repetionem eiusdem uocabuli ariditatem orationis præ se ferre. ideoq Flumina supposuerunt. Sed enim, si animum aduertas, color ille dicendi non modo non aridus uidetur. Sed & uenustatis plurimũ habere. q̃q metaphorica ea Hyperbole, Flumina loco huic optime conueniat, & incomparabilem exprimat ubertatem.

CINYPHII Tondent Hirci. In Romano codice. HIRCIS. legitur; Ab eis enim Lanicii genus id demitur. Sunt etiam codices antiqui, in quibus scriptum est HIRQVIS, ut in Bucolicis etiam ostẽdimus Hircum, & Hirquum eundem. Sed figuram agnoscit Priscianus. Tondent pro Tondentur. quare HIRCI melius. De Cyniphiis Hircis apud Herodotum mentio. Aduerte uero scriptionem, quod quis in Græcis diuersorum Auctorum codicibus impressis κινυφιος scriptũ sit prima per ἰῶτα, secunda per υ. ψιλόν. tamen in iis, qui manu scripti sunt κυνιφιος prima per. υ. altera per. ι. habetur.

AD PVTEOS Aut Alta Greges Ad Stagna. In Romano cod. AT PVTEOS, ADQVE ALTA GREGES AT STAGNA. In plerisq enim præcipue ex his antiquis semper AD præpositio per. T. scribitur. Sed quod ADQVE in eo codice legitur apud No. Marcellũ in Libello de indiscretis generibus, AVT legitur, ut uulgata habent exemplaria. quod uero Virgilius Puteos genere Masculino dixit. Varro maluit neutro dicere Putea. ut Maria, ut apud Græcos φρέαρ. Neutri generis est, Eodem significato.

CVRRENTEM ILIGNIS Potare Canalibus Vndam, In Romano cod. LIGNIS. non Ilignis scriptum est. Verum Ligneis fuisse prius uidetur in aliquot codicibus, in nonnullis. ILIGNEIS. est per. EI. diphth. Vt Amiceis sueis, In ueterum monumentis. Sed enim ut etiam in Mediceo est. ILIGNIS agnoscit Seruius, & proprietatem Poeticam refert ea compositio.

AESTIBVS AT Mediis Vmbrosam Exquirere Vallem. In codice Longobardico AESTIBVS AVT MEDIIS legitur, in quibusdam aliis antiquis AC MEDIIS. In Longobardico ADQVIRERE. quod non ita placet. Non tamẽ displicet. AT. ubi AVT habetur. Vt quattuor sint præcepta unoquoq Die seruanda; Quippe, ut mane pascantur, hora quarta potum ministremus, meridie sub umbra contineantur, Vesperi uero iterum in pascua mittantur.

TVM TENVES Dare Rursus Aquas. In Romano codice. TVNC TENVIS. Sed. TVM. multo magis placet.

RESONANT Et ACHANTIDA Dumi, Vel ut alii ACANTHIDA. Scio fore, ut multi mihi negotiũ facessant, si dixero in antiquis omnibus cod. quotquot ad manus meas peruenere, uno consensu legi. ACALANTHIDA DVMI. Ita enim in Romano, ita in Oblongo codicibus antiquissimis. ita in Mediceo; ita denią habetur in plerisq aliis. Præterea uidetur Probus lectionem hanc agnouisse, Si modo fidelẽ codicẽ nanciscare, dum dicit. Acalanthis ea est quæ Græce ἀκανθὶς dicta est. Latine Carduelis, a Carduo. Neq uero Ignari sumus ex Plinio, atq etiã ex Aristotele Acanthin in spinis uiuere, odisse Asinos ideo q flores spinæ libẽ (ter deuorẽt.

OMNIA Secũ Armentarius Afer Agit, Tectumq Laremq Armaq Amyclæumq Canem. In Romano codice legitur. TECTVMQ. LABOREMQ. ARMAQ. ubi quid sibi uelit. LABOREM. uiderint alii. Mihi.n. LAREM. ex antiquæ religionis cultu, summo opere placet.

INIVSTO Sub Fasce Viam CVM Carpit. In Romano codice. QVOM. hoc loco scriptum est. pro ut moris fuit apud Veteres. Sed eni m Victorinus in

Orthographiæ præceptis ita monet. Cum autem si fuerit Aduerbium temporis per. Q. & . V. siue unum, siue duo scribatis, ut QVVM primum. & QVM fa(cerem.

ET HOSTI Ante Expectatum Positis Stat in Agmine Castris. Vegetius primo de re militari, ubi de pondere agit, cui se Miles debeat assuefacere, locum hunc Virgilianum citans. ET HOSTEM ANTE EXPECTATVM. legit; utrumq; Accusatiuo casu. Vt sit ante expectatũ Hostem. huiusmodiq; lectionem, & in Veteri codice apud Ianum Parthasium, & in Vaticana Bibliotheca, eo exemplari quem Francisci Petrarchæ fuisse aiunt. Quantum uero ad scribendi rationem pertinet. EXPECTATVM. absq;. S. littera, ante. P. posita Vulgata fere omnia habent exemplaria. Sed enim in Romano codice. EXSPECTATVM. legitur. S. adseruata. & ita scribendum monet Terentius Scaurus, ne per detractionem peccetur. si. S. littera summoueatur, quum adiecta præpositione, ait ille, Saluum esse initium dictionis, quæ subsequitur, debeat. Ait uero Velius Longus quosdam differentiam posuisse, ut quando Expecto opperior significat. per. X. & . P. absq;. S. scribatur, quãdo uero a Specto Spectas est, seruet. S. Sed neq; Veterum monumenta, neq; totius pene antiquitatis codices huic se Regulæ submisere. Sed in utroq; significato passim per. X. & . S. Exspecto scriptũ inuenies. Sane Arusianus Messus Locum hunc ita interpretatur. Vt ante Exspectatum, Anteq̃ Exspectatus exponat. Ibiq; pro STAT IN AGMINE, scriptum est. STAT IN ORDINE. In quo admirabiliorem Romani militis uirtutem intuemur, Nam cum Agmen incondita sæpe sit multitudo, etiam temere contracta, Ordo nunq̃ est sine Duce, Imperatore, Præfecto, Tribunoue. Quare, uidetur hic Virg. Summã disciplinæ militaris obseruantiam in Romanis admirari. Cum dicit eos hosti obuiam factos, prius q̃ illum aspiciant, Expeditissimo opere simul; & Vallum fixisse, neq; solum arma corripuisse, Sed ueluti si nihil aliud negotii intercurrisset, in ordine iam cõsistere paratũ nõ tam ad Vallum defendendũ, Sed etiã ad ipsam hostiũ aciem inuadendam. Sed quamuis ita legatur apud Arusianum, bona tñ Veterum codicum pars. AGMINE. legit, idq; magis eruditorũ auribus satisfacere uidetur.

MAEOTICAQ. VNDA. In Romano, in Mediceo, & aliis plerisq; codicibus antiquis. MEOTIAQVE. legi. Sed enim Stephano λέγεται τό κτητικον μαιοτικὸσ. μαιῶται populi. μαιῶτισ palus. In Longobardico, MEOTICA. sed absq; Diphthongo, quam sæpe negligit.

QVAQVE RADIT Medium Rhodope Porrecta Sub Axem. RADIT. quidem in plerisq; codicibus etiam diligenter impressis legeris. In antiquissimo tamen codice. QVAQVE REDIT. legitur, atq; etiam in Mediceo, & id Seruius agnóscit. Ratione etiam adiecta, quod is mons protentus in Orientalẽ plagam in (Septentrionalẽ mox reflectatur.

SPIRANTES FRIGORA CAVRI. In Romano cod. CHAVRI. In Longobardico. CHORI, uti superius.

CEDVNTQVE Securibus HVMIDA Vina. Sæpe dictum, in antiquis cod. non adspirari huic Vocabulo. VMIDA. contra omnium Grammaticorum præcepta, Quod uero Seruius hic Humida propter immixtam aquam dictum putat, quæ in caussa sit, ut gelascant Vina. Quintilianus uult hoc loco Humida Vina additum esse otiosum Epitheton. Sicut dentibus Albis.

ET TOTAE Solidam IN Glaciẽ Vertere Lacunæ. In Ro. codice legitur. ET TOTAE IN SOLIDAM. Sed. SOLIDAM IN Glaciẽ omnino uenustius est.

NON Secius Aere NINGIT. In antiquioribus omnibus. NINGVIT. Vnde NINGVIDVS Lucretio, & aliis ueteribus. Capro reclamante.

CONSERTOQ. Agmine Cerui. In Ro. codice CONFECTO legitur, In Mediceo, & aliis omnibus antiquioribus. CONFERTO. ut sæpe legere est apud Historicos. CONFERTVM Agmen. Confertissimos Hostes, & Confertum opus, quod ita densum est, ut coniunctum uideatur.

FORMIDINE PENNAE . In Ro. PINNAE more suo cõ ra Capri sententiam;
SED FRVSTRA Oppositū Trudentes Pectore Montē. In Ro.cod. ET Frustra.
CONGESTAQ. Robora totas Aduoluere Focis Vlmos . TOTAS .absq; particula copulatiua in multis ueteribus codicibus legitur. Sed in Ro. in mediceo & in Lõgobardico . TOTASQ. legit̄,quæ lectio & eruditior est,& elegantior. Itē in Antiquissimo . ATVOLVERE . per . T . loco . D . ut pleraq; alia quæ ultro prætermus.
ET PECVDVM FVLVIS VELANTVR Corpora Setis . In Romano cod. VELATVR . numero unitatis habetur, ut cum eo quadret, quod superius est . TVNDITVR . In altero etiam peruetusto . VELATVR . legere erat. Sed altera inde manu . N . superaddita.
SI TIBI Laniciam Curæ , Primum Aspera Sylua Lappæq; Tribuliq; Absint. In Romano codice . LANITIVM . per . T . SILVA . per . I . Lanitium . & TRIBOLI . per . O . in pene ultima. Neq; prætericrim illud;quod Laberius Lanitia Lanitiæ genere fœminino usus est. Nihil refert molle , e Lanitia attica, an pecore ex Hircorum , uestitum geras.
LOTOSQ. FREQVENTES IPSE Manu Salsasq; Ferat Præsepibus Herbas. In Romano,& in Mediceo codice . ILLE manu Salsasq; FERAT . s. cui lactis amor. quis . IPSE . maioris esse ponderis,diligentiorisq; curæ uideatur.
SAEPE VOLVTABRIS Pulsos Syluestribus Apros LATRATV TVRBABIS Agens . In Romano codice scriptum est . LATRATV TERREBIS . Sed enim . TVRBABIS . pleniorem sententiam reddit.
GALBANEOQ. Agitare GRAVI Nidore Chelydros . Lege . GRAVIS . quippe Chelydros,ex Veterum codicum testimonio,& structuræ ipsius concinnitate.
SAEPE Sub IMMOTIS Præsepibus. In Ro.cod.legit̄ . IGNOTIS . quod nos scilicet ignoramus uiperam sub illis delitescere. Sed . IMMOTIS . melius.
FOVIT Humum . In codicibus aliquot manu.scriptis . FODIT . legit̄ . Sed FOVIT Seruius agnoscit,& uetera sic habent exemplaria.
VERE MADENT Vdo Terræ , AC PLVVIALIBVS Austris . In Ro. cod. ET PLVVIALIBVS .
RANISQ. Loquacibus EXPLET . Plures ex antiquioribus cod. IMPLET . legunt. Sed plus est . EXPLET . dicere.
POSTQVAM EXHAVSTA Palus, Terræq; Ardore Dehiscunt . In Ro. codice in Oblongo,in Longobardico & aliquot aliis nō indecenter legitur . EXVSTA . Sed enim Exhausta proprie dictum uidetur .i& ita erat in Mediceo , nunc . A . littera inde abrasa est . Sunt quibus magis placeat . EXVSTA . ardore quippe desiccata,quam sententiam continuat,dum subiungit Terræq; ardore dehiscunt. Paludes porro Exhauriri etiam possunt,absq; calore Aeris aut Exustione Terræ.
EXILIT In Siccum . In cod.Longobardico ,atq; etiā in Mediceo . EXIIT . habetur,sed id nimis segnities. Concitatius uero mihi uidetur . EXILIT .
TVRPIS Oues TENTAT Scabies Vbi Frigidus Imber Altius Ad Viuum . In Romano cod. TEMPTAT SCABIES CVM Frigidus Imber Altius AT VIVVM . Ex his nō teiecerim . CVM . licet . VBI . nō displiceat . Nam sequitur . Vel cum Tonsis Illotus adhesit sudor. addam illud . In Romano codice . ILLVTVS . legi . In aliquot plerisq; codicibus . ADLVTVS . quod nō probatur. In aliis dictio est magis corrupta.
ET SPVMAS Miscent Argenti Viuaq; Sulfura . In Romano codice scriptum est. ARGENTI ET SVLPVRA VIVA . SVLPVRA quidem,quia Græcam esse dictionem arbitrati sunt,& in similibus nō adsueuerint adspirationem admittere. ut TRIVMPVS . PILIPPVS .& HYPSIPYLE . Quod uero pertinet ad numerum,in Mediceo ,atq; etiam in Longobardico codice legit̄ . ET SVLFVRA VIVA . Sed membrana abrasa . ita tamen,ut duos illos Dactylos . VIVAQ. SVLFVRA . prius fuisse coniectes . In Longobardico Librarius quid faceret

EX QVARTO GEORGICON.

OTIVSQVE EX ORDINE GENTIS. In Romano codice, atq; etiam in Mediceo legit Absq; EX. præpositiua particula. TOTIVSQ. ORDINE. In aliis antiquis cod. EX. habetur in quo animaduertendum, esse Synizesin ex duabus ultimis syllabis, in. TOTIVS. si lectio ea TOTIVSQ. EX ORDINE Gentis. admittatur. Verum ego crediderim. EX. insertum ex Paraphrasi, rectecq; legi. Dicam ordine.

MORES ET STVDIA Et Populos, Et Prælia Dicam. In Ro. PROELIA. per OE. & in antiquissimo alio codice uno minus. ET. legitur quam in uulgatis habeatur exemplaribus, in hunc modū. MORES ET STVDIA. POPVLOS ET PROELIA DICAM. Voluerunt.n. studia suspendere, & absq;. ET. coniunctiuæ particulæ interiectu sententiæ reliquum subiungere. Sed.n. particula illa tes iterata me nihil offendit; & præter id, quod numerosiorē uersum facit, figurā etiā (nō inelegantem adstruit.

MEROPESQ. ALIAEQ. Volucres. In Mediceo cod. nō est geminata particula. Que. Sed MEROPES ALIAEQVE. legitur, magis tamen placet geminari, ut in aliis codicibus habetur.

ET MANIBVS PROCNE Pectus Signata. In Romano codice & aliquot aliis antiquissimis. PROCNE. scriptum est, ueluti Græci faciunt. πρόκνη. Quos & Romani sequuti sunt, ut ex antiquis inscriptionibus, quas Romæ obseruauimus, uidere licet. In Quirinali enim hæc ita habentur.

P. VALERIVS BASSVS PRAEFECTVS FABRVM ET CAECILIA PROCNE DIANAE VALERIANAE. D. D.

Quod Epigramma ideo libuit adnotare quia memineram Iouianum Pontanum litteratissimū priori ætate Virum solicitū super hac dictione fuisse, quia PROCHNE per. CH. in Apulia scriptum reperisset. Quod uero malūt nunc. PROGNE. per. G. septimam litteram scribi nō difficulter admiserim, quia. C. cognationem habere cum. G. & sæpe eas inuicem succedere alibi demonstratum est.

AVT Ingens Oleaster OBVMBRET. In Ro. cod. & in quibusdā aliis peruetustis codicibus. INVMBRET. legitur, sed plures. OBVMBRET. habent.

VICINA Inuitet DECEDERE Ripa Calori. In Romano cod. DISCEDERE est. Sed DECEDERE magis probatur, & signatissime positum est.

ET OLENTIA Late SERPILLA. In Ro. cod. SERPVLLA. de qua scriptione plura diximus in Alexi.

SEV LENTO Fuerint ALVEARIA Vimine Texta. Quamuis. ALVEARIA. quinq; syllabarum numero per Synizesin dictione integra scribendum esse nonnullorum codicum consensu, & Capri grammatici obseruatione monemur. Pleraq; tamen exemplaria uetera. ALVARIA. legunt, quam lectionem Flauius Sosipater agnoscit. ubi dicit. ALVARIA. neutraliter dicuntur. Virgilius. Seu lento fuerint Aluaria uimine texta. Quis Cicero dixerit. Apes in Aluearium Concesserant, in œconomico, singulariter. Aduertēdum uero, nunquid apud Sosipatrum codex mendosus sit ea dictione neutraliter dicuntur, pro pluraliter, ut respōdeat ad illud quod Cicero singulariter protulit. In antiquo sane codice Carisii neutraliter legi, & Aluaria quadrisyllabum.

COLLECTVMQ. Hæc Ipsa Ad Munera Gluten. Obseruat Carisius Gluten a Virgilio dictum, quod alii Glutinum dixere; ut apud Scaurum legere est Dædalū inuenisse Glutinum, & apud Sallustium quasi Glutino adolescebant.

SVB TERRA FODERE LAREM. Sunt codices, in quib⁹. SVB TERRAM. sit. In Mediceo. SVB TERRAS. Atq; etiam FOVERE LAREM. quod satis uidebatur superiore Versu, ac eodem membro dictum. Effossis latebris.

EXESAEQ. ARBORIS ANTRO . In codicibus nonnullis manu scriptis legere
est . ARBORIS ALVO . Sed ANTRO . per hyperbolem lōge melius uidet,
NEV PROPIVS Tectis Taxum Sine. In Oblongo codice (ac figuratius.
Vaticano legere est . NEV Propius Taxum Tectis sine . Propter sibilum uero
duorum . S S . crediderim ea transposita .

VICTOR DARE Terga Coegit . In omnibus iis codicibus ant. quos habere potuimus . SVBEGIT . scriptum obseruauimus pro COEGIT .

PVLVERIS Exigui Iactu Compressa QVIESCENT . In Medi, & antiquis
plerisq; codicibus . QVIESCVNT . præsenti tēpore legitur, ut præcepta hæc ma
VERVM VBI Ductores Acie Reuocaueris (gis asseuerare uideatur .
AMBOS . In antiquis plerisq; codicibus . AMBO . per . O . legitur ; quam synceram, & emaculatam lectionem Sosipater Carisius agnoscit, addita etiam ratione; quod hoc Græcos sequuti dicimus . quia illi τοὺς δύο, & τοὺς ἄμφω dicūt, neq; respuit Terentius eundem hunc modum, ut in Andria. Hem Charine ambo opportune uos uolo, quod uero in Adelphis est. Vsq; a pueris curaui ambos sedulo . Helenius Acron in eadem fabula locum ex Sallustii . L . IIII . historiarum citat . Inter me atq; Lucullum prope inopia rursus ambos incessit. Verriumq; dicit errare, qui putat . HOS AMBO . dici debere. Indifferenter autem locutos ueteres ex mul is
CVM VENIT ET Terram Sicco Spuit (Auctorū exēplis Carisius ostendit.
Ore Viator . In antiquis aliquot codicibus . ET SICCO TERRAM SPVIT

QVOQ. MODO . Potis Gauderent Intyba Riuis . In Longobardico, uersus ita legit. QVOQ. MODO POSITIS GAVDERENT INTIBA FIBRIS . q̄ FIBRIS . superadditum eadem tamen manu, & atramento nō dissimili. Non. Marcellus in Libro de indiscretis generibus, hoc citato uersu . RIVIS . agnoscit . Hic enim loquitur de satiuo ; nō nescimus uero alibi dictum . & amaris Intyba Fibris . Sed enim Priscianus , ubi potus per syncopam a potatus melius dici docet. Virgilii locum hunc citat . Quoq; modo potis gauderent intuba Fibris . Velut illud . Huc ipsi potum uenient p prata Iuuenci . Quod uero Virg. & Plinius Intubum genere Neutro protulere, Lucilius & Pomponius genere Masculino ponere maluerunt . Sed & illud non prætereo Codices plerosq; ex antiquioribus legere INTVBA . per . V . & apud Plinium in uetustis cod. INTVBVM . passim haberi , & ita dubio procul scribendum est, apud Latinos , quum Intubū, & Dioscoridis, & Galeni, & aliorum quorundam Auctore attestatione sit Romana dictio . Litteram uero . y . nequaq; esse Romanā manifestū est . Verum Græcos . u . breue præsertim ex dictionibus nostris ea littera scribere instituisse; quare, q ἴντυβον apud Græcos legerant , utputa apud Galenū . κιχώριον τὸ ῥωμαϊστὶ λεγόμενον ἴντυβον λάχανον . Apud Dioscoridem uero . ῥωμαῖοι ἴντυβον ἀγρέστεμ . Et ita apud alios ; nihil animaduertentes eam Latinā esse dictionem Græce scribere maluerunt. q;
NEC SERA Comantem Narcissum . (eam Romanæ scriptioni reddere .
Superius dictum est . CREBRO . ultima breui positum in Longobardico exemplari, ita etiam hoc loco . SERO COMANTEM . tam in eo q̄ etiam in Mediceo codice habetur . Nam & apud Statium . SERO Memor thalami legas . & aduerte etiam apud Seruium legi debere . SERO Flores habentem . Hoc.n. ille tantum dixit, non taciturus quidem , si Sera pro Sero figuratam elocutionem agnouisset .
HIC Ratum Tamen In Dumis Olus . In Long.cod. legere est . HINC . hoc est ex
paucis illis ingeribus, quæ nec pabulo , nec segeti , nec uitibus etiam oportuna . In
ET CVM Tristis Hyems ETIAM NVNC . In co (reliquis . HIC.
dicibus nonnullis . ETIAM NVM . quæ dictio frequentissima apud Plinium.
Ex eo , quod Græci ἔτι καὶ νῦν dicunt .

IAMQVE Ministrantem Platanum Potantibus VMBRAM . Veteres omnes codices . VMBRAS . habent numero multitudinis , forte ut spaciosius aliquid

ostendat,

ostēdat, quod memoria proditum plures olim turmas sub una platano condi solitas, de hac autem Varro. Iucunda eius umbra haud alia lætius operiente toros. Plinius. Platanus arbor nulli rei, nisi umbræ utilis.

SPATIIS DISCVLSVS Iniquis. Veteres omnes cod. EXCLVSVS. habent, quod & Columellæ parodia confirmatur; discludere enim aliud significat.

ATQ. Aliis POST Commemoranda Relinquo. In cod. aliquot legas. POST HAEC MEMORANDA. Sed. Commemoranda, Longobardicus, & aliquot alii cod. habent. Sunt qui. POST ME MEMORANDA. legant, ut in Mediceo codice habetur, quam lectionem uidetur agnouisse Columella.

ET PATRIAM Solæ & Certos Nouere Penates. In codicibus aliquot legere est. A Patriam Solæ, & Certos nouere Penates. Non.n. A. semper dolētis interiectio, sed admiratione interdū significat. scribi uero. A. sine adspiratione ex Probo alibi notatū. In Longob. non est. ET. secūdo loco. Legitur uero. ET PATRIAM SOLAE CERTOS no. Pe. Sed.n. qui dictionē. ET. hinc auferunt, uenustatem etiā omnem a Versu auferunt.

NARCISSI Lachrymam, & Lentū de Cortice Gluten. In cod. aliquot ant. & præsertim in Long. LECTVM. legit. non Lentum. Plurimarum .n. arborum cortices gluten exsudant, ut resinam. & succinum, quibus utuntur apes, in opere suo construendo ad firmitatem. Sed, & Lentum placet. quod proprium est Glutinis epitheton.

REDOLENTQ. Thymo FRAGRANTIA Mella. In Longobardico. FLAGRANTIA. scriptum est quod non probatur, ex Grammaticorum distinctione.

CVM Properant ALII Taurinis Follibus Auras Accipiūt. In Long. torū hoc desideratur. ALII TAVRINIS FOLLIBVS Auras. q lectio nimis detrūcata esset.

GEMIT Impositis Incudibus AETNA. In Longobardico, in Med. & aliquot aliis codicibus antiquissimis non. AETNA. sed. ANTRVM. habetur.

QVOD NEC Concubitu Indulgent. In Ro. cod. & aliquot aliis. NEQ. Obseruādum uero est. CONCVBITV. casu tertio per abiectionē litteræ ultimæ positum ut alias sæpe. Teq; aspectu ne subtrahe nostro; quem casum neq. M. Tullius aspernatus est, ut eo loco. Quibus subito impetu, ac Latrocinio parricidarum resistat. Præterea Cæsar in huiusmodi omnibus .i. litteram censuit abiiciendam. Domina tuq; ac ornatu, & ita reliqua esse & scribenda, & proferenda.

VERVM Ipsæ Foliis Natos, & Suauibus Herbis. In cod. aliquot mutato numero legas. IPSAE NATOS Foliis. In Ro. uero. IPSAE E Foliis. nō inuenuste.

ET CEREA REGNA Refigunt. Quid sit Refigere nulli puto non innotuisse, qui legerit in Virgiliano Carmine. Fixit leges precio, atq; Refixit. Quare placet quod in Romano codice, in Mediceo, & quibusdam aliis antiquioribus exemplaribus. REFINGVNT. legitur. Est enim superius, & Dædala Fingere Tecta.. Quare fortasse, & Seruii Codex corrigendus. Aduertendum etiam ex loco desumptum argumentum, quod in Longobardico exemplari sic habet. Aluorum & Cerea Regna. quod in uulgatis, Cerea Tecta, legitur.

ERGO Ipsas quis AVGVSTVS Terminus Aeui. In Ro. cod. in Mediceo, & aliis omnibus codicibus, quotquot habere potui, uno cōsensu. ANGVSTI TERMINVS AEVI. legitur. Res enim quæ terminatur aut Angusta, aut lata est.

ET INCENS LYDIA. In Romano codice. LVDIA. ut CVMBA. MVRTA. CORVLVS. & similia.

QVEMQ. SIBI Tenues Nascentem ARCESSERE Vitas. In codicibus aliquot antiquis. ACCERSERE. habet. Terentius Scaurus utrūq; scribatur, siue ACCERSO, siue ARCESSO. ad eandem significationem pertinere putat, ut alibi dictum.

SYDERIS In Numerum, ATQ. ALTO SVCCEDERE COELO. In Romano. ALTO SE CONDERE COELO. pro SVCCEDERE.

SIQVANDO Sedem Augustam. In Longob. & in aliis aliquot cod. legere est

ANGVSTAM . Sed.n.Seruius . AVGVSTAM . agnoscit,& nobilẽ interpretat.
THESAVRIS . In Romano cod.THENSAVRIS . de quo dictum in Alexi.
PRIVS HAVSTVS Sparsus aquatũ Ore Foue. In Ro.cod. HAVSTV . legitur, & in Longobardico prius ita fuisse uidetur quia .S. littera alieno est atramento illita. In eodẽ legitur. ORA FOVE . quod agnoscit a Seruio. q̃q̃ Haustus Actõ ca
ILLIS Ita Modum SVPRA Est. In ant.aliquot codi (su uideat approbare. cibus. MODVM SVPER EST . legitur, Sed. Supra castiot lectio.
AFFIXAE Venis Animasq; in Vulnere ponunt. In peruetteri cod. legi. ADFIXA VENIS . quippe spicula. Syllabæ.n.locus i Tritimemeri cõmunis est. Vt Pectorib⁹ inhians,& similia. In Oblongo tamen cod. ADNIXAE . Præterea in Ro.codice .& aliquot aliis legere est. IN VOLNERA . quarto casu numero multitudinis, quod nescio quid efficacius habet. Seruius Vulnere Ablatiuo casu omnino legit. In hanc sententiã Plinius. Aculeo infixo, alqui eas mori putãt aliqui non nisi ita infixo, ut intestini pars adhæserit, Sed fucos postea esse, nec mellificare.
SIN Duram METVES Hyemem. In cod.aliquot. METVENS . legitur. Participii forma, cui duo supponantur uerba. parcesq; futuro . Contusosq; animos, & res miserabere fractas. tum ea fuerint peragenda, quæ subiungit. SVFFIRE. thymo,cerasq; recidere. Quo uero pacto hæc accipiant a Prisciano uiderint alii. Quandoquidẽ (ait ille) Parcesq; futuro pro parce,& miserabile pro miserator indicatiuis,pro imperatiuis positis exponi debere. Mihi quidem nõ displicet. Metues parces,& Miserabere,una cõtinuatione eodem modo & tẽpore legi. Sane uero in codice Longobardico. MIRABERE . prius legebatur. Mox. SE. syllaba secũda superaddita est,quod reliqui habent codices.
AVT SVFFIRE Thymo. In cod. aliquot ant. AT. non. AVT. legit. &. SVB FERRE . pro Suffite. omnino id corrupte. Sed.n. AT . Periti plerisq; Viri non expungunt .quæ Lectio etiam Codicis est Medicei.
NAM Sæpe Fauos Ignotus ADEDIT Stellio. In Ro.cod. ADHESIT . corrupte(ut mea fert opinio) legit. Nam de his loquitur,quæ depascẽdo mel exhauriunt. Aduertendum uero codices omnes legere subsequentem uersum per Creticum pedem primo loco. Stellio,& lucifugis congesta cubilia blattis.
AVT DVRVM Tineæ genus. Sunt codices admodum Veteres in quibus legatur. AVT DIRVM Tineæ Genus. Sed Durũ magis placet,ut abrodendi uim, quæ tinearum propria est, indicet. quis DIRVM . non reiecerim ominosum epitheton,& iis præcipue omnibus aptũ,quæ damnũ inferant. Sane quidem in Mediceo cod. DVRVM . prius scriptum fuit, mox parte primæ uocalis abrasa. DIRVM .
IN FORIBVS Laxos Suspendit Aranea Casses. Antiqua omnia exemplaria,quæ uersauimus,hoc numero legunt. LAXOS IN FORIBVS. Suspendit Aranea Casses. Superior quidem numerus elegantior;sed hic alter presiori stilo, cuiusmodi in Didascalico requiritur argumento, magis accõmodatus, & ita Nonius Marcellus legisse uidetur in Libro de discretis generibus. Vbi Araneam fœminino genere positam a Virgilio ait. Quam Plautus non semel uirili (factum est. (genere appellarit.
SI VERO (Quoniam casus apibus quoq; nostros Vita tulit) Tristi Languebunt Corpora morbo . In Oblongo codice . SIN . legitur, quod si admittas, superius . SI DVRAM . legendum erit. Nam quum ex duobus caussis melli calamitas inferatur, uel quia furto pereat, uel quia Apes morbo languescant, prioris detrimenti remediũ . Suffite Thimo dixit . Ita enim fugari noxia Animalia . Post hæc ad reparandas exhaustas opes sufficere ipsarum Apum solicitudinem, & habundantem Mellificationem . Quod uero pertinet ad earum morbos, nostrum esse negotium, ut conualescant; unde sequitur . Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores . Quare, ut hæc omnia connectantur, legere. SIN . Secundo loco non displiceat . Nam Periodus

illa quæ incipit a Siquando sedem, ibi claudi uidetur, animasq; in Volnera ponunt. Præterea Parenthesis quædam longior, & in decem Versuum numerum producta, non temere uidetur obseruanda. Quippe ab eo uersu. Continuo est ægris alius color, usq; ad. Aestuat ut clausis rapidus fornacibus ignis. ea cóprehenditur, estq; ordo. Sin uero tristi languebunt corpora morbo, Quod non iam dubiis poteris cognoscere signis. Vt iam prætereeam parenthesim aleram (Quoniam casus apibus quoq; nostros uita tulit) eo usq; procurres. Hic iam Galbaneos suadebo incendere odores. Quantum uero pertinet ad sententiæ uarietatem in hac periodo adnotatur. CASVS APIBVS quoq; NOSTROS. In aliquot antiquis codicibus. NOSTRIS. quod ad ablandiendum dictum esset, ac nimirum humilius. Castior autem lectio, & etectioris sententiæ est legere ut uulgata habent exemplaria. CASVS NOSTROS. Quæ enim humano generi accidunt mortaliumq; mores, & effectus statim enumerat.

IGNAVAEQ. Fame. legit, &. IGNAVA. quæ scaut Ignauis accidat, aut ignaAVT Illæ Pedibus. In cod. aliquot antiquis, ATQ. ILLAE. (uos reddat

FRIGIDVS VT QVONDAM SYLVIS Immurmurat Auster. In Longobardico. SILVAS. quippe murmurat in Siluas.

VT MARE SOLICITVM. In Mediceo codice. AVT MARE. legitur. Sed quia sequitur tertium mébrum per. VT. Quippe. AESTVAT VT CLAVSIS Rapidus Fornacibus Ignis. Magis probat, VT MARE. particula ea ter repetita.

HIC IAM GALBANEOS. In Antiquis aliquot codicibus. CALBANEOS. per. C. propter cognationem scilicet, ut Gortynia, & Cortynia.

NAMQVE VNO INGENTEM Tollit DE CESPITE Siluam. Vt Veteres prætereeam Codices, in quibus. DE VERTICE. scriptum est. Id minime dissimulandum, quod in plerisq; manu scriptis Exemplaribus. IMO Ingentem Tollit de CESPITE à scriptum inuenimus.

ET CVRVA Legunt PROPE Flumina Mellæ. In Romano codice. PER FLVMINA. legitur. Est uero Mella Fluuius in Gallia Cisalpina Brixiæ opulentissimo municipio uicinus emissus ex monte Breuno. Quod uero Seruius de Lemano Flumio, Vnde Alemani Populi dicti sint, sibi comminiscitur, Lacum non Fluuium esse scimus, quem magna ex parte Heluetii, Sequaniq; circundant. Poliq;, Ad Lemanú, Vulgo mox Allemani uocari cœpti, a quibus id nominis in totam inde Germaniam propagatum est, ut apud eosdem Itali a uiciniore Regione Longobardi omnes nuncupantur.

PABVLAQ. IN Foribus Plenis APPONE Canistris. In Romano Codice, & aliquot aliis. EXPONE. legitur. Quod ideo probauerim, quia dixit in foribus. Nihilosecius & ADPONE. idem significabit.

SED SI QVEM Proles Subito Defecerit Omnis. In Mediceo, & aliquot ant. cod. legere est. SED SIQVIDEM PROLES Subito defecerit omnis.

ET VIRIDEM Aegyptum Nigra Fœcundat Harena. Versus hic in Ro. codice locum habet post uersum. VSQVE COLARATIS. hoc scilicet ordine.

QVAQ. Pharetratæ Vicinia Persidis Vrguet
Et diuersa ruens Septem discurrit in Ora.
Vsq; coloratis Amnis deuexus ab Indis
Et uiridem Aegyptum nigra fœcundat harena.

PARIETIBVSQ. Premunt Arctis. Quantum ad Versum pertinet, quærunt multi quæ sit huius metrici numeri ratio. PARIETIBVS. Sed ut aliorum opiniones prætereeam, satis nunc fuerit eam posuisse, quam FL. Sosipater Carisius comminiscitur. Fieri quippe syllabam positione longam etiam si post breuem Vocalem sub iuncta sit consonanti Vocalis, & correptam uocalem habeat consequentem, ut PARIETIBVS textum Cœcis iter.

THYMVM Casiasq; VIRENTES. Ant. oia exéplaria quotquot legi. RECENTIS.

habent pro . VIRENTES . puto uero . Recentis , Paraphrasin fuisse.

ANTE Nouis Rubeant q̃ Prata Coloribus , Ante Garrula q̃. In antiquo cod. legere est . COLORIBVS ET ANTE . facta ex . V . & . S . collisione more Veterum, quod apud Virgilium ,& insequentem ætaté inuentu rarissimum . Eloquutio hæc prætetea absq; ulla copula elegantior est ,nec dignitatis expers .

MOX Et Stridentia PENNIS Miscentur , Tenuemq; Magis Magis Aera Carpunt . In antiquis aliquot cod . PINNIS . uti sæpe dictũ reclamante Capro . ET TENVEMQ . MAGIS , AC MAGIS . Peonico primo tertia sede posito. EMQ . MAGIS uel Secundo, quarta; Quod in hac eloquutionis figura copula semper interponi consuerit . Neq; mirandum alios pedes præter Dactylũ , & Spondeum ingredi Versum Heroicum . Missum .n. facio Proceleumaticum , qui ratione temporum cũ Dactylo, & Spondeo consentit . Sed de his loquor qui tẽporibus quinq; constant, quos Terẽtianus adnotauit ,sed .n. hæc locis quæq; suis recitabunt . Illud quod maioris est momenti referam scriptum esse in ant.cod. AERA CAPTANT pro CARPVNT . uti frigus captabis Opacum . & captauit narib⁹ Auras . Quanq; & . AVRAS VITALIS CARPIS . alibi legatur .

ERVPERE Aut Vt Neruo . In cod. aliquot ãtiquis . ERIPVERE . legit impfecto sensu . In aliquot aliis . ERVPERE VELVT . Hoc suauius, illud uero primũ nu-

QVIS Deus Hanc Musæ , Quis Nobis EXTVDIT Artẽ . In codi- (merosius. ce Long. & in Mediceo . EXTVLIT . legit . Sed.n. EXTVDIT . agnoscit Seruius . Sunt etiã Veteres cod. in quibus . QVIS . nõ geminat, sed . QVI Nobis .

TRISTIS AD EXTREMI Sacrum Caput Astitit Amnis . In codi- (habetur. bus aliquot ant. legere est . AD EXTREMVM . quippe caput . Solent.n. Flumina pluribus esse capitibus prædita, quod uero extremum est, nomen pleriq; solet indere, q̃uis idẽ significat ad caput amnis Extremi, quod pluribus est in exẽplaribus .

PRAECLARA Stirpe Deorum . In Romano codice . A STIRPE . legitur, in quodam aliquo . A . cum circunflexo accentu cernitur .

QVEM MIHI Vix Frugum & Pecudum Custodia Solers omnia tentanti Extuderat . Quattuot dictiones in hoc membro aliter q̃ Vulgata habeant exemplaria leguntur . In codicibus antiquis primũ est . PECORVM . pro Pecudum . ut armenta etiam complectatur . alterum . SOLLERS . duplici . LL . ut plerisq; aliis locis . Tertiũ . TEMPTANTI . inserto. P . ex cuiusdam ætatis consuetudine . Quartum EXSTVDERAT . S . post . X . apposita , quum uerbum ab . S . non incipiat . Id quod Scaurus, & Velius reprehendant Sed , ut alia quæ per abusum inualuere missa faciamus ,non est id prætereundum ,quod Sollers duplici . ll . recte scribi ex eo coniicimus, quod Sollum Oscum nomen ;a quo &, Arte, deductum nomen fatent omnes; duplicato . ll . scribi Verrius Flaccus ostendit, ubi de imolatione quæ Solitaurilia dicebantur , disputat ,cur nomen id tantum ex iis quæ a Sollo ueniunt unico . L . scriptum inueniretur , Sedenim eius uerba ex antiquo Pomp. Festi codice subiunxisse minime uideatur importunum . Quod si a Sollo & Tauris ,earum Bestiarum ductum est nomen ,antiquæ consuetudinis per unum . L . enunciari non est mirum . Quia nulla tunc geminabatur littera in scribendo . Quam consuetudinem Ennius mutauisse fert , ut pote Græcus Græco more usus; quod illi æque scribentes, ac legentes duplicabant Mutas, & Semiuocales.

AT MATER SONITVM Thalamo Sub Fluminis; Alti SENSIT . In codicibus aliquot antiquis . SENTIT . est, præsenti tempore, quod non ita placet .

CARPEBANT HYALE SATVRO Fucata Colore . SATYRO . est p . Y . in media syllaba scriptione Græca . Nam quum non inficietur Seruius Saturum colorem ab oppido Satureo . iuxta Terentũ, nuncupari Græci Oppidum id σατυριον dicunt ἐστὶ δὲ χωρίον πλησίον τάραντος, apud Stephanum . Inde Virgilius Saturũ . y . in . u Latino more uerso . quod Græci σατυριον και σατυρειον . denominauere .

LICEAQ. In Longobardico, & in Mediceo. LEGEA. legitur λιγεια tamen p ιῶτα prima syllaba scribitur apud Græcos.

NESEE SPIOQVE Thaliaq; Cymodoceq;. In codicibus aliquot totus Versus desideratur; qui tamen non sine carminis iniuria demi potest.

CYDIPPE ET Flaua Lycorias. In Longobardico. CYDIPPEQ. ET FLAVA LYCOR. quæ Phrasis est Virgiliana, & figura Græcanica, ut illud apud Hesiodū ποιμαίνοντα κῆα αγεπίης. & illud. ποιονμόνμι τι κῆα αὐτοῖσιν.

ATQ. EPHYRE Atq; Opis, Atq; Asia, & Deiopea. Qui uersum corrigere uoluere ita scripserunt. ATQ. ASIA DEIOPEIA. sublato. ET. At non aduerterunt ex antiquis codicibus legi debere. ATQ. APHYRE ATQ. OPIS ET ASIA DEIOPEA. In Ephyre enim nulla Synalepha. sed spondeus est. RE AT. Inde Dactylus. Q. OPIS ET. inde alii duo dactyli cū pede bissyllabo finali ASIA DEIOPEA.

INTER QVAS Curā Clymene Narrabat Inanem. In antiquo exemplari CVRAS INANIS. numero multitudinis.

VVLCANI Martisq; Dolos. In ant. cod. VOLCANI. pro ut eius exigit etymologia.

AQVE CHAO Densos Diuum Numerabat Amores. In Vetustis aliquot exemplaribus. ATQVE. legere est. Quod etiam habet in exemplis Arusiani sed enim mihi non satisfacit. Cæterū. EQVE CHAO. legendū esse colligit ex Seruio ubi in Bucolicis uersum hunc citat in eiusdem eloquutionis argumentum quæ est Ecloga Septima. E QVE CAVA resonant examina quercu. Ait enim EQVE SACRA. & de sacra, ut. EQue Chao densos Diuum enumerabat amores. Id est a Chao. ultimum hoc multi postea in contextum recepere. Illud etiam obseruatione dignum quod ENVMERABAT. non inuenuste legitur a Seruio, qui numerus in hoc genere carminis multū decoris, & uenustatis habet. Placet tamen AQVE CHAO. ut pleraq; habent exemplaria.

PROSPICIENS Summa PLACIDVM Caput Extulit Vnda. Mirifice placet qđ in plerisq; codicibus antiquioribus. FLAVVM CAPVT. legitur. Epitheton quidem cultui muliebri cōgruum. Nam Placidum hic otiosum uidetur. Quod alibi Neptuno signate est attributum procellosa dispulsa tēpestate tranquillitatem inductuto.

HVIC PERCVLSA Noua Mentē Formidine Mater. In Mediceo & nonnullis aliis codicibus peruetustis. PERCVSSA. legiť, de quo alibi.

ET CAPVT Vnde Altus Primum Se ERVMPIT Enipeus. In Romano codice legere est. PRIMVM SE RVMPIT. In Oblongo illo, quē Pomponius Lætus delitias suas est appellare solit. PRIMVM ERVMPIT. sine ulla prorsus collisione. & ita erat prius in codice Mediceo, in aliquot aliis. ENIPHEVS. est per φ. Sunt enim qui. EHIPHEA. Fluuii nomen ab Enipeo Troiano Viro cuius Homerus mentionem fecerit, hac scriptura distinguant.

SAXOSVMQ. Sonans Hypanis Misusq; Caiyus. In Romano codice. SAXOSVS. legiť, quod improbat Seruius, ne duo sint Epitheta, quod apud Latinos uitiosum est. Erat tamen in illo Oblongo peruetere atq; etiam in Mediceo SAXOSVS. aliena inde manu SAXOSVM. est repositū. Sed quod Seruius ait de duobus Epithetis uidetur. SONANS. loco uerbi potius q̄ pro Epitheto positū. Neq; huius elocutionis exempla desunt. Quod uero. MISVS. per ιῶτα scribitur in codic. nonnullis. Antiqui aliquot per. y. scribūt. μυσια γὰρ χάρα καὶ πόλις apud Stephanum reperitur. Quod autem ad denominatiuum pertinet, & Mysi, & Mysii Populi dicuntur. Et Aeolum Lingua Mysadi. Illud addam in Longobardico pro. HYPANIS HYPANVS. per. V. legi ultima syllaba, ita etiā in Mediceo.

IN MARE PVRPVREVM Violentior Influit Amnis. In Romano & in codicibus peruetcribus. EFFLVIT. legitur. quod ueriti sunt IN. geminatum Vitiosum esse, quum tamen huiusmodi Exempla pleraq; etiam apud Oratores inueniantur. quæ longum esset enumerare.

ORANDO FLECTES . In Mediceo Codice . ORANDO VINCES . legere est. Alterum ex his Paraphrasis omnino fuit.

DOLI DEMVM Circum Hæc Frangentur Inanes . In Mediceo dictionū ordo ita habet. DOLI CIRCVM HAEC DEMVM . meliori numero.

TVM VARIAE ILLVDENT Species . Hoc loco plurimum uariatur, Nam in Romano codice. LVDENT . In Oblongo peruetere . ELVDVNT . præsenti tẽpore . In Longobardico,in Mediceo,& plerisq; aliis . ELVDENT . futuro. Neq; uero reticenda sunt hoc loco, quæ de Proteo Augustinus contra Academicos disputat in hunc modum . Proteus enim ille,ut Vos adolescentes non penitus Poetas a Philosophia contemnendos uideatis,in imaginem ueritatis inducitur. Veritatis inq̃ Proteus in Carminibus ostentat, sustinetq; personam; quam obtinere nemo potest, si falsis Imaginibus deceptus, comprehensionis nodos, uel laxauerit, uel dimiserit. Sunt enim istæ Imagines, quæ consuetudine rerum corporalium, per istos, quibus ad necessaria huius uitæ utimur, sensus etiam quum ueritas tenetur, & quasi habetur in manibus, decipere, atq; illudere moliuntur, hic uides .D . Augustinum Paraphrasi hac . ILLVDENT . agnouisse . quod si . LVDENT . legas non nihil sententia remittet.

HAEC AIT ET Liquidum Ambrosiæ DIFFVDIT Odorem . Quo totum nati corpus perduxit. Vtrumq; uerbum in Romano codice diuersum est. Vbi legitũ DEPROMIT ODOREM . & corpus PERFVDIT . In aliquibus etiam AMBROSIA . Ablatiuo casu, integrum autem Lectoribus sit, quã maluerint lectionẽ admittere, quum neq; hæc, neq; illa mihi reprehensione digna uideatur.

SPIRAVIT Crinibus AVRA . In Ro. cod. AVRAS . est, quod non placet.

AVERSVM A LVMINE NYMPHA Collocat. Romanus Codex, & pleriq; peruetere . AVERSVM LVMINE . absq; . A . præpositione separatiua legũt. In aliquot . AVERSVM A LIMINE . habetur.

IPSA Procul nebulis Obscura RECESSIT. Vetera omnia exemplaria, quotquot habui . RESISTIT . legunt . Hoc est retro, uel in Recessu sistit.

IAM RAPIDVS Torrens Sitientis Sirius Indos. SIRIVS . forsitan negotiũ facessat, quia . SERIVS . in codicibus aliquot antiquioribus legitur . Sed enim id ea de caussa factum, quod quum σείριος . Græce per . ει . diphthongum prima syllaba scribatur; ex Latinis alii primam, ex diphthongo alii secundam uocalẽ acceperint; syllaba tamen nihil iminuta . Quia uero sunt, qui Sirium hoc loco Importune insertum a Poeta suspicentur, his responsum facio Virgilium ad antiquorum eruditionem respexisse, siquidem Sol & σειρ & σειρὸς, & σείριος . apud Veteres appellabatur quin etiã Ibycus Poeta Lyricus Astra omnia Siria uocat.

DISPIRGIT Amarum . In Med. & aliquot aliis . DISPERSIT . præterito legitũ

STERNVNT SE SOMNO DIVERSO In Litore Phocæ . In Romano Codice . & aliquot aliis de meliore nota . DIVERSAE . quod & uenustius, & doctorum sermoni accommodatius uidetur.

AVDITIQ . Lupos Acuunt Balatibus Agni . Hoc etiam placet, quod in Ro. & in Mediceo codice legitur . AVDITIS . quippe Balatibus.

CONSEDIT Scopulo Medius . In Ro. cod. legere est. CONSIDIT . mutatione solita eius manus . Sed quid illud quod in Longobardico . RECENSIIT . pro Recensuit, utcũq; scribere uoluerint, uersu dactylico repertũ, Aristeo.n. statim irruẽte iam munus ipse senex suum peregerat . seq; tradiderat quieti . Sedenim . RECENSET . in probatioribus habetur exem plaribus.

VERVM VbiNulla Fugam Reperit FALLACIA . In aliquot ant.cod. PELLACIA . scriptum est. In Med. utrunq; &. PELLATIA . & FALLACIA . notatũ est.

ATQ . Hominis Tandẽ Ore Locutus . Nimirum . EST . Quod in cod. aliquot antiquis post. Tandẽ, habetur, importune inculcatum est . quũ hu⁹ suppo-

siti, quod est . LOCVTVS . uerbum . INQVIT . tertio sit uersu collocatū.

SCIS PROTEV SCIS IPSE . Sunt antiqui codices manu scripti, in quibus legitur . PROTEVS . Vocatiuo casu. Atticorum idiomate . ὦ πρώτευς . Sed . PROTEV . κοινῶς . receptum est Latinis.

DEVM Præcepta Secuti Venimus HVC LAPSIS QVAESITVM ORACVLA Rebus. In Romano & aliquot aliis codicibus antiquioribus, non . HVC . sed HINC . legitur; membraq; ita disposita sunt, ut Deum præcepta secuti uenimus. continenter legatur, mox hypodiastole signata . HINC Lapsis Quæsitum Oracula Rebus, subiungatur; quamuis in Oblongo . LASSIS . legatur. & in aliquot aliis . LABSIS . per characteristicon præsentis. Erat etiam in Mediceo prius . HINC . scriptū, aliena inde manu factū . HVC. altera lectione abrasa.

TANTVM EFFATVR Ad Hæc Vates. Quod in Longobardico legitur . TANTVS AD HOC FATVS Vates. In memo[illegible]am mihi adduxit Terentium Scaurum super hoc solicitum fuisse, quo pacto . E[illegible]ATVS . scribendum esset, ubi semiuocales ait geminare, ideoq; Effatus, no[illegible] uel Ecfatus dicēdum. Sane crediderim aliquid huiusmodi fuisse prius in [illegible]odice, unde Longobardicus exscribebatur, datamq; inde ansam reliqua subuertendi.

AT CHORVS Aequalis Dryadum Clamore SVPREMOS Implerunt Montes . In Romano codice, & aliquot aliis . SVPREMO . legit̃, ut clamoris magnitudo declaretur. Sed enim . SVPREMOS . quippe montes, Seruius agnoscit. ut illud . Pro Supreme Iupiter.

ALTAQVE PANGAEA Et Rhœsi Mauortia tellus. In codicibus aliquot antiquis . PANCHAI . legitur, ut sit alta tellus PANCHAI. & Mauortia tellus Rhœsi. Sed enim πάγγαιον, est montis nomen. casta igitur lectio . PANGAEA. Panchaia enim pertinet ad Arabiam, de qua libro secundo Georgicon, Totaq; Thuriferis Panchaia pinguis harenis.

ATQ. GETAE, ATQVE HEBRVS, ATQ. ACTIAS ORITHYA . Hic quoq; uersus in codicibus omnibus antiquis, quos uersare potuimus, eodem modo habet, quo superior ille . ATQ. Ephyre, atq; Opis, & Asia Deiopea . ita enim legitur . ATQ. GETAE, ATQ. HEBRVS, ET ACTIAS ORITHYIA . nulla in tritimemeri collisione facta; cuius pedes ita discludi debēt . ATQVE GETAE AT . Q. HEBRVS ET . ACTIAS . ORI . THYIA . . si cui tamen ATQ. illud ter repetitum magis placeat, quod ita uersus scriptus sit in Val. Probi codicibus, maliq; in pentimemeri potius breuem pro longa positam, ut locus ille communis est, non laboro. Orithyiam uero quadrisyllabam esse dictionem, ea dimensione, qua pœonicum quartum a maiori circumscribimus duabus mediis syllabis per diphthongum notatis. Indicant Homeri uersus . μαῖρα καὶ ὠρείθυια . & alibi . δὶ πλοκαμός τ᾽ ἀμάθεια καὶ ὠρείθυια .

TE VENIENTE DIE, TE DECEDENTE Canebat. In Mediceo, & aliquot aliis antiquis . DISCEDENTE . habetur. Sed enim . Decedente . receptū est.

TENARIAS ETIAM FAVCES . In antiquis aliquot, modo . FALCES . modo VALLES . inueni, quæ cōsulto prætereo, quū oino, Fauces, scribendū uideat̃.

AT CANTV COMMOTAE Herebi De Sedibus Imis Vmbræ. In codicibus nō nullis antiquioribus . CANTVM . legas, nempe quod . AT . coniunctionem, uel eo modo per . T . scriptam præpositionem esse crediderint. Sed enim . CANTV . lectio castior habet̃. In Mediceo . ET . copulatiua erat prius, inde . AT. factū.

QVAM Multa IN SILVIS Auium Se MILLIA Condunt. In antiquis omnibus exemplaribus, quæ uersauimus . IN FOLIIS . non in Siluis legitur . & MILIA . unico . L . tā hic, q̃ in Veterum monumentis sæpe legitur. Sunt qui substantiuum . MILLE . & adiectiuū scriptione distinguāt. Præterea In Romano codice tres uersus superhabundant, ex Aeneidos Sexto hue

Importune translati, quodq; magis indigneris, corruptissime scripti.

TARDAQ. PALVS INAMABILIS Vnda. Sunt codices, in quibus. INNABILIS. legatur. Sed enim probatiores omnes. INAMABILIS. legunt. Et Aulus Gellius eandem hanc lectionem agnoscit; dum dicit Virgilium. Stygiam paludem inamabilem dixisse κατὰ στέρησιν amoris. Sicut Illaudatū, κατὰ τ̃ ἐπαίνου στέρησιν. Sed enim de hoc dictum loco suo.

ALLIGAT ET NOVIES. In codicibus aliquot manu scriptis. ATLIGAT. In aliis. ADLIGAT. obserues; quam antiquam non esse scriptionem, ex eo. possumus coniectare (Neq; enim hic antiquitatem intelligo uel Ennii, uel Pacuuii temporibus; Sed quæ circa Octauii Augusti tempora uigebat) quod Terentius Scaurus Antiquos, Pelligo, non Perlego. Colligo, non Conligo. Alligo, non Adligo, dixisse asserit; huiusq; pronunciationis exempla sibi ex Virgilio desumit. Quare. ALLIGAT. geminato. LL. scribere deberemus.

CAERVLEOSQ. IMPLEXAE Crinibus angues. In codice Longobardico, & aliquot aliis. AMPLEXAE legitur. In Oblongo, & altero admodū carioso. IMPLEXAE. In Romano. INNEXAE. quem prætuleris, non laboro.

TENVITQ. INHIANS Tria Cerberus Ora. In antiquioribus aliquot codicibus legi. TENVIT INIANS. nulla interposita particula copulatiua. Nam & locus semiquinariæ communis est, siquis syllabæ timeat, & sententiæ cōcinnitas ipsum quodāmodo hiatum repræsentat, cui si. QVE. illud inserueris, fauces propemodum uideberis obstruxisse. Non prætheribo etiam. TENVITQVE MINANS. alicubi legi, sed id inemendate.

ATQ. IXIONEI Vento Rota Constitit Orbis. In codicibus aliquot. CANTV ROTA. legitur. Sed agnoscit. VENTO. Seruius.

CVM SVBITA Incautum Dementia cœpit amantem. In Romano codice. & in aliquot aliis. SVBITO. legitur; quod quidem aduerbiū eo loco non displicet.

TERQ. FRAGOR STAGNIS Auditus Auernis. In Romano codice legitur. TERQ. FRAGOR STAGNI EST AVDITVS AVERNI. Cæterum in eo litteræ omnino aliquot superfluæ. In Mediceo. AVERNIS. erat, nunc S. ultima littera abrasa est: ut cum Seruio sentiret lectio.

QVID FACERET Quo Se Rapta Bis Coniuge Ferret. Nonnulli ueteres codices legunt. QVO SE BIS RAPTA CONIVGE. ut euitarent uocem in continuatione sermonis, quæ communis est; cum. RAPTABIS, a Rapto raptas. sed monosyllabū. BIS. plenisyllabicis illis dictionibus interiectū, modulatius uidetur adsonare.

QVO FLETV MANES, Qua numina Voce Moueret. In Romano codice legere est. QVOS FLETV MANIS QVAE Numina uoce Moueret. Nam illi amplius adeundi non erant, a quibus durissimæ conditionis leges acceperat. Quanq̃ nō displiceat. QVO FLETV. & QVA VOCE.

SEPTEM Illum Totos Perhibent Ex Ordine Menses. Rupe Sub Aeria Deserti Ad Strimonis Vndam FLEVISSE. In Ro. codice legere est. FLESSE SIBI. quippe solitarium deserti ad Strimonis undam. non amplius ad Manis, Deosue Inferos exorādos, nō ad contrahendas feras, & superuolātes aues, non ad agrestiū Hominum fera corda mitiganda, moresq; componendos, expoliendosq;. Sed sibi, sed ad calamitatis suæ lamentationem, sed ad inferorum duriciem incusandam. Flesse sibi, ut tanti doloris lenimentum aliquot inueniret Musarum beneficio, cū quibus ortas ait Hesiodus, λησμοσύνην τε κακῶν ἄμπαυμά τε μερμηράων.

ET GELIDIS Hæc Euoluisse Sub ANTRIS. In Romano codice, & aliquot aliis. SVB ASTRIS. legitur. Astra nimirum Gelida appellat Septentrionalia; sequitur enim. Solus hyperboreas glacies Tanaimq; niualem. Aruaq; Ripheis nunq̃ uiduata pruinis Lustrabat; Quæ omnia loca in Septentriones deflexa sunt.

QVALIS POPVLEA Mœrens PHILOMELA Sub Vmbra. Philomelam

Seruius pro aue qualibet positã ait. Sed cur nõ proprie de Luscinia intelligamus, cui a lugubri cantu nomen inditum; eademq; fler noctem; nisi ea de caussa dictã a Seruio quisquam opinetur; quia nonnulli uolunt ex duabus sororibus Procnem in Lusciniam, Philomelam in Hirundinem esse conuersam, ut eo loco habetur. Et manibus Procne pectus signata cruentis, quod etiam tradit Varro.

NVLLA VENVS NVLLIQ. Animum Flexere Hymenei. In Ro. codice, in Med. & aliquot aliis ant. legere est. NVLLA VENVS NON VLLI Animum.

SPRETAE CICONVM Quo Munere MATRES. Aliquot antiqui codices. SPRETO. legunt, ut sit, spretis ab Orpheo nuptiis. Seruius mauult. SPRETAE (MATRES.

NOCTVRNAQ. ORGIA BACCHI. In codicibus aliquot antiquis. NOCTVRNIQ. legitur, per hypallagen; quamuis nonnulli ex petitioribus. NOCTVRNA. receperint; qua lectione nulla fiet collisio in. NOCTVRNAQVE ORGIA. Sane uero in Mediceo. NOCTVRNI. scriptũ est.

QVATVOR EXIMIOS PRAESTANTI Corpore Tauros. In Ro. codice legitur. EXIMIO PRAESTANTIS Corpore. quod tantundem est.

DELIGE ET INTACTA Totidem Ceruice Iuuencos. In Lõgobardico. DILIGE. legitur, quod etiam superius habuimus eodem significato. Sed & INTACTAS. quippe Iuuencas, per syllepsim legit in Ro. codice sermone magis Poetico. Quanq; & illud uenuste dictũ. Intacta Ceruice, quod agnoscit Seruius.

INFERIAS ORPHEI Lethea papauera Mittes. In Romano tantũ cod. ORPHEO. latino declinatu scriptum est, quod per synizesin accipietur, ut Alucaria. & Ferreiq; Eumenidum thalami. In aliis tamen. ORPHEI. per diphthongũ est. ut græce. ὀρφεῖ. cuiusmodi illud etiam apud Catullũ. Qualis adest Thetidi, qualis concordia Pelei. Subsequitur inde uersus.

Placatam Euridicen uitula uenerabere cesa. Post hunc;

Et Nigram Mactabis Ouem, lucumq; Reuises.

Hoc ordine habentur in codice Longobardico, & ita disponendos esse nemo non uidet, quum præsertim hæc rite perfecta, quo præceptum fuerat ordine, cognosci possit ex eo uersu, qui totam periodum complectitur.

Inferias Orphei mittit, lucumq; reuisit.

Quattuor eximios præstanti corpore Tauros.

Delige & intacta totidem ceruice Iuuencos.

Eodem modo quo superius. EXIMIO PRAESTANTIS. & INTACTAS. & ita Inferias Orpheo. in Romano codice.

ILLO VIRGILIVM. Me Tempore Dulcis Alebat Parthenope. Non alienũ fuerit a suscepti operis negotio, si quo modo Virgilii nomen sit scribendum, ipse quoq; cum tot aliis, qui argumentum huiusmodi amplexi sunt, quæsiero. I. siquidem, an. E. potius sit huius nominis uocalis prima, litteratissimis illis, qui superiori ætate claruere Viris, haud parum negotii facessit. Atq; illud in primis non ierim inficias. in Romano codice passim. VERGILIVM. & VERGILI. per. E. uocalem secundam scribi. Sed enim id ea ego de caussa factum crediderim, quod mutatio litteræ. I. in. E. atq; itidem. E. in. I. sit toto eo codice frequentissima. ut. Sublimes in æthere Nisus, pro Sublimis. Quiq; nouas alites, pro alitis. aut Phyllides ignes, pro Phyllidis. Tum REgidas motare cacumina quercus, pro Rigidas. Fuerunt enim sæcula, quæ. I. litteram odio quodammodo prosequi uisa sunt. Contra, quæ libentius. E. per. I. litteram proferre mallent. Hinc MIRCIRIVS ab Antiquis dictus, Varrone teste, qui nunc Mercurius. & ex eadem origi. natione Commircia illi per. I. secunda syllaba, quod nos commercia per. E. libentius enuntiare uolumus. Quid quod. ELIGANTER. secunda syllaba per. I. scribendum præcipit Caper, quod ab Eligo descẽdat. Nemo unus tamen dictionem ita proferre nunc auderet. Pari modo idem Auctor. EXINTERA

VIT . quod ex interioribus uerbum emanarit, & scribendum, & pronuntiadum monet. quum nos tamen ἰδ᾽ ἐγλῆτα dictionem Græcam agnoscamus, unde uerbum id conformauerimus. Et, ne tedium afferat singulorum nomenclatura, sexcenta huiusmodi prætenbimus; ut minus me moueat quod in Pandectis quoq; illis, quæ nunc Florentiæ publice afferuantur, libro ipso Iustiniani Principis, ut creditur, archetypo, non aliter q̃ per . E . nomen id notetur. sint Commentaria Tiberii Donati grandioribus notata characteribus. Sint codices alii, atq; alii huius, uel illius Auctoris, in quibus . VERGILIVS . per . E . scriptum inueniatur, ætatis quippe id consuetudine, non ratione factum contenderim, tot aliis nominibus, quod ad has litteras pertinet, pro temporum uarietate uariantibus. Quod si aliqua reperiantur monumenta, in quibus VErgilii nomen per . E . notatum sit; certe longe plura sunt, in quibus . VIRgilius . per . I . legatur. Et ne de Marone dictum dubitemus, uisebatur in Foro Traiani proximis his annis monumentum id, quod HONN . IMPP . in Claudiani Poetæ luculentissimi memoriam erexerant, in quo præter latinam inscriptionem, quæ facti consilium, & Claudiani meritū indicaret, græce insuper κατ᾽ ἐπιτομὴν incisū distichon legebat huiusmodi.

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ ΟΜΗΡΟΥ

ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΣ ΕΘΕΣΑΝ .

Ex quo manifestum est VIRGilii Maronis nomen in monumentis publicis per. I. notatum fuisse. An uero memorem Græcos codices in, quibus Virgilii nomen habeatur. Sane apud Stephanum in dictione Μάντυα nomen hoc per ἰῶτα legitur non per . E . φιλόν. δὲ αὐτῆς ἦν βιργίλιος ὁ ποιητής . Sed hæc perquirere non est consilium. Nam obiicient in Suidæ collectaneis VERgilii Maronis nomen per . E . legi in dictione ἀρριανὸς . qui Virgilii Georgicon metaphrasin fecit. Sed id magis absurdum, quod in eodem loco VERGILLIVS . LL . geminato legitur . βεργίλλιος . uti etiam in antiquis aliquot monumentis non negarim inueniri. quanquam id ea ratione factum est (de uocali tantum loquor) quod VIRgilium a Virga pleriq; dictum agnoscebant, id scilicet a matris somnio desumptum. Virgam uero recentiora illa tempora per . E . ut nunc quoq; uulgo dicitur . VERGAM . primo dicere. inde . VERGILIVM . eadem stribiligine scribere cœperunt. Sed enim, si ab etymo nominis huius rationem petamus, Virgilio nomen a Virginali facie, uel modestia inditum, Interpretes affirmant, eumq; PARTHENIATA uocatum, tam Veterum scripta q̃ inscriptiones librorum eius ostendunt, in quibus tot codicibus uetustis notatum inspicitur.

P . PARTHENIATIS VIRGILII MARONIS .

Accedit huc epigramma græcum, quo Dido quæri uidetur, alienum quid Virgilium a sui nominis significatione fecisse, quum pudicissimæ fœminæ tam fœdas impudicitiæ notas inussit. ad id enim adludit finis ille.

παρθένιε τι μοι ἁγνὸν ἐπωπλίσσαο μάρωνα.
τοῖα καθ᾽ ἡμετέρης ψεύσατο σωφροσύνης.

Quare siue etymon a uirga, siue a uirginali specie. Vnde illi tam celebre nomen; VIRGILIVS, per . I . scribi debere uidetur. Quod uero apud Romanos in Antiquorum monumentis nomen id per . E . nonnunquam notatum inueniatur. Vt apud Angelum Colotium in eius hortis.

C . VERGILLIVS . MARTANVS . COLONVS .

Hos, æquo aliquo dato Iudice; percunctari uelim, si tantum illis monumentis

tribuunt,ut quicquid in illis inspexerint, pro lege habeant, cur non & reliqua eodem modo scribenda censent,quo singula eodem marmore scripta sunt, quippe VERGILLIVS .LL. geminato, BONE, & CARE. absq diphthōgo in Acquisitiuo casu. Cur,quia in alio marmore peruetusto Romæ. Q. BERGILIVS. legitur,non itidem præcipiunt. BERGILIVS. per.B. mutam non per. V. digammon scribendum esse. Nam quod alibi legatur,

M. VERGILIVS. NARCISSVS. VIXIT. ANN, XIIII.

non magis me mouerit q̄ VERGINIA; & VERGINIVS; præter analogiæ rationem per. E. quodam in monumento scriptum. Pari sententia, hodie haud quaq̄.ego DEANA scrisperim,quod ad. D. Eustachii legerim. DEANAE. D. D. Neq MENERVA. LEBER. & MAGESTER, quæ per. E. protulisse Veteres, Fabius attestatur. Neq IOVE Datiuo casu. tam et si Aquilæ intra ædem sancti Secundi notatum sit,

IOVE. OPTVMO. MAXVMO. T. PETTIVS. T. F.

Neq itidem DIE. & VICTORE, pro DII. & VICTORI. quæ idem apud Veteres Quintilianus agnoscit. Verum ego plurima,quæ super hoc dici possent,de industria prætermitto, Qui certo sciam clarissimos litteratura Viros, quorum lucubrationes propediem in lucem spero proditutas, satis superq iis, qui. E. litteram in eo nomine adamarunt, respondisse.

Nos lucubrationibus nostris in Bucolica, atq Georgica modum imponemus,si duo tantum ex antiquis codicibus addiderimus. OTI. in aliquibus legi. In Romano hoc tantum loco. OCI. Sed super hoc Ecloga prima disputatum. Est & illud. TITYRE TE PATVLAE CECINIT SVB TEGMINE FAGI, mutato ordine, uerbiq persona in codicibus aliquot antiquis haberi TITYRE TE CECINI PATVLAE SVB TEGMINE FAGI De se enim totum hoc loqui Poetam, id ostendit, quod superius dixerat. Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.

FINIS.

IO . PIERII . VALERIANI . CIVIS . ROMANI CASTIGATIONES . IN . PRIMVM . AENEIDOS VIRGILIANAE

ILLE EGO QVI QVONDAM GRACILI MODVLATVS AVENA.

IN Nobilissima, maximeq; celebri Poematis Virgiliani parte non otiose plerique omnes quaerunt, Sit ne inde exordiendum, a quattuor illis uersibus, quos Veterum quorundam censura constat esse detractos; an illis praeteritis ab eo loco incipiendũ. ARMA VIRVMQVE CANO. Sane quantum ad antiqua pertinet exemplaria manu scripta; nullum adhuc inueni, ubi principium Aeneidos a quattuor illis uersibus desumeretur; uerum separatim in codicibus aliquot praescripti habentur. In plerisq; uero, iisdemq; antiquioribus,ne inueniuntur quidem. Sed fuerint sane Tuccae Varriq; censura sublati; eo tamen consilio fuerũt a Virgilio praepositi,ut legerentur. Id quod in aliis etiam operibus non incuriose factitasse deprehenditur, dum in Bucolicis Eclogarum quas prius edidisset, mentionem facit, ut in Daphnide. Haec Nos. Formosum Corydon ardebat Alexin. Haec eadem docuit, cuium pecus, an Meliboei? Et quum Georgicon libris finem imponeret, Bucolica a se scripta citauit. Carmina qui lusi Pastorum,audaxq; iuuenta. Tityre te cecini patulae sub tegmine Fagi. Et ne cui de nomine quoq; ambigendum esset, id in carmine curauit inserendum.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope.

Nam nisi ea fuisset cura,satis erat dixisse. Illo me tẽpore dulcis alebat Parthenope. Pari uero ratione uisum est illi tertium hunc ingenii feliciſſimi conatum duobus illis prioribus adnectere; ut unum quasi corpus insolubili uinculo colligatum cum nominis sui aeternitate a furacitatis iniuria, quae tunc nimium impudenter in aliorum labores grassabatur,incolume seruaretur. Visum tamen est posteritati,confirmata iam tanti Poetae fama, in Tuccae Varriq; sententiam descendere. Bonaq; Hominum pars nimirum. ARMA VIRVM, Aeneidos principium agnoscũt, eo potiſſimum argumento,quod citaturus Persius Poeta Virgilianam Aeneida dixerit. Arma Virum, nonne hoc spumosum. Quodq; Val. Martialis. Protinus Italiã concepit & Arma Virumq;. Quod Sex. Propertius. Qui nunc Aeneae Troiani suscitat arma. Multa illi praeter haec ex aliorum Poetarum tam Graecorũ q̃ Latinorum parodia afferre solent; ut Virgilium in exordiendo,non tam Veteres imitatum ostendant,q̃ alios etiam imitatores habuisse. Sed enim fuerit ea Persii sententia; intellexerit illud Aeneidos esse principium Valerius Martialis; cẽsuerint eos uersus quattuor tollẽdos, Augusti Octauiani temporibus Eruditi Viri. Magis tamen ego unius Virgilii iudicium aestimarim,q̃ Criticorum omniũ censuras quantumlibet acris; quum is praesertim ex Eruditorũ praeceptis,non fumum ex fulgore sed ex fumo dare lucem cogitauerit. Adde,quod uersus illi a Persio & Martiale citati non sunt idonei, qui tale esse principium indicent. Sex. uero Propertium quis non uidet,dum is scriberet. Qui NVNC Aeneae Troiani suscitat arma, ad coniunctum illud Virgilianum carmen respexisse, quod iisdem pene uerbis est. AT NVNC HORRENTIA Martis Arma Virumq; Cano.

ITALIAM Fato Profugus, LAVINAQVE Venit LITTORA. Anxie

quidẽ, ac diutissime quæsiui, ubi nam gẽtium antiquissimus ille codex delitesceret, in quo . LAVINIA Venit Littora . pleriq; non illitterati Viri scriptum asseuerarunt, citato ex Vaticana Bibliotheca uetustissimo, qui nusq̃ inuenit, codice ; Regula etiam adinuenta , qua denominatiuum ea forma deducere necessarium putent. Sed enim, ut multa prætercam, quæ cõtra oggeri possent , ad eius regulæ infirmitatem coarguendam; cur . LAVINA . dimensione Bacchii legendum sit, nõ contemnendam mihi rationem Seruius uidetur attulisse. Nam quod apud Dionysiũ Alicarnasseum legamus populos tris Lauinienses, Laurentes, & Lauiniatas, nequaq̃ ostendit Virgilium . LAVINIA , non LAVINA . formare debuisse. Non enim Græcitatis usu nostrorũ, quæ esse cum decoro potest, licẽtia coarctatur. Quid uero, quod apud Sex. Propertium . LAVINIS . dimensione Molossi positum uidemus , eo uersu . Iactaq; Lauinis Mœnia Litoribus ; nisi quis factam ibi Synæresin dicat, ex Lauiniis; quod in . LAVINA . alterius formæ casu fieri nõ possit. Sed quoniam hæc aqua hærent ; Si uetusti codices ambiguitatem ipsam firmare possunt ; nullum ego neq; in intima Bibliotheca Vaticana, neq; in ea , quæ omniũ cõmodo patescit; neq; in aliis, quos alibi uiderim, codicem inueni , qui lectionem eiusmodi contineret ; in omnibus uero, quotquot enancisci potui atq; etiam in Ti. Claudii Donati cõmentariis antiquis . LAVINAQVE VENIT . eodẽ exẽplo scriptũ inspexi. Addam & illud . LITVS . unico . T . in antiquioribus plerisq; cod. haberi, ut etiã in Veterum monumentis inspicit ; de quo libro . VII . plura.

VI SVPERVM SAEVAE Memorem Iunonis Ob Iram. Vulgari pleriq; codices ET . particulam inserunt . VI SVPERVM ET SAEVAE . Antiquiores absq; ET . legunt , quod longe uenustius, & grauius uidetur.

TOT ADIRE LABORES IMPVLERIT . In Ro. codice . IMPVLERAT. indicandi modo, & exacta specie legit. Quasi iam hinc ad conciliationẽ, quæ Iouis precibus subsecuta est, Poeta respexerit. Sed .n. codices reliqui tam ueteres, q̃ recentiores . IMPVLERIT . legunt. Hac tñ forma pleraq; alia sic mutata reperiemus.

TYRIAS Olim Quæ VERTERET Arces. Antiqui aliquot cod. EVERTERET. legunt, qđ nonnulli aiunt maiorem præ se ferre conatum. Sed enim Ti. Donatus VERTERE . eam habere intellectus expressam rationẽ dicit ; ut nihil post excidiũ superfit ; huicq; illud simile subiũgit. Quæ Te Genitor sententia Vertit . hoc est sic mutauit, ut nihil pietatis remãserit in sensibus Iouis. Additq; ẽt illud ex alio loco. Tum uero om. mi. ui. con. in ig. Ilium, & ex imo Verti Neptunia Troia. Quoniã (ait Donatus) constabat nihil eius remansisse post flãmas; ideoq; hæc principalis fuerat caussa; quæ etiã si sola existeret, sola posset aduersus Troianos aium Iunonis urguere.

NEC Dum Etiam CAVSAE Irarum SAEVIQ. DOLORES Exciderant Animo. Superfluum uidetur Veterum monumenta in testimonium afferre , consuesse Priscos . CAVSSAM . duplicato . SS . passim scriptitare , quum tot Romæ marmora spectemus , quæ dictionem eam per . SS . geminatum notatam ostentent. Scriptionis uero huiusmodi rationẽ hanc afferri solitã ait Ter. Scaurus; q; Caussa dicta sit a cauillationibus , uel a cauendo CAVISSA . deinde κατὰ συγκοπὴν . CAVSSA . ita . S . litteram geminandam putauerunt , ut appareret originatio. aliter tamen ipse sentit qui dicat . S . litteram non solere geminari, nisi præcedente uocali correpta ; quare . Causam . unico . S . scribi mauult. Nos tamen libentius . S . in . Caussa . geminamus ; quia sic Virgilii & Ciceronis manu scriptũ afferit Quintilianus. Vbi uero . SAEVIQVE DOLORES . legitur in uulgatis codicibus, Vetera exemplaria quædam cum Longobardico . LABORES . habent; Quos. s. contra Troianos antea susceperat toto eo decennali bello. Nam quod sequit . MANET Alta In Mente Repostum Iudicium Paridis. & quæ sequunt, ad exaggerationem posita sunt. Sed neq; illud dissimulandum est, emendatiores codices . ALTA MENTE . absq; . IN . præpositione legere. Quam quidem

particulam Virgilius libēter prætetire solet. Quod uero ad . DOLORES . pertinet, in ueteribus plerisq; cod. altera illa sublata lectione . DOLORES . superinductum est, nō omnino male, si quæ sequunt inspicias, quæ dolēdi caussam darent.

RAPTI GANYMEDIS HONORES. Quod in codicibus aliquot antiquis duo illa uerba . RAPTI GANYMEDIS . per lineolas alio atq; alio loco ductas, distingui uidentur. Nempe in aliquot ante, & post dictionem . GANYMEDIS . hoc pacto . Rapti/Ganymedis/Honores. In aliquot inter particulam copulatiuā & participium . Rapti . hoc modo . ET/Rapti Ganymedis/Honores . in memoriā suggerit uarias itidem huius hemistichii sententias apud Interpretes esse . Nonius enim Marcellus, Honores, pro integritate & pudicitia uult hoc loco itelligi; quare, RAPTI Honores . legere uidetur, hoc est rapta pudicitia . HONORES alii pro dignatione, qua fuerit Ganymedes honestatus, exponunt; quippe quod Mithologi eum dicunt in zodiaco sedem sortitū esse, quod quidem dictu fœdum ait Donatus, Seruius, qui Honores Ganymedi habitos interpretatur. RAPTI . hoc est stuprati exponit. Vt, Rapta Garamantide Nympha . Cui Ouidii etiā subscribit Parodia vi . Fastorum . Caussa duplex iræ, rapto Ganymede dolebam ; Forma quoq; Ideo iudice uicta mea est . Sed hæc alii uiderint .

TROAS RELLIQVIAS Danaum Atq; immitis Achilli. Sunt qui ex Poetarū ueterum exemplis . RELIQVIAS . unico . L . recte scribi contendant, ut in bona codicum antiquorū parte notatū inueniť. Aiunt enim . RE . particulā pro cōmuni habitam a Veteribus. Hinc apud Oui. Quod in ipsum recidat opto ; quā tamen Valerius Probus semper breuem dicit, ubicūq; loquelaris sit, ideoq; iuniores LL . geminari censuere. Quam quidem questionem ita Cōminianus absoluit ; ut in nomine . RELLIQVIAS . Barbarismū esse dicat adiectione litteræ, perinde ac . ITALIAM FATO . tēporis adiectione. Nam Italiam Probus quoq; primam correptam habere contendit, & uitium in eo nomine spatio factum, ait Quintilianus . Quare in altero consonantē geminare necesse est, alterum ut quodāmodo sua crassescat, nulla parenthesi . Vt uero prætereā, quod minime placet . ATQVE . ex hoc uersu sublatū aliquot in codicibus, ut sine copula legať . RELLIQVIAS DANAVM IMMITIS ACHILLI . prout apud Catullū . Iuppiter ut Calybū omne genus pereat. & apud Tibullū Cimmerium etiā obscuras accessit ad oras, quo nonnulli offensi, Cimmerium obscuras etiam cōcessit ad oras, legendum censuere; alterum uero locum græce scribendum curauere, Hoc tamen loco, siquis eam coniunctionem, quæ est . ATQVE . demat, uenustatem carminis demere uideatur. Est & illud uarie tam in ueteribus q̃ in recentioribus exēplaribus positū . IMMITIS ACHILLI . Nam . ACHILLEI . in Oblōgo habetur codice, quo declinatu usus est Horatius . Matronisq; Phrygum classis Achillei; atq; alibi . Heu peruicacis ad pedes Achillei, sicut etiā Vlyssei. Idem. Laboriosa nec cohors Vlyssei ; quæ quidem forma græcanica est, & nominatiuum habet in . EVS. ut Achilleus, Odysseus, Orpheus. Vt in Veterum Monumentis . M . VALERIVS ACHILLEVS LICTOR . Inde autem putant Achilli factum κατὰ συναίρεσιν . Seruius detractā S . litteram ad ὁμοιοτέλευτον euitandū putat . pluraq; demum exēplaria ita scriptū ostendunt . Quidam Datiuū pro Gtō positum aiunt, more Veterum . Nomina quædam agnoscit Probus in Aue . quæ in Genitiuo casu num. sing. in uno uocabulo suo duabus his formis finiant . I . & . IS . ut puta huius Achilli & huius Achillis . Carisius inuenisse ait apud Veteres ex nominibus in . ES . rectū efferentibus, quæ sine ratione Genitiuum faciant per . I . ut apud Sall. in prima historia . Bellū Persi Macedonicū . Itē apud Virg. Immitis Achilli, & alio loco, Fallacis Vlyssi. Priscianus Veteres ait frequentissime Datiuum pro Genitiuo protulisse Aristoteli, Demostheni, Thucididi, Eurypidi pro Aristotelis, Demosthenis, Thucididis, Eurypidis ; desumitq; sibi ex Virgilio exēpla . Nunc acris Oronti, & Immitis Achilli, &

Miles Vlyssi. Itē ex Terētio Arconidi filiam,pro Arconidis. Ex Cic. in.a. Verr. in Timarchidi potestate;qui eadē uoce usus est etiam in Danno. Neq; in præsentia Timarchidi quid responderet, habuit; ne aliam quis esse declinationem putet. & ACHILLI . absq; . S. sciant omnes præter usum non esse.

VNIVS OB NOXAM ET FVRIAS Aiacis Oilei. In Oblongo codice sane q̃ uetusto . FVRIIS. legitur,casu septimo, quod non æque placet; utrunq; enim cadit sub præpositiuam particulam . OB .

SCOPVLOQ. INFIXIT Acuto. Sunt qui legant . INFLIXIT . ad maiorē quādam ultionem ostendendā; quod ego nusq; in ueteribus cod. obseruaui. Sane uero Ti. Donatus . INFIXIT . agnoscit,dum ait. Figi enim non potuit, nisi urgente turbine;cum pondere,atq; magno ictu saxo fuisset illisus. & inferius. Hic etiā illud intelligi potest,idcirco eum infixum scopulo, ne delatus fortassis ad litus sepulturæ saltem beneficium reperiret. Verum hæc & alia eius scripta in impressis codicibus passim mutilata,laceraq; & maiori sui parte deprauata sunt.

ET SOROR ET CONIVNX . In plerisq; ueteribus exēplaribus . CONIVX . absq; . N. littera in ultima syllaba legitur,sicuti Scaurus melius putat dici,& scribi. & a Sosipatro Carisio . CONIVX . inter ea nomina recēsetur,quæ . VX. litteris finiunt,ut Nux,Pollux. Neq; uero hic Veterum inscriptiones recensebo; quum in nulla pene dictione uariata magis scribendi ratio q̃ in hoc nomine reperiatur.

ET QVISQVAM Numen Iunonis ADORET . In codice Longobardico,& aliquot aliis antiquioribus . AVT QVISQVAM . legitur; Quam lectionem Seruius agnoscit. Est autem Græcorum imitatio,qui ἢ , disiunctiuam,& interrogatiuam particulam usurpant. In aliquot aliis . ECQVISQVAM . In aliis. AVT. QVIS . IAM . Quæ lectio sit ex his castior iudicanda,aliorum iudicio relinquimus. Idq; potius dicemus . ADORAT. præsenti tēpore indicatiui modi tam in Romano,q̃ in codicibus aliquot antiquis haberi. Et quod subsequit. AVT SVPPLEX ARIS IMPONAT HONOREM . In eodem Ro. codice. IMPONET . futuri temporis esse. Alii quidam codices non contēnendi . IMPONIT . legunt,eadem synchronia,qua lectū est . ADORAT . Vtriusq; uerbi lectio eodem tempore Donato agnita,qui totū hoc de Troianis dictum putat; eos .s. idcirco Iunonis numen non adorare,aut aris eius non imponere sacrificia;quod se sperarent eam reniēdo superaturos. Neq; tamen contēnenda est uulgata lectio. ADORET . & IMPONAT . figura loquēdi græcanica & elegāti; magis enim indignationem exaggerat,si ad nationes reliquas referatur; quippe nisi supplicium de Troianis sumat, nisi eos perdat,aut ulciscatur, futurum ut numen suum apud omnes gentes & nationes despicatissimum habeatur.

INCVTE Vim Ventis, SVMMERSASQVE Obrue Puppes. Sunt qui . SVBVERSAS . legendum autument,ne ordo in sensu sit confusus. obrui enim prius accidit q̃ immergi. Mihi tamen displicere non potest,quod in antiquis omnibus exemplaribus,quæ uersauimus,legitur,tum . SVMMERSAS , tum SVBMERSAS . quod etiam si non accipiamus pro submergendas,ut Grammatici nōnulli interpretantur. Certe Poetarum mos est hæc de industria sæpe confundere.

AVT AGE DIVERSAS , Et Dissice Corpora Ponto. In antiquis omnibus exēplaribus de meliore nota . DIVERSOS . legitur,uirili genere,ut de Troianis intelligatur; Quam lectionem aperte Donatus etiam agnoscit, ubi super ordine hoc plurima disputat, quæ in uulgatis codicibus non habentur. Ideo uero ait cupere Iunonem,Troianos diuersos agi; quoniā sparsi nihil audere posterius potuissent,nec ad Italiam peruenire. Et inferius. Aut age diuersos,impleri non posset nisi uenti ut supra dictum est,impugnātes se se,discretos Troianos per diuersa distraherent.

QVARVM Quæ Forma Pulcherrima DEIOPEIAM . In Ro. codice,in Oblongo,in Mediceo,& aliquot aliis antiquis . DEIOPEA . nominādi casu scriptū

est,pulcherrima elocutionis figura. Nam alibi etiam Virgilius utitur antiptosi.
TVVS O Regina QVID Optes. Et si placet . QVID. Indefinitum. In plerisq; tamen codicibus uetustis . QVOD . habetur; idq; alicubi per . T . finale nõ ut numerum significet, sed quia . T . & . D . indifferenter poni tam in Tabulis æneis,q̃ in marmorum monumentis apud Veteres obseruatum.
QVIS Ante Ora Patrum. Valerius Probus uersum hūc citans . QVEIS . iambum esse dicit,passimq; Datiuo & Ablatiuo casu pro iambo accipi debere. Quare non alienus sum ab eorum opinione,qui . QVEIS . per . EI . scribendū cēsent, ut aliquot habent marmora; sed hoc loco cadit in unā syllabam; κατὰ συνίζησιν.
SAEVVS VBI AEACIDAE Telo Iacet Hector VBI INGENS SARPEDON VBI TOT SIMOIS CORREPTA Sub Vndis. Vt prætercam . SAEVOS . per . O . & . CONREPTA . præpositione incolumi,ueteribus in aliquot exemplaribus notata; quæ Scaurus ferre non potest. Id attingam, quod in antiquiori quodam codice legere est . HECTOR ET INGENS . pro . VBI INGENS. Nempe quod satis illis uisum sit repetere bis tantum aduerbium . VBI ; Ne, si ter prolatum sit,oratio loco tam mœsto lasciuire uideatur. Mihi uero perplacet ea triplicata repetitio,quippe quæ maiorem quandam uim ad excitandum pathos habeat. Et bona antiquorum codicū pars . VBI . ter ponit;& in antiquis Prisciani cod. ita citatos uersus inueni,dicēte Eo. VBI . relatiuū grauari debere,ut hoc loco est . VBI AEACIDAE . VBI INGENS . VBI TOT SIMOIS .
TVM PRORA AVERTIT . In Ro. codice . PRORAM . legit, Accusatiuo casu,cuius suppositum erit Procella. Quanq̃ Seruius lõga disputatione . AVERTIT . pro AVERTITVR . legendum censet. Quare itidem . PRORA . casu recto ponendum; quæ quidem magis Poetica elocutio est.
IN Breuia ET SYRTES VRGET . In antiquis plerisq; codicibus . VRGVET . est . V . post . G . addita, Attiano more. Et hoc loco . SYRTIS . in Accusatiuo plurali tantum fieri docet Priscianus, sicut & . ALPIS . propterea quod græce declinata . ει . diphthongum habeant;eius uero sonum apud Latinos esse per . I . longum. Est & Velii Longi sentētia,ut . SYRTIS . per . I . scribat citato uersu. Et uastas aperit SYRTIS . Nostra autē ætate Litterati pene omnes diphthongū græcam recepere, atq; ita dictionis huius casum . SYRTEIS . per . EI . ut pleraq; alia scriptitant,quod in codicibus antiquis inuentu rarissimum; quodq; superuacuum esse,cp . I . tam longæ,q̃ breuis naturam habet, tum incommodum aliquando indicat Quintilianus. Sed de hoc genere plura alibi recitantur.
VORAT AEQVORE VORTEX . Mirum est q̃ sæpe inuenias . VORTEX . & VERTEX . indifferenter scribi in antiquis codicibus,quod idem esse uult Arusianus Messus. Capro tamen non temere. Vorticem . per . O . uocalem quartam in prima syllaba a Vertice . per . E . uocalem secundā distinguente. Præterea Sos. Carisius . VERTEX . a uertendo . VORTEX . a uorando dicta putat. Vult autem Plinius . Verticem . immanem uim impetus habere; ut . Ingens a Vertice Pontus. Vorticem uero circūactionē undæ esse,ut, Rapidus uorat æquore Vortex.
FLVCTIBVS Oppressos Troas Cœliq; RVINA . In Ro. quidē codice . RVINAM . legitur per . M . finalem litteram,ut sit Videt Neptunus,oppressos Troas, Cœliq; Ruinam. Seruius tamen . RVINA . latino casu una cum Fluctibus agnoscit; & ita ueterum codicum bona pars legit. Nam & imbres, & tempestas ea,uento,tonitru,& crebris ignibus horrenda cœlitus incubuerant.
ATQVE Rotis Summas Leuibus PERLABITVR Vndas. Non temere . PELLABITVR . in cod. aliquot antiquis legitur; siquidem ex Velii Longi sententia PER . Præpositio omnibus integra præponitur; nisi quū incidit in . L . litterā. Malle enim elegantioris sermonis Viros in præpositione . PER . geminare . L . litteram (ait ille) q̃ . R . exprimere; ut quum . PELLABOR . malunt dicere,

quam PERLABOR . ita enim in emendatis eius Auctoris codicibus habetur.

CVRRVQVE VOLANS Dat Lora Secundo. In Ro. codice & aliquot aliis legere est . FLVCTVQ. VOLANS . ut sit fluctu secundo. Sed . CVRRV . magis placet Eruditorum auribus, ut figuratum magis.

GEMINIQ. Minantur In Cœlum Scopuli. Seruius exponit. GEMINI. pares. Sed cur non . DVO . quum præsertim in hac descriptione Virgilius Homerum sequatur, apud quem legere est . Δύο δὲ προβλῆτες. ἐν αὐτῷ ἀκτῇ.

AC Primum SILICIS Scintillam EXCVDIT Achates. Arusianus Messus in Virgilianarum Elocutionũ exẽplis. Excudit huic, Dtõ casu eleganter dici, carmine hoc ex Virg. citato, contendit approbare; & . SILICI . a Poeta scriptũ agnoscit; & ita habetur in eo codice, ubi integra Ti. Donati commentaria leguntur. Sed & EXCVSSIT . præterito tempore positum est, ut cum altero, Suscepit, quadret in synchroniam. Ea uero dictio. Suscepit. in ueteribus aliquot codicibus . SVCCEPIT . geminato . CC . scripta est, ut Succumbo, Succedo. Sed enim omnino ex Sub & capio Succipio prius fuit; inde alterum . C . in . S . abiit, consuetudine pronuntiationem huiusmodi magis adprobante.

ANTEA SIQVA Iactatum Vento Videat. In Lõgobardico, in Mediceo, & aliquot aliis antiquis exemplaribus . SIQVEM . legimus. Quod elocutionis genus aliorum etiam Poetarum testimonio Seruius agnoscit. Sed & . SIQVA . in ueteribus codicibus aliquot scriptum animaduerti; eamq; lectionem a ueteribus Grãmaticis defendi. Aitq; Sosipater quosdam ita legere . ANTHEA SIQVA Iactatum Vento Videat, quemadmodum legitur . SIQVA Fata Sinant, pro Si quo, aliquo modo. Aliud autem esse in illo . SIQVA Fata Aspera Rumpas, Tu Marcellus eris; quanq̃ & ibi, Si quo modo, sit audiendum.

HOS TOTA Armenta Sequuntur. Vetera aliquot exẽplaria . QVOS TOTA . legunt; a nemine tamen, quod sciam, adhuc recepta lectio; perinde ac illud etiam quod antiqui codices nonnulli . TOT ARMENTA . scriptum habent; siue ea olim fuerit apostrophe, qua Latinos etiam aliquando usos monumenta plurima declarant; siue . TOT . numerale nomen ratione communis loci producatur. Sed . TOTA . passim agnoscitur a Grammaticis.

A TERGO Et Longum Per Valles Pascitur agmen. Errare eos Ti. Donatus ait, qui comam statuũt . SEQVVNTVR A TERGO. Quum absq; ullo interiecto pũcto legendũ sit uno eodẽq; mẽbro. A Tergo Et totũ per Vallis pascitur agmen. ut sit, Longum agmen a tergo pascitur per uallis; cuius elocutionis exempla ponit. Testilis & rapido fessis messoribus æstu. Item, Puppibus & læti nautæ imposuere coronas. Item, Subito Cum tabida membris, hoc est, Cum Subito.

CORPORA Fundat HVMI. In Ro. codice, in Oblongo, & aliquot aliis minime malis . HVMO . legitur Dandi casu. Sed . HVMI . aduerbialiter positum magis placet nostri temporis eruditis Viris . ueluti etiam in Quinto . Fusus humi . Quanq̃ & ibi quoq; uariam esse lectionem apud Veteres ostendimus.

VINA BONVS QVAE DEINDE CADIS ONERARAT ACESTES Litore Trinacrio, Dederatq; Abeuntibus Heros Diuidit. Sunt qui magis approbent lectionem illam . DEINDE BONVS QVAE VINA CADIS ONERARAT . cuius quidem appositi uerbũ est . DIVIDIT . non . PARTITVR . ut Seruius putat. Sed enim illam aduerbii trãspositionem in primum locum nusquam in codicibus antiquis obseruaui. Agnitam uero Donato lectionem eam, quæ uulgo habetur, inde patet, quod in ordinando sensu ita scribit. Deinde diuidit uina, quæ bonus Acestes onerauerat cadis litore Trinacrio, atq; abeuntibus dederat. Est præterea in cod. Mediceo pro . HEROS . positum . HOSPES . Dederatq; Abeuntibus HOSPES . ut muneri cõditio accrescat, q; Hospitale fuerit.

NEQVE ENIM Ignari Sumus Antemalorum . In ueteribus omnibus exem

planibus distinctas inueni dictiones, in nonnullis puncto etiam interiecto. ANTE, MALORVM. quæ quidem Græca est figura. τῶν πρὶν κακῶν. Vt illud. τῶν νῦν ἀνθρώπων. subintelligitur quidem in hoc, quæ passi sumus ante; in illo. οἳ νῦν. qui nunc sunt; cuiusmodi sexcenta in singulis Græcorum libris inuenias. Quod siquis subunioné magis adamet, ut apud Catullum; Postphasellus, & in Pandectis. Postdomus, non laboro. Non enim institutum est nostrum aliorum improbare sententias, nisi error manifestus occurrat, Sed uarias codicum ueterum lectiones recitare. Cuiusmodi ea etiam est, quæ. NEQVE ENIM IMMEMORES SVMVS. scriptum ostendit in codice Mediceo. Nimirum ex Paraphrasi Seruiana desumpta, ac aliena etiam manu inculcata lectio.

VOS ET CYCLOPEA SAXA. Antiqui pleriq; codices. Cyclopeïa. Pentasyllabum legunt, sed repugnante syllaba; quæ non tantum ω μέγα est, sed etiã ex altera uocali coalita in Crasin, quæ non nisi in longam fieri potest. Quod si quis etiam Syncopen malit. κυκλώπεως, κύκλωπος. o itidem paruũ, utpote minus ualidum, elidetur. ὢψ uero ὠπὸς Grammatici notant per ω μέγα, pro facie, & oculo; ὄπος uero per. o. paruum, si uocem significet. Sunt tamẽ qui nomen originationi reddi posse putent. ὢψ enim. παρὰ τὸ ὄπτω. Cuius futurum ὄψω; unde ὄψ, ἐπιβολὴ τοῦ. ω. Alterum uero illud ὢψ, κατ᾽ αὔξησιν factum. Vel ω μέγα. In o μικρὸν secũdum Dores, quos Latini bona sermonis parte sunt imitati, mutari posse dicant; eademq; proportione, qua pene ultimam in αἰθίοπα, & αἴθοπα οἶνον corripimus ex eode fonte haustis, ita licere etiam in Cyclopeia fieri, dictione maxime in denominatiuum excrescente. In hoc autem ad exempla confugiendum duxerim; quorum nullum hactenus ex antiquis Auctoribus reperi, qui Cyclopa pene ultima longa non poneret. Quidam tamẽ ex Recẽtioribus, magni omnino Viri, quorũ Auctoritas pro ratione sufficiat, indifferentem protulere; rationes nimirum, quas supra memorauimus, secuti.

SEDES Vbi Fata QVIETAS Ostendunt. In perueteri codice legere est. QVIETIS. quippe nobis. Nam, Sedes, per se plenum est ad otium indicandũ, etiam sine alio epitheto. Sed enim Grammatici plurium codicum ueterum consensu. Sedes Quietas agnoscunt; & Poetarum est, ita res epithetis exornare. Sunt etiam Codices, qui legant. SEDES IBI FATA Quietas Ostendunt. Veluti etiam sequitur. ILLIC. indicatiue. Sed enim magis receptum ab omnibus est, ut relatiue positum sit. Vbi.

SPEM VVLTV Simulat Premit Altum Corde Dolorem. In Oblongo codice perueteri & aliquot aliis manu scriptis. PREMIT ALTO CORDE. legitur; quæ quidem lectio non admodum aliena est ab Donatiana paraphrasi. Nam angebatur, inquit, dolore q̃ maximo; & hunc altis sensibus retinebat abstrusum.

VERIBVSQVE TREMENTIA Figunt. Est ubi. VERVBVS. neq; uno quidem Codice per. V. in pene ultima legatur; neq; desunt Litterati qui lectionem eiusmodi probent, Quam tamen per. I. uocalem tertiam scribi debere, tam uetustiorum Grammaticorum Auctoritas; q̃ inscriptio quædam in termino Areæ illius, quam Domitianus post Neronianum incendium dedicauit, in. D. Petri Basilica paucis ante annis, oculis nostris inspeximus; ita enim incipit.

HAEC AREA INTRA HANC DEFINITIONEM CIPPORVM CLAVSA VERIBVS.

Et quæ sequuntur. Grammatici sane de huius nominis pene ultima solliciti fuere; quum nollent. VERVBVS. ex quorundam abusu per. V. admittere. Nam quum Veteres omnino. VERV. OSSV. & GENV. dicerẽt, in numero multitudinis. VERVA & OSSVA proferebant, ut Genua. Neq; desunt ueterũ monumenta in quib⁹ adhuc. OSSVA. scriptũ legaf, quod ab OSSV agnoscit Asper. inde. VERVBVS. GENVBVS. faciebant. Sed.n. FL. Sosipater. VERA di

cendum, non . VERVA . & VERVM . & VERVBVS . contendit; citata etiam Plinii sententia ex dubii sermonis libro sexto, dicentis manifestum esse. VERIBVS . GENIBVS . OSSIBVS . dici per . I . in pene ultima.

NVNC Actis ORONTI . Seruius pro Orontis positum ait, nempe ad cacophoniam declinandam . ORONTIS . tamen habetur in antiquis aliquot exemplaribus. Sed omnino suauior est Lectio Seruiana. Sosipater Carisius declinat Orontes Orontæ, ut Achates Achatæ, apud Græcos enim Ὀρόντου, ut ἀχάτου. cuius nominis incusatiuum ait in . AM . desinere, si Rectus Oronta Latine reformetur, nisi uero reformetur. Orontem posse nos dicere, ut Virgilius . Fidumq; uehebat Orontem, ut etiam, Præmittit Achatem.

REVOCATO A Sanguine Teucri. In Mediceo cod. & aliquot aliis antiquis absq; præpositiua particula legitur . REVOCATO SANGVINE.

HIC Tamen Ille Vrbem PATAVI . Variæ quidem fuere olim Grammaticorū sententiæ super eius Genitiui scriptione, qui declinationis secundæ ratione in . II . geminatum enuntiari debet. Neq; ipsos tantum Grammaticos diuersa in hoc sentire, sed alias atq; alias ætates modo simplici, modo geminato scriptitasse comperio. Sane Priscianus ait Veteres in huiusmodi Genitiuis geminantibus. II . frequenter solitos alterum ex iis subtrahere, Virgiliano hinc exemplo citato. Hic Tamen Ille Vrbem PATAVI . perinde ac illa etiam. Nec cura PECVLI . neq; nō. Pauperis Et TVGVRI . Citat idem alibi per Synæresin. Fata Lyci, pro Lycii, & Vrbem Patauī, pro Pataui. Sed enim Quod Priscianus Poetarum tantum innititur exemplis multa ueterum inscriptionum exempla commemorare possem, quibus appareat Oratores etiam eandem scriptionis rationem secutos esse; Scriptores uero indifferenter, nunc unum, nunc geminatum in iisdem nominib' posuisse. Vt illud apud Lucretium. Nec ratio REMEDII Communis certa dabatur. Apud Ouidium ad Cottam. Antiquo codice, qui apud me est. SACRIFICII Genus est, sic instituere Priores, idq; ea caussa factum, quod quum Tres sint figuræ. quæ syllabam ex duabus unam conficiunt, Crasis, Synæresis, atq; Synizesis. Deq; his duæ Crasis, & Synæresis unam scribant uel uocalem, uel diphthongum, syllabamq; unam enuntient. Synizesis uero, duas quidem uocales ipsasq; distinctas scribat, sed unam tantum dimensioni pedum imputet; cuiusmodi exempla apud Lucretium & Virgilium sexcenta inueniuntur; quorum bona pars locis suis indicabitur; alii Synizesim, ut recta declinationis forma appareret adamarunt, alii Crasin, aut Synæresin, ut, quæ minus offensionis in uersuū enuntiatione præ se ferrent, sequi maluerunt. Inde factum ut in ueterum Monumentis unico. I. pletaq; scripta inueniantur, cuiusmodi unum hic tantum apposuisse sufficiat.

Quam quidē inscriptionē proximis hisce dieb' Vir Opt. atq; litteratissim' Iacob' Sadoletus Carpent. Episcopus in hortis suis, quos habet in Quirinali effodit. Templo etiam gentis Flauiæ adinuento, & signo Palladis, quā Domitianus dedicauerat. omnia hæc in alta semita. Fuit uero Hic ille Flauius Sabinus Vespasiani frater maior, facundia nobilis; qui Præfecturā Vrbis annos. XII. obtinuit, penes quē ante Vespasiani Principatum decus Flauiæ gentis erat. Sed ut inscriptionib', quæ innumeræ sunt in hunc modum, præteritis ad Virgilii locū reuertamur. Carisius qui Gtī numero syllabarum minorē esse Nominatiuo non posse contendit, magis eos denotatos ait, qui maluerunt per unum . I . Imperi. Ingeni dicere, q̄ Secundum regulam. Imperii; Ingenii, geminata . I . littera. Neq; tamen inficiatur placuisse Virgilio, per unum . I . scribere . ILLE VRBEM PATAVI . Quare ita

INTER DVOS

PARIETES

AMBITVS PRIVAT.

FLAVI SABINI

demum inferius ait. Plus in hac ratione geminandi in Masculinis animaduertim' Vt, hic Aemilius huius Aemilii. Atq;, ut eorum interim opiniones dissimule-mus. qui non Genitiuos tantum uerum etiam Vocatiuos, o Antonii. o Iulii. geminato. ii. enuntiari debere scriptis prodidere, Quæq; de Præterito. PERII. aut. PERI. & plura id genus, in Tytiro recitauimus. Nos. Vrbem PATAVI. Ex recepta iam consuetudine, & plurimis Veterum inscriptionum exemplis unico. I. scribamus.

TRIGINTA Magnos Voluendis Mensibus ORBES. In codice Longobardico non. ORBES. Sed. ANNOS. scriptum inueni, quã puto fuisse paraphrasin. Nisi quis magnum annum Solarem uelit appellare, Lunaris anni ratione habita; eaq; de caussa interiectũ esse, uoluendis mensibus, ut distinctio appareret. ORBES tamen Docti omnes, ut castiorem lectionem admittunt.

REGNVMQ. A SEDE Lauini Transferet. Leue hoc, sed Eruditis auribus non ingratum, in Ro. codice scriptum esse. AB SEDE. Et iusdẽ iudicii est, quod statim subsequitur. Et longam multa ui muniet Albam. Variat numerus in his Codicibus antiquis, quatuor ultimis pedibus solutis in hunc modum. ET LONGAM ui multa muniet Albam. Sed .n. Tetrametri tome uenustior est.

QVAE MARE Nunc Terrasq; Metu. Vetera quædam exemplaria legunt. Quæ Mare, Quæ Terrasq; Metu. Multi uulgatam lectionem magis approbant.

SIC PLACITVM VENIET. Vetustissimi quidam cod. PLACITVM EST. habent. quæ pars mihi uidet a Paraphraste adiecta; Nam absq; substantiuo Verbo hic Oratio omnino grauior & augustior quodammodo uidetur.

AC VICTIS Dominabitur Argis. In antiquis aliquot exemplaribus. CVNCTIS. pro VICTIS est, quod mihi ridiculum uidetur.

COMPAGIBVS ARCTIS. In ueteribus pene omnibus codicibus non Virgilianis tantum sed aliorum etiam Auctorum plerumq; inuenias. ARTIS. Adiectiuũ nomen absq;. C. scribi. Sane uero Valerius Probus Artus pro angusto, & Artus pro membris sola internoscit declinatione. Iuniores tamen in altero. C. additum uoluere, ut appareret originatio ab arcendo.

ET Maia GENITVM Demittit AB ALTO. In Romano codice. MAIAE. legitur, quare nonulli. GNATVM. non. GENITVM. legere uolebant, cũ ego lectionem nusq; in antiquis cod. obseruaui. DIMITTIT. uero, per. DI. fere passim; quod uerbũ est nuntios delegantium, Vt ibi, Equidem per littora Certos dimittam. In quo forte diligentiam Interpretum desideres, Qui. DI. uacare dicũt.

VT TERRAE VTQ. Nouæ Pateant. In antiquioribus aliquot exemplaribus legere est, ATQ. NOVAE. Sed longe uenustius est. VTQ.

VOLAT Ille Per AERA Magnum. In codice Mediceo. PER AETHERA. legitur. Sed. AERA. magis receptum.

SOCIISQ. Exacta Referre. Non placet, quod in Longobardico, & aliquot aliis legitur. SOCIIS EXACTA. absq; Copulatiua particula, quæ necessario hic expetitur. Membra enim hæc ita colligata sunt, ut particula Copulatiua sit pro redditione Caussæ. Ideo enim exit, ut exploret; Ideo quærit, quas uento accesserit oras, & qui teneant, ut sociis exacta referat.

DEDERATQ. COMAS Diffundere Ventis. In ueteribus omnibus exemplaribus, quotquot habere potui. COMAM. unitatis numero scriptum animaduerti. in plerisq; etiam. DEFVNDERE. Sed id uitio temporum. Porro suspendere arcum, & Comam uentis dare Virginum esse speciem Donatus ait; Siquis, quod sit Virginis os, qui habitus, quæsierit.

SVCCINCTAM PHARETRA Et Maculosæ Tegmine Lyncis. Inueniebã quidẽ codices aliquot antiquos, in quibus. PHARETRAM. loco hoc, accusandi Casu scriptum esset. Sed uulgatorum pene omnium turba oppressus ut me temporibus

accõmodarem, ne uerbum quidem ulterius facturus eram. Sed quum Prisciani Grammatici multorum opinione nõ indiligentis neq; imperiti sententia memoriæ succurrisset;ne cuipiam eum Auctorem neglexisse uideret, quid ille super hoc sensisset adnotare uisum est. Vbi.n. copulatiuarum esse ait, casus eosdem sociare,quædam tamen apud Auctores his constructionibus contraria, tradit inueniri; Cuius exempli Virgilianum hinc citat carmen. SVCCINCTAM PHARETRAM ET MACVLOSAE TEGMINE LYNCIS. Neq; tamen inficiatur, melius in quibusdam codicibus absq;. M. Pharetra Ablatiuo casu inueniri; Alibi enim ab eodem Virgilio dictum. Palla succincta cruenta. Quo uero Accusatiuum alii tueantur exemplum esse. Magicas inuitam accingier artis; eam uero esse uarietatis in cõstructione caussam ait, q̃ succingor hanc rem,& hac te succingor dicimus; Sæpeq; hoc de industria fieri ab Auctoribus, Vbi anceps sit cõstructio dictionum. Addit etiã, quosdam Lyncis cursum a Communi accipere;ut sit,prementem Lyncis cursum,aut spumantis Apri. Sed hæc nos indicare nunc instituimus, non iudicare.

SIC VENVS AT Veneris Contra Sic Filius. Antiqui sane omnes codices, quos inspeximus. ET VENERIS. non. AT. habent.

AN PHOEBI Soror An Nympharum Sanguinis Vna. Vetera quædam exemplaria legunt. AVT PHOEBI SOROR AVT NYMPHARVM. Sed. AN. Interpretes agnoscunt. Insuper Donatus ait. O DEA. clausulam esse superioris membri. Nam quum pronuntiatum fuerit. O DEA. Sic debet dici, ut ille tradit. CERTE AN Phœbi Soror, an Nympharum Sanguinis Vna; Sis felix.

ERRAMVS VENTO Huc Vastis Et Fluctibus Acti. Hic quoq; numerus in Romano codice, atq; etiam in aliquot aliis antiquis Trimetro clauditur. ERRAMVS VENTO HVC ET. Altero inde Trimetro soluto. VASTIS FLVCTIBVS ACTI. Quod maiorem p̃tæ se fert contationem in rei magnæ relatione percommodam; dum singulis dictionibus, quæ una pedem claudant, ea intericitur mora.

GENVS INTRACTABILE Bello. In Codicibus aliquot antiquis. INSVPERBILE. legitur. Id apud Seruium Paraphrasis est. Apud Donatum Contextus. Sed quia subiungit. Meminerat.n. Virgi. se ex persona sua dixisse. Studiisq; asperrima belli. Hic aũt non est repetitio eiusdem rei,quoniam & dici necesse fuit,& ex alterius persona nunc dictum est. Quod si Donatus eandem rem utroq; loco agnoscit, nempe Asperrimum & intractabile magis erunt similia, q̃ insuperabile.

ET AEGRAM Multa Malus Simulans VANA SPE LVSIT Amantem. In antiquissimo quodam exemplari. VNA SPE LVSIT. scriptum est, quæ lectio forsan acutioribus ingeniis non displiceat, ubi cõsideratum fuerit Pygmalionem, quum tam diu factum occultasset multaq; simulasset,amantem sola tantum spe deludere potuisse. Nam quæ cupimus, facile credimus. Poterat uero Dido fratris ingenium & perfidiam a teneris unguiculis explorasse; ac perinde figmẽtis, quæ multa ille comminiscebatur, dum Ea de Coniuge, ubi nam esset, percontaretur nullam adhibuisse fidẽ; Dum uero Pygmalion eum, & uiuere, & uenturũ breui polliceret idq; unum præcipue Dido cõcupisceret;hac una spe decepta est. Si uero. VANA. cuipiam magis placeat, integrum unicuiq; sit, quam malit lectionem sequi.

IPSA SED In Somnis. Friuola pleriq; dicunt, quæ de Geminandis aut simplicter scribendis litteris disputentur; Veteres tamen Grammatici non incuriosam in huiusmodi uel leuibus obseruationibus operam insumpsere; quodq; ad hunc locũ attinet; Sosipater Carisius Armaria Armariis duplici. ii. scribendum obseruat. Quæri uero ait de insomniis, quoniam apud Virgilium non geminatur. INSOMNIS. ut ex hoc nescio quid, quod Seruius etiam ambigit, uideris.

PATRIAQVE EXCEDERE Suadet. In antiquissimis aliquot exemplaribus PATRIAM. Incusandi casu legere est. Verba enim motum significantia, ubi

præpositionem de loco sibi uendicauerint ; sui quasi cuiusdam iuris facta, solent si bi adiungere Accusatiuum ; ut quum dicimus ex domo eo, mox exeo domum. q̃q̃ & Domo. Ita illud Comicum. Caue ex istoc excessis loco, non ineleganter dixeris. Caue hunc excedas locum. Sic apud Virgilium est exire Tela.

AVXILIVMQ. Viæ. In Mediceo codice. AVXILIO, legitur, Acquisitiuo casu. ut sit sententia. Recludit Thesauros, qui futuri essent auxilio uiæ.

VETERES Tellure Recludit THESAVROS. Pleriq; non Virgiliani tantum codices antiqui, Verum etiam Terentiani. THENSAVROS. per. N. scriptum ostendunt, fuitq; Seruius super ea scriptione sollicitus, & ex ueteribus quidam alii. Quo enim modo hic. THENSAVROS. legitur, ita & in antiquo Terentii Codice Vaticanæ Bibliothecæ scriptum est. ATQ. IN THENSAVRO Scripsit caussam Dicere Vnde esset THENSAVRVS Sibi. Clamat Seruius nomen hoc. N. litteram non habere, sicut nec Atlas. Gigas. Abas. Pallas. Licet in Obliquis Casibus inueniatur. Atlantis. Gigantis. Abantis. Pallantis. Sicut nec Formosus, quia deriuatiuum est a Forma, ut a Specie Speciosus. Sed enim quæ plurima de huiusmodi scriptionis ratione dicere hic instituerámus, explicata sunt in Alexi, Versu primo. Hic id tantum monere noluimus, si. THENSAVROS. per. N. scriptum inuenias, id olim eruditis etiam Viris negotium facessere solitum.

QVIBVS AVT VENISTIS Ab Oris. Vulgati omnes Codices excussi formis. AVT VENISTIS. per disiunctiuam Particulam legunt, neq; desunt codices aliquot manu scripti; in quibus eadem lectio habeatur. Sed in Romano in Oblongo in Mediceo, & aliquot aliis. QVIBVS ADVENISTIS. legitur; neutram ego lectionem improbarim; sed, cum particula disiunctiua, figuratioẽ esse dixerim, ADVENISTIS, uero candidiorem. Non .n. in hac interrogatione quicq̃ disiungitur, sed ea tria simul quærunt. Qui sint, unde ad ea loca uenerint, quo tendant.

ET VACET Annales Nostrorum AVDIRE Laborum. In peruetere codice, manu scripto. ANNALES NOSTRORVM AVDIRE PARENTVM. legit, quod forte non displiceat, si quantum interrogationi congruat responsum perpenderimus. Tria enim percontata fuerat Venus. Qui nam essent. Vnde degressi in Lybiam aduenissent, Et quo demum essent profecturi. Cuius interrogationis pars Prima. SED VOS QVINAM ESTIS. duplicem requirebat respõsionem, a Genere, uel a Specie. Nam; quo quis Celebris habeatur, aut maiorum nobilitas, aut uirtus propria debet efficere. Aeneas uero, qui se huiusmodi distinctioni obligatum intelligit, angustia tẽporis circumseptus uidet longũ & importunũ esse maiorum suorum gloriã recensere, festinandumq; esse ad speciem, & ad indiuiduum ut, quod nunc instat, interrogantem sibi conciliet. Itaq; prudenter ea, quæ ad Maiores suos pertinent, nolle se recitare per occupationem dicit, fuisse uero nobiles eo comprobat argumento, quod tot & tam magnæ sint a Maioribus suis gestæ res (id enim significant Annales) ut uix dies narranti sit suffectura. Reliqua uero responsa quum manifesta sint prætereo, ut minime ad commemorandum necessaria. Donatus tamen cum aliis codicibus. LABORVM. non. PARENTVM. uidetur agnoscere, dum ita exponit. Quia narrationem malorũ unius anni, diei tempus expleri non patitur. Ita .n. Annales uidetur interpretari, & Malorum, paraphrastice pro, Labore, posuisse. ea tamen cuncta sunt in uulgatis exempl.

ANTE Diem Clauso COMPONET Vesper Olympo. In Codicibus aliquot antiquis non inuenuste. COMPONAT. habetur.

DIVERSA PER Aequora VECTOS. In peruetere quodam codice. IACTOS. legi; Quod pro Iactatos intelligi oporteret, Vt illud, Quo primum iactati undis. Sed maior pars Veterum codicum. VECTOS. habet. idq; omnino melius.

ET GENVS Ab Ioue SVMMO. In Ro. codice. AB IOVE MAGNO. legitur. Vtrũq; epitheton Iouis est, siue Olympus. siue Aether pro Ioue intelligat;

us ubi. AD. nonnunq̃ pro. AT. positum citat in huiusmodi nominibus aut dictionibus uocali sequente suauius per. D. proferri putat. Est &. QVOT relatiuum per T. sæpissime tam in libris q̃ in Marmoribus notatum. QVOT REGIA IVNO. & in uetustula quadam inscriptione Romae in aedicula Diui Basilii, quae ad Horologium Augusti sita est QVOT. ita scriptum inspexi.

APVSVLENA CERIA VIXI ANN. XXII.
QVOT QVISQVE VESTRVM OPTAVERIT MIHI
ILLI SEMPER EVENIAT VIVO ET MORTVO

PER Medios Miscetq; Viris. Sunt qui legant unico mẽbro. PER MEDIOS MISCETQ · VIROS, quæ tñ lectio, neq; a ueteribus, neq; a iunioribus quod sciã recepta

SIC NAM Fore Bello Egregiam. Quod nonnulli legunt. SIGNVM FORE Dictionem ego illam in abrasis tantum codicibus suppositiam animaduerti. In integris autem. SIC NAM. Quam lectionem ut castiorem Pontanus etiã agnoscit. Vbi ait in Poeticis numeris Dictiones monosyllabas binas simul, maxime post Dactylicam aliquam properationem numerosas esse in medio collocatas ut Virg. Monstrarat caput acris equi Sic nam fore bello.

HIC Primum Aeneas Sperare Salutem Ausus. In Longobardico legitur. HOC. Vt sit repetitio illius pronominis demonstratiui HOC primum in luco. Hoc primum Aeneas. magis tamen placet. HIC aduerbium.

ET SAEVVM Ambobus Achillem. Scribendum est ACHILLEN. per. N. finalem, Vt Probus in arte monet. Dissimulabo nunc. SAEVOM. per. O. Ambobus hic pro utrisq; positũ ait Arusianus. Donatus uero speciem esse comparationis putat ut sit, saeuior fuit Achilles Agamenone, & Menelao.

LORA Tenens Tamen. In codicibus aliquot. TENET. est. Sed. TENENS. participium. Castior est lectio. quã etiam agnoscit Fab. Quintilianus.

CRINIBVS Iliades Passis. Vetusti aliquot codices. SPARSIS. habent, Sed ea forte paraphrasis fuit, quũ PASSIS. In emẽdationibus hẽat. Quãq̃ etiã in Liuiano codice ueteri. L. vii. pr. Dec. CRINIBVS SPARSIS. legit. p PASSIS. ut in

SE QVOQ; Principibus Permistũ Agnouit Achiuis. Inualuit (uulgatis hẽt iampridẽ usus ut. MISTVS. p. ST. scribat. quũ tñ in codicibus oĩbus antiquis uno cõsensu p. XT. scriptũ inueniat. PERMIXTVM. Praeterea in Ro. codice. AGNOSCIT. est p̃senti tpe, qđ nõ displicet. q̃a spectaculũ est in actu. Quod uero Seruius pditionẽ ex hoc latẽter tãgi putat. Oẽs naris emũctioris Viri eã reiiciũt opinionẽ. Quippe quod hõestius & magnificẽtius est intelligere, Aeneã se quoq; agnoscere permixtũ, in acie uel in pugna, in cõflictu procul a suis in medio Graecorũ globo. Quã sententiã Ti. Donatus sequi uidet: dũ ait, uersum hũc ad illã ppositionẽ ptinere qua dixit. Sũt hic etiã sua pmia laudi. Nã qui ita se pictũ aduertit, Vt Principibus Graecis mixtũ esse constaret, utiq; gloriosum fuit cateruas hostiũ, & consertos primorũ cuneos non timuisse. Verum haec in uulgatis codicibus improbe detruncata sunt.

AVREA Subnectens Exertae Cingula Mammae. Vidi ego codices antiquos. In quibus nõ exertae. Sed EXSECTAE. scriptũ sit, aliena uero manu EXERTAE factum. Sed. n. uulgatã lectionẽ agnoscit Seruius, & expõit nudatae. Eandẽ sententiã Ti. Donatus latius interpretat. quae, quoniã in impressis codicibus curta sunt, recitare non pigeat. ait. n. Tanta autẽ fiducia uenire uidebat tantũq; ardere in bellis, ut quod secretum esse Virginibus solet, illa offerret uidẽtibus. s. Quũ exerta papilla pugnaret. pertinet hoc ẽt ad praeliãtis audaciã, ut pugnaret foemina, nec mũimine regeret armorum.

MAGNA Iuuenum Stipante Caterua. In Romano codice legit. COMITANTE notata in aliis. plus tamen est. STIPANTE. quia maiorẽ idicat comitũ frequentiã.

GRADIENS Q; Deas Supereminet Omnes. In Romano codice & nõnullis aliis antiquis legere est. DEA SVPEREMINET OMNIS. Vt DEA sit [illegible]. Nã ipse locus syllabam omnino cõmunẽ reddit; caeterũ hoc in medio sit.

SOLIOQ. Alte Subnixa Resedit. Vetera quædam exemplaria. ALTO. legūt; Vt in Vndecimo Solio Rex infit ab alto. In codicibus tamen probatioribus Mediceo & aliquot aliis ALTE. aduerbium est, quam lectionem interpretes agnoscunt præcipueq; Donatus, qui ait, ubi ad mediam testudinem templi, hoc est ad mediam aream, peruenit, ascendit solium, quod ipsius Causa fuerat Collocatum, & primum alte Consurgens, sedit.

PENITVSQ. Alias Aduexerat Oras. Vt missum faciam. ADDVXERAT. quod in uno tantum codice repertum minime placet. Mediceus & reliqua fere omnia exemplaria, quæ tractaui ABVEXERAT aut AVEXERAT. uno cōsensu legunt; erant enim.ii. Troiani, qui fuerant, in diuersum abacti.

OBSTVPVIT Simul Ipse Simul Perculsus Achates. In oblongo codice & quibusdam aliis OBSTIPVIT. habetur, ita superius DVM STIPEI & passim eodem modo, quod uerbum a stipite nonnulli deductum uolūt mutato tamen tempore, usu uero cessisse. I. In. V. ut ex Contimaci Contumax factum, & huiusmodi pleraq; sed & PERCVSSVS. In Romano in Mediceo & plerisq; aliis codicibus antiquis, & hic & alibi semper habetur, quis Grammatici differentiam inter PERCVLSVM & PERCVSSVM statuant.

CVNCTIS Nam lecti nauibus Ibant. In Romano codice & in Mediceo. CVNCTI nominatiuo casu legit eamq; lectione interpretes agnoscūt Seruius & Donatus.

MAXIMVS Ilioneus. PL. S. PE. COE. Dicerem scribendum MAXVMVS ex antiquis codicibus, & Augusti Octauiani consuetudine; nisi nunc mos adeo inualuisset, Vt iam omnes malint huiusmodi nominum pene ultimam enuntiare per. I. uocalem tertiam. Hic uero animaduertēdum est quod Seruius ait, Mercurium, eloquētiæ Deum, Phorbanti Ilionei patri plurimum fauisse; nō intelligas tamen hunc eundem esse Ilionea, qui Phorbantis filius ab Homero celebratur; sed ab ea eloquentiæ commendatione fictam hic esse personam a Virgilio; Quum satis constet Ilionea Phorbantis a Peneleo peremptū in bello Troiano, ut apud Homerū legere est ..Ξ.

AVT Raptas Ad Littora Vertere Prædas. In antiquis aliquot codicibus A LITORE Legitur. hoc est ab ora litorali in naues. Sed minime displicet AD LITORA. quia per continentē fieri solent excursiões, indeq; prædā ad litus uertūt.

OENOTRII Coluere Viri. In antiquis codicibus fere omnibus. OENOTRI. per synæresim scribitur. quia syllaba media est, ... huiusmodi uero Synæreses soluta etiam oratione fieri sæpius in antiquis inscriptionibus obseruaui, Vt illud Romæ iuxta ædem. D. Basilii. VINICIA PRIMIGENIA MATER FILIIS SVIS.

HVC Cursus Fuit. nequaq; placet, quod In codicibus aliquot legitur HIC CVRSVS fuit, hoc est, hæc nauigatio, nam finis desiderateiur, ad quem locum.

VESTRIS Adnauimus Oris frigidū & exile est, quod in plerisq; codicibus antiquis ADVENIMVS legitur Sed in uerbo ADNAVIMVS difficultas, calamitas, & clades apparent, quæ miserationem commoueant.

SI Genus Humanū Et Mortalia Temnitis Arma. Vetera quædam exemplaria legunt absq; copulatiua particula. Si genus humanum, mortalia per appositionem, uenusta tamen haud quaquam pari cum priori lectione.

AETHEREA NEC ADHVC. In bona codicum antiquorum parte NEQVE ADHVC. legit quod nescio quid mollius & suauius sonat.

NON Metus Officio Nec TE Certasse. Mediceus codex & aliquot alii. NEC METVS. legunt. Sed omnino. NON. acceptius.

SOLVITE Corde Metū Teucri Secludite Curas. In antiqs plerisq; codicibus. METVS. legit nūero multitudinis, & in longe pluribus SEDVCITE CVRAS tamen SECLVDITE agnoscit Seruius.

VIROSQ. ET Tanti Incēdia Belli. Antiqui pleriq; codices AVT TANTI. legūt.

NON OBTVSA ADEO GESTAMVS PECTORA POENI NEC TAM AVERSVS EQVOS TYRIA SOL IVNGIT AB VRBE.

Vt id praeteream, quod in Romano codice OBTVNSA. scriptum est, more suo, N. littera superflua, quodq; in Longobardico & aliquot aliis ADVERSVS. non AVERSVS legitur contra peritiorum omnium sententiam; Id me magis mouet, quod ad explicationẽ sententiae, haec mihi uidentur consideranda. Quae gerantur in aliqua orbis parte, Triplici potissimum de caussa solemus ignorare. Aut quia res ipsae, uel earum auctores, ob humilitatem, non satis digni sint, de quibus aliquis sollicitus esse debeat. Aut quia tam stupido & obtuso ingenio simus, ut nos mortalia non tangãt, & res gestas magna quantũlibet admiratione dignas negligamus. Aut propter locorũ longinquitatẽ; unde fiat, ut ad nos fama nõdum peruenire potuerit. His omnibus occurrit Dido; Quum dicat neminem iam esse qui genus Aeneadum qui Troiae nesciat urbem, quantaq; uirtute uiri illi praediti fuerint, & q̃late belli eius incendium se diffuderit. Mox subiungit, se corde praestare, & eo ualere ingenio, ut res mortaliũ perpendere potuerit; idq; illud est. Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni. Quod uero tertio loco expetitur, de locorũ intercapedine. Addit Tyrum, ubi se postea de Troianis audisse dicet, Teucro narrante; non esse ita in extremis terrae partibus sitam, nec tam a circulo, quem sol ambit, uel a Troiano parallello sepositã, ut propter immẽsa locorum interualla fama tantarum rerum eo peruenire nequiuerit; eoq; spectat uersus ille. Nec tam auersus equos Tyria sol iũgit ab urbe. Haec memini. M. Antonium Sabellicum praeceptorem meum ex ueneta cathedra docuisse; Ne tamen, & si ea placeant, Seruii sententiam reiiciamus, Ouidii monet Parodia, qui in eandem sententiã dixerit in Amoribus. Auersumq; diem mensis furialibus Atrei. Quem enim diem posuit Ouidius, Maro solem apertius nominauit.

VVLTIS ET HIS MECVM PARITER CONSIDERE REGNIS.

Missum facio CONSISTERE In codicibus aliquot antiquis scriptũ, quod parum est in tantis pollicitationibus. Nam CONSIDERE. omnino quid longe maius pollicetur. Id potius adnotandum quod in Romano codice, non REGNIS, sed TERRIS legitur. Nempe quod nonnulli pertinacius defendunt, ad asperitatem euitandam, quae est in concursu. RE. syllabae geminatae. Sed hoc etiam parum esset; quia potius uiderentur in seruitutem addicti; neq; ille concursus uniformium syllabarum In. RE. praesertim litteris duobus ultimis pedibus declinatur a poetis Vt Auertere Regem. Toto Certatũ est Corpore Regni. Loricamq; manu ualida lacerare reuolsam. Neq; .n. numero comprendere refert. & sexcenta huiusmodi. Dicẽdo uero REGNIS societatem pollicetur; ut procliuius eos alliciat promissorum magnitudine. Nam & Iarbas inferius lamentabitur sua connubia repudiata, ac dominũ Aeneã in regna receptũ. & ipsa etiã obiiciet Dido Eiectũ, litore egentẽ suscepi & regni demens inpte locaui. Quare omnino CONSIDERE REGNIS. legendũ.

IAMDVDVM Erumpere Nubem In codicibus aliquot antiquis ABRVMPERE legit. Sed quia cõsiliũ est ex obscuro, clausoq; loco in apertũ, & clarẽ pdire, magis placet. ERVMPERE, ut in Mediceo & plerisq; aliis. Signãt uero grãmatici elocutiõis genus, quũ accusatiuus iũgit uerbo, cui sit coalita p̃positio, quae ablatiuũ seiũcta sibi

CAESARIEM Nato Genitrix. In Romano codice. GENETRIX. (deposcebat. media syllaba per. E. passim scriptũ inuenias; Eandẽ scribendi rationẽ in titulis Antiquorum, marmoreisq; monumentis non semel obseruaui, quin etiam in nũmis, qui fuerint eruditis adhuc saeculis cussi, utpote IVLIAE PIAE. ubi Venus est leua hastae innixa, dextera exporrecta cum inscriptione VENVS GENETRIX. Romani enim genus a Venere propter Aeneam eius filiũ se ducere asseuerabant; Et Iulia gẽs cõdente, dicanteq; Iulio Caes. templum erexit VENERI GENETRICI. quod Plinius & Tranquillus tradidere. Vidimus autem Romae scriptũ GENETRIX. per E. nõ uno loco, in eo uero monumẽto maxĩe placuit, qd in hortis Caroli Stallae hẽt

undecunq; mutilatum ; cuius quidem eam partem tantum.quæ ad rem , qua de lo
quimur,facit hic inseruisse sufficiat.

PATER MEI ET GENETRIX GERMANA ORO ATQ. O
DESINITE LVCTV QVESTV LACRVMAS FVNDERE
SEI IN VITA IVCVNDA VOBEIS VOLVPTATEI FVEI
VIRO ATQVE AMEICEIS NOTEISQVE OMNIBVS

Ne uero quis huiusmodi scriptiones ut iam obsoletas exigat,animaduertendum est
Probū Grammaticū non temere obseruasse. GENITOR. per .I .& GENETRIX.
per,E.scribi,non ita auté in Monitor & Monitrix,quorū utrūq; per .I. scribi cōste t.

DVM Montibus Vmbræ Lustrabunt Conuexa Polus Dum Sidera Pascet. Sæpe etiā
accidit,ut & comæ,& puncta alia sententiā non parū immutent huc uel illuc transla
ta;quare siquando circa hæc quoq;,ubi usu ueniat,immoremur ; nihil ab instituto
alienū fecisse uideamur. In Oblongo itaq; codice, & in aliquot aliis antiquis,post
dictionē .CONVEXA.pūctus est;ut legas, Dū umbræ lustrabunt ea quæ sunt cōue
xa montibus,montiū quippe ambitus;tuberositas.n.illa conuexa In montibus um
brā efficit.Quare ita separatim membrū alterum accipiendū.Polus dum sidera pa
scet;quæ Lectio quadrat cū Ti.Donati sententia dicentis . Quā diu fluuii currendo
miscebunt fluctibus maris;q̄ diu stabit cū sideribus cœlū,q̄ diu Solis umbra uel Lu
næ conuexa lustrauerit montium. Iam &. COMVEXA. per.M.ante.V.digam
mon scribendū esset,ex Victorini præceptione,nisi obstaret consuetudo.

ILIONEA Petit Dextra Leuaq; Serestum. In Longobardico codice pro. SERE
STVM . SERGESTVM scriptū est. Nam superius Antea,Sergestū,fortéq; Clo
anthū uiderat. Quod si admittas,uel erit uersus Scazontis hemistichius,more uete
rū,qui uarios interdū numeros alieniq; generis uersus Heroicis immiscebāt;uel Cre
ticus sede quinta statuet.Neq; quidē exēpla desunt præsertim ex Lucretio,qui pedē
huiusmodi qnto loco posuerit,ut.L.iii. Præter.n.q̄ qd' morbis quom corpus egro
tat. Peritiores.n.nōnulli egrotare,eadem analogia,eodēq; modo cū nomine,æger
primā producere syllabam aiunt . quā alii quidam cōmunem statuūt in uerbo egro
to.eodē hoc ipso citato carmine. Poterā & ex.VI.eiusdē exemplū proferre.An cœ
lū nobis intra Natura corruptū,quod in antiquis habet exemplaribus. Sed obsta
bunt aliqui,uel detritā unam ex geminatis cōsonantibus,& coruptū factum,uel ad
huc nō constare,dicēt.quia uulgatis in exēplaribus uersus Sex spondeorū dimensio
ne legat.AN Cœlū nobis natura ultro corruptū.Non secus ac Ennianū illud,quod
circūfertur.Ciues Romani tūc facti sunt Cāpani . Quæ fuit rudis adhuc sæculi licen
tia. Sed ut ad Virgiliū reuertamur,posset quidē legi spondaico uersu. Ilionea petit
dextra. LEVA SERGESTVM . quū in eo codice Longobardico. QVE. parti
cula sæpe supflua reperiat.Quā lectionē nequis superstitiosam nimis arbitret,in Ti.
Donati cōmentariis . SERGESTVM . non SERESTVM . scriptū animaduerti
Sed.n.aliorum codicū auctoritas facit, Vt uulgata sequamur exemplaria.In quibus
LEVAQVE SERESTVM . habetur,qui & ipse Primores inter enumeratur.ut
L . ix . Conueniunt Teucri Mnestheus acerq; Serestus.& Eodem libro superius.In
stant Mnestheus Acerq; Serestus . Quos pater Aeneas , siquando aduersa
uocarent. Rectores iuuenum;& rerum dedit esse Magistros.
Ad reginam.n.cuncti delecti nauibus adcurrerant.

QVEM Dardanio Anchisæ.Alma Venus phrygii genuit Simoentis ad undā.Sunt q
Anchisæ.casu septio legāt,uetere antiq̄ exēplaria. ANCHISAE.scriptū hēnt acqsitiuo
(casu.

MVNERA Lætitiamq; Dei . Minime mirū,si tot Auctores diuersi
abeunt in hemistichii huius interpretatione:quū ueteres quoq; Codices diuersissimi
reperiant. Quoq; quippe alii.DIE.alii.DEI.alii DII.legūt Quod quidē,quū neq;ab
Aulo Gellio neq; a Seruio , neq; ab alio quopiā adhuc determinatū esset, litē ego.
quoq; sub iudice relicturus erā,nisi exēplaria fere oīa uetustiora reclamassent. DEI

legendum esse attestantia. VITEMQ. in Sacris mystico sensu lætitiam signi
ficare sacerdotes Aegyptii submōuissent;ut non insulsa sit interpretatio.Munera Dei
quippe lætitiam,cuius paulo post Bacchus Dator appellabitur;quæ quidem absq; ui
no frigidiuscula fuisset.Verum de hoc latius in sacris Aegyptiorum litteris. Huic
porro sententiæ subscribit ti.Donatus; apud quē in integris eius commentariis ita
scriptum inueni. MVNERA LAETITIAMQVE DEI. in uino tantum
esse missum debemus intelligere q̃rum congrueret cæteris;quæ speciatim numerata
sunt.ordinatio sensus melius intellectum patefaciet;quæ talis est. Nec minus inte
rea sociis ad litora mittit Munera. & dicit quæ sint ipsa munera. Viginti inquit
Tauros;Magnorum Horrentia centum terga suum;pingues centum cum matribus
agnos,lætitiamq; Dei. Scribe uero. LAETITIAM. per.T.syllaba pene ulti-
ma non per.C.quod & ætatis eruditioris marmora,& ipsa nomismata declarant,in
FAVSTINAE. n.Augustæ nummo LAETITIA. per.T.scriptū obseruauimus
in Imp.Cæs.L.V. Pertinacis Aug. LAETITIA TEMPORVM. & eodē modo
ANTIQVAE Ab Origine Gentis, In Lomgobardico exem. (in plerisq; aliis.
plari & in Mediceo. ANTIQVA. legitur;quod & in aliis aliquot aiaduerti;idq;
forsitan nō inepte. Malunt tamen multi. ANTIQVAE GENTIS.legere;neq; id
INCONCESSOSQ. Hymeneos. Historia de Hymaneo adolescēte (indecēter.
Atheniense Qui raptas a piratis Virgines in libertatem uindicauerit,in antiquis ple
risq; Seruii Codicibus manu scriptis nō reperi;quare uereor,ne illa sint adulterina.
FRATER Vt Aeneas Pelago Tuus Omnia Circum Litora Iactetur Odiis Iunonis
Iniquæ. Omnia prorsus exemplaria manu scripta,quæ hactenus legerim,scriptū
ostendunt. IACTETVRQVE ODIIS. particula. QVE. tantum ad susti-
nendum uersum interiecta,ut plerunq; alias.Nam quod aiunt quidā ita ordinem ex
plicandum,ut dicamus;nota tibi ut tuus frater Aeneas iactetur pelago,iacteturq; cir
cum omnia litora,nimium tortuosa mihi uidetur oratio;Quare omnia circum Li-
tora,ampliationē potius esse dixerim,quod parū erat,pelago dixisse.IACTETVR.
uero absq; particula. QVE. libenter legerim,Nam penthemimeres locus omni-
no cōmunis est,cui tamen isti passim ita consultū uoluere ut nullam pene relique-
rint, cui non particulā eam obtruderent. Nisi dicamus figuram esse breuitatis per
detractionem,quā alio loco Quintilianus adnotauit ab aposiopesi diuersam,quū,s.
unū tantum siletur uerbum,idq; manifestum,ita hic detractū sit. ERRET. quippe
pelago,circū omnia litora,iacteturq; odiis Iunonis,quod codicum antiquorum re
uerentiæ concedamus. Demum quod in aliis legitur Iunonis iniquæ,in Lon-
gobardico legere est. IVNONIS ACERBAE. quasi dicat implacabilis,quæ
nulla possit ratione mitescere.Sed.n.id admittendum,quod in pluribus & minus
corruptis exemplaribus habetur, INIQVAE. cui lectioni Ouidii etiam con
gruit parodia. Dira lues populis ira Iunonis iniquæ.
HVNC Phœnissa Tenet Dido. In codicibus plerisq; Antiquioribus. NVNC. le
gitur quod minime displicet,præsertim quū Ti.Donatus exponat.IAM Tenet.
QVO Facere Id Possis. Seruius legit QVA. idest quo modo.In ueteribus tamen
exemplaribus plerisq;. QVO. habetur.In Mediceo. QVA. ut agnitum a Ser-
uio.Quod uero POSSES. in Romano codice est,uitium id familiare.
PLACIDAM Per Membra Quietem. est ubi. PLACITAM. legatur,quod non
æque placet. Placida.n.proprium est Quietis epitheton.
STRATOQVE Super Discumbitur Ostro. Apud.C.Iulium Ro.ubi de præpo
sitionibus agitur,quæ a Suetonio Tranquillo in ordinem digestæ fuerint,uersus
citatur ex Marone,ita scriptus. STRVCTOQVE SVPER Discumbitur ostro
Nam Exstruimusq; toros alibi dictum Et instruimus mensas.Quanq̃ STRATO.
minime displiceat,quod de tapetis intelligendum est.
DANT Famuli Manibus Lymphas. In Romano,in Longobardico,& aliquot aliis

Codicibus antiquis transportatis dictionibus legere est. DANT MANIBVS FAMVLI LYNPHAS. Sed isti Lambdacismum euitare uoluerunt, quum tamen Auctores plerisque huiusmodi syllabarū côcursum uenustati ducant.

TONSISQVE Ferunt Mantilia Villis. Romanus codex & hic & in Georgicis. MANTELIA. per.E.tertia a fine syllaba legit. Ac nequis putet ex familiari quodam scribendi more; quo plurima toto opere in eo codice.I.in.E.mutant; ita hoc etiam loco factum esse.sciendum in aliis quoque Veteribus plerisque codicibus. MANTELIA scriptum esse, Nam in oblongo apparet id manifeste. In Longobardico uero Abrasa dictio est,Sed.n. MANTELIA. omnino prius scriptū fuisse discernitur. Sane. MANTELLVM. apud Plautum, Et apud Lucillium Mantella legitur. Mappas Mantella,merumque.atque ita MANTELIA.

QVIBVS Ordine Longo Cura Penum Struere. est & ubi LONGAM PENVM legas. Dictum.n. LONGAM PENVM a Virgilio FL. Sosipater auctor est. Penum porro fœminino Genere Lucillium quoque dixisse constat, eo Carmine. Magna penus paruo spatio consumpta peribit. Eodem genere usos Pomponium & Næuium ait Nonius,qui non probari ait auctoritatem eorum, qui neutro genere dixerint, quis Festus penora ponat. Quantum uero pertinet ad uulgariorem lectionem, quæ est LONGO ORDINE. ea in pluribus ex uetustis exemplaribus habetur & agnoscitur a Donato.

QVI DAPIBVS Mensas Onerent Et Pocula Ponant. In Romano codice & Plerisque aliis peruetustis.legere est utrunque Verbum indicandi modo, numero etiā uariato,scilicet hoc pacto: QVI DAPIBVS ONERANT MENSAS ET POCVLA PONVNT. quod nescio quid picturatius habet, quum res ipsa ita geri uideatur;quod in priori illo indefinito modo significaret tantum paratos eos esse ad onerandas mensas,& ponenda pocula. Vnicuique tamen integrum sit, quam maluerit lectionem sequi.

ET PVERO Pariter Donisque Mouetur. In Antiquis plerisque omnibus exemplaribus legere est, hoc dictionum ordine. ET PARITER PVERO DONISQ. Mouetur.Mouebatur uero puero,quæ iam animo agitare cœpisset,posse se talem cōcipere ex Aenea.Donis,quia muliebre Genus procliuius est in auaritia. est.n.magis infirmum,ac perinde magis opum appetens,& auxilii.

INSIDEAT Quantus Miseræ Deus,Sunt qui. INSIDAT. Trisyllabum legant. & ita apud Ti.Donatū scriptum est.Id ego nusquam alibi;neque in ueteribus codi.inueni.

ET VIVO Tentat Præuertere Amore. In Romano codice. AMOREM. legitur;quod minime placet, Solet uero ea littera in fine ibi sæpius habundare; tam & si in ueterum monumentis tale aliquid sæpe legas,ut in æde Lateranensi. Antiquo monumento PRO SALVTEM IMPERATORIS. Quod in memoriam redigit Diomedis dictum. gauisos non nunquam ueteres quædam per Barbarismum proferre.hoc autem loco omnino. AMORE. legas.

VOCEMQ. Per Ampla Volutant Atria. Nonnulli codices antiqui. PERAMPLA. Vnica dictione legunt.Sed in Longobardico & aliquot aliis. PER.ALTA legit ut in.iiii.Aeneidos.It Clamor ad Alta Atria.Vulgata tamen lectio receptior.

TVM Facta Silentia. In Longobardico. DVM. Sed. TVM. melius.

ADSIS Lætitiæ Bacchus Dator.Antiqua omnia exēplaria quæ uersamus. ADSIT. uel ASSIT. persona tertia legunt.

DIXIT Et In Mensa Laticum Libauit Honorem. In oblongo codice; quem Pomponii Læti delicias fuisse dicunt. IMMENSVM. legitur,idem in Longobardico,& aliquot aliis peruetustis. In Romano in Mediceo & nonnullis emendatioribus. IN MENSAM. habetur accusatiuo casu.ut in octauo eadem elocutione dictum.In mensam læti libant;eandemque lectiōem uidetur Ti.Donatus agnouisse,Dum in cōuiuiis,cum huiusmodi honorificentia numinibus exhibetur, pro Ara

mensam succedere dicit.Sed.n.uolgata exemplaria Donati,loco hoc ualde corrupta habentur.De libatione uero huiusmodi lege apud Macrobium.iii.Saturnalium.

ET PLENO Se Proluit Auro. In codicibus aliquot antiquis. PLENO SE PROLVIT ORE legis,non AVRO. Ti.Donatus sup hoc ait,Bitiã ideo se etiã pfudisse q̃ auide biberet,& tantũ infunderet q̃ũ fauces eius trãsmittere nõ possent.

DOCVIT Quæ maximus Atlas. In Romano codice,& quibusdam aliis legere est. DOCVIT QVEM MAXVMVS ATLANS. sed cur ATLANS. dictum superius,ubi de Thensauro disputatum. Quod uero legitur. DOCVIT QVEM. Mos est Poetis præstantis aliqua doctrina uiros a Diis uel ab Heroibus doctos asseuerare.In quinto talis elocutio.Tritonia Pallas quem Docuit.Ti.Donatus QVAE legit, ait. n. uideamus qualia canebat, Docuit, inquit, Quæ maximus Atlans,hoc est non turpia,aut obscena,sed uenientia ex philosophiæ fonte,quæ docuerat Atlans Maximus,plenusq; uirtutum.

HIC Canit Errantem. scripsere nonnulli. IS CANIT. uerum illi decepti sunt ex paraphrasi;si quidẽ hoc loco Sosipater Carisius in Solœcismo præpositiuã particulam pro coniunctiua pronuntiatam ait. Hic quidem,pro IS.

VNDE Hominum. genus,& pecudes,unde imber,& ignes.In Mediceo codice legere est. VNDE. HO. GE. ET. PECVDES. GENVS. VNDE. FERARVM. sed cum uulgatis exemplaribus Veteres pleriq; codices cõueniunt.

SE Tingere. Soles. in antiquis dubio procul fere omnibus TINGVERE. legitur.V.inter.G.&.E.litteras medias sita.ex instituto Attii,Neq; Grammatici pleriq; ab hoc uerbo.V.litteram reiiciunt,quum in urgeo,& ungo eam nequaq̃ admittãt Vt apud Velium Longum est. Aduersus tamen cuius sententiam stat omnis pene ueteris scriptionis Consuetudo.

INGEMINANT plausum Tyrii.in Romano codice in Mediceo,& aliquot aliis antiquissimis PLAVSV legitur casu septimo,quod nequaq̃ displicet.

OMNIBVS. Errantem. terris,& fluctibus.In Antiquis aliquot exemplaribus legere est. OMNIBVS ERRANTEM ET TERRIS ET FLVCTIBVS. quod sententiam reddit huberiorem.

IO. PIERII VALERIANI CASTIGATIONES IN SECVNDVM VIRGILIANAE AENEIDOS

I TANTVS Amor Casus COGNOSCERE Nostros. In exemplaribus aliquot antiquis. AGNOSCERE. legitur. Sed. COGNOSCERE. Seruius agnoscit; neq; non Donatus. & reliqua Litteratorum Collegia.

SIC ORSVS Ab Alto. In Mediceo codice una plus dictione scriptum est AB ALTO EST. Sed magis Virgilianum est, ut uerbum id subintelligatur potius, q̃ adscribatur.

LVCTVQVE Refugit. I n codicibus nonnullis saneq̃ uetustis LVCTVM. habetur;quod ego factum Credebam ob notam productæ syllabæ signum;quæ fuisset antiquitus supra syllabam ultimam deiecta;Sed animaduerti Ti.Donatũ quoq; LVCTVM legere quarto casu;& apud Carisium, ubi uersus is citatur. LVCTVS. scriptum esse.

EST IN Conspectu Tenedos. Quamuis nomina Græca,præsertim locorum propria,multum in carmine uenustatis habere,suo idiomate posita,nõ ignoremus,

Eaq; de causa uulgatos pene omnes codices. TENEDOS. scriptitare cœpisse In Antiquis tamen aliquot, præsertimq; in Romano scriptum est. TENEDVS. latina uoce. Et in antiquissimis. M. Tullii codicibus manu scriptis. TENEDVS. legi eodem modo. Vt in Verrinis, quod ad hunc locum facit, libro tertio. Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus Deus habetur, qui urbem dicitur condidisse, cuius ex nomine TENEDVS nominatur. Cæterum in reliquis exemplaribus. TENEDOS, plurimum habetur.

HVC Se Prouecti Deserto in littore condunt. In antiquo exemplari Longobardico. PROIECTI. legitur, qui mos est sese occultantium, & in insidiis latitantium. Sed melius de nauibus intelligere, quum in aliis plerisq; omnibus codicibus P R O V E C T I. legatur.

HIC Acies Certare Solebant. Non displicet, quod in Romano codice. ACIE. CERTARE Solebant. legitur; quae quidem elocutio apud Cæsarem frequentissima est, Sicuti apud Liuium Acie confligere, ut obiter locum apud eum ex ueteri codice recognoscamus. L. iii. de. ii. Bel. pu. cum sex Consularibus exercitibus acie cō (flixisse.

PRIMVS Ibi Ante Omnis. In uetustis aliquod codicibus. ANTE ALIOS. legitur. Sed Omnis, agnoscit Seruius.

AVT Aliquis latet error. EQVO NE CREDITE TEVCRI. Vulgata omnia Exemplaria Seruio adstipulata ita legunt, ut sententia sit, Equo non Credendum, ideoq; ante dictionem. EQVO, puncta adlinunt. Ti. Donatus distinguendum monet NE CREDITE. ab dictione. EQVO. legendumq; autumat. Aliquis latet error equo. Neque hoc tantū distinguit, uerum etiam suspēdit particulam AVT. ut pote qui afferat Laocoonta euidenter dixisse, quid primo & secundo loco sentiret, quippe aut Graecos eo ligno inclusos occultari, aut eam machinam in Troianos muros fabricatam esse. Tertio uero dixisse; AVT. & quum non suppeteret sequens dictum, Confugisse ad generalem suspitionem, dixisseq;. Aliquis latet error equo, quod quum ita sit, separandum est, AVT, & sic dicendum. Aliquis latet error equo. ut de eo quod fuit incertius iudicasse uideatur, quo genere firmauit quicquid illud fuisset, esse debere suspectum, quia originem ducebat ab hostibus. Ex quibus Donati uerbis illud etiam colligitur. NAE CREDITE. affirmatiue legendum. NAE. n. hic non prohibentis sed intensionis particulam esse. Illud quoq; minime dissimulandum, licet paucissimos habeat fautores, quod apud Probum in Arte, ubi agitur de, NE, particula. pro. Ne Credite Teucri Quicquid id est. scriptū habeř, neq; quidē id semel, Ne credite VERI Quicquid id est. Idne errore factum sit an quia ita legeret Probus, mihi non constat id magis apertum quod. Ne, acuto accentu scribendum monet.

TROIAQ. Nunc Stares Priamiq; Arx Alta Maneret. In antiquis omnibus codicibus. quotquot habui. MANERES. persona secunda legi, q̃q̃ Seruius timet τὸ ἀκατάλληλον quare nonnulli. STARET. potius legunt; & MANERES. in fine malunt, sed enim praeter Antiqua, uti diximus, exemplaria, quae utrunq; persona secunda legendum exhibent, Apostropham hic, & cum ingenti dolore animi factam Donatus ait.

FIDENS. Animi. In Romano quidem codice. ANIMO. legitur. Sed. ANIMI. agnoscit Seruius & elocutionis figura huiusmodi apud auctores frequens.

SEV Versare Dolos Seu Certe Occumbere Morti. In Longobardico codice legere est. DOLO. casu septimo, quod Seruius non improbat, subaudiendumq; air Troianos. In eodem codice, ubi raræ admodum Diphthongi sunt, hoc loco CERTAE. cum diphthongo scriptum est, ut Morti adcommodetur, Ergo firmæ, & destinatæ. alii tamen. CERTE. Aduerbium malunt.

CIRCVMFusa ruit, Certantq; illudere capto. In Romano codice. CERTAT. est, unitatis numero, ueluti RVIT. Alii tamen figuram malunt.

ACCIPE Nunc Danum insidias Et Crimine Ab Vno Disce Omnes. Facile quidem adduci possim. Vt ex Ti. Donati sententia CRIMEN legendum credam, quam lectionem omnino Seruius respuere non uidetur, licet priore magis approbet. dũ exponit crimine ab uno, hoc est causa. Vt crimen amor uestrum. Praeter uero seruianam huiusmodi interpretationem pleraq; omnia uenerandae uetustatis exemplaria quae in manus nostras deuenere uno exemplo legunt CRIMINE AB VNO DISCE OMNIS. Sed.n. quia Litteratissimi plerique Viri ultro in Donati sententiã eũt. libuit ex iis, quae ille super hoc cõmẽtatus est, quod in uulgatis codicibus desideratur, adponere. Accipe nunc Danaum insidias & Crimen. Duplici genere criminationis Graecos aspergit ex psona captiui, atq; ut satiaret addidit, ab uno disce omnis, unum quippe notabile uult esse in Viro forti, ut non congressu sed insidiis certet. ostensurus autem Sinonem Mendacem, periurum, Sacrilegum, ait CRIMEN. ut non Sinoni solus sed qualis esset, tales esse omnes Graecos assereret. In hanc sententiam nonnulli trahunt Catullianum illud ex antiqui Codicis lectiõe, Vatiniana Meus Crimina Caluus explicasset, hoc est Poema in Vatinii crimina.

INSVPER Ipsi Dardanidae Infensi. In Romano codice & plerisq; aliis antiquis legere est. ET SVPER IPSI. Quae lectio est codicis etiam Donatiani, neq; non Medicei. In nonnullis utraq; lectio habetur, una plus syllaba uersu corrupto.

CVNCTA Equidem Tibi Rex Fuerint Quaecunq; Fatebor Vera. Nonnullis in codicibus peruetustis legere est. FVERIT QVODCVMQVE. singulari numero. qđ non sum nescius plurimos esse, qui priori faueant lectioni. quia. s. cuncta praepositum est nomen multitudinis Sed.n. Seruius. Fuerit quodcumq; uidet agno uisse, dum exponit. quicumq; me sequatur euentus. Cum Seruio est Donatus, qui a perte Fuerit quodcunq; interpretatur, hoc modo. Cuncta inquit, & quicquid fuerit fatebor. ut FATEBOR. bis accipiatur, ne fiat per numeros uitium, ut sit fatebor cuncta. item fatebor quodcunq; fuerit. In Mediceo codice CVNCTA QVIDEM legitur. Sed EQVIDEM ex eorum sententia est, qui primam personam ei inesse aduerbio uolũt; ut sit equidem ego quidem, quum tamen Cato apud Sallustiũ dicat. Quare uanum equidem hoc cõtilũ est. nisi & Sallustiani quoq; codices corru.

REGNVMQVE Vigebat Consiliis. Sunt qui REGVM CONCILIIS. (pti sunt. legendum autument. Sed id licet ego nusq; in his uetenbus legerim exemplaribus; inueni tamen apud Ti. Donatum. REGVM. interpretatum, hoc modo. Deferebatur.n. Patri meo, quia in numero Regum fuit, & plurimũ uiguit. Haec nobilitas generis idcirco composita est, ut Troianorum misericordiam de praeterita, & praesenti fortuna prouocaret ad lenitatem.

INVIDIA Postquam Pellacis Vlyssi. In Longobardico & in aliquot aliis antiquis Codicibus. FALLACIS. legitur, quam ego paraphrasin fuisse puto, quis ita etiam scriptum sit in. codice Catisiano, quem Longobardicis characteribus scriptum Ianus Parrhasius mihi legendum commodauit; uersu eo loco citato, ubi de nominibus in, E, quae sine ratione genitiuum In. I. faciunt, differit. Nam codicum referre uarietates super huiusmodi terminatione iã supuacuum est. Sed q̃tum pertinet ad epitheton, utrum quippe Pellacis an Fallacis legẽdum sit, Velius Longus exemplũ citat ex Virgilio. PELLACIS VLYXIS. Vbi ex praepositione, PER. R. litteram. In. L. abire dicit, quoties. L. altera subsequitur. neq;. aliter unq̃ legi apud Lucillium affirmat. q̃ pellicere, quod est inducere.

SVPERIS Concessit Ab Oris. In codice longobardico. EXCESSIT. Sed. CONCESSIT. Donato agnoscitur; apud quẽ habes. Non dixit, mortuus est; sed concessit, ut memoria eius digna esset, quae post hominis finem uiuere mereretur.

IN VVLGVM Ambiguas, Sane VOLGVM ea quippe scribẽdi ratione, qua nsos Veteres nemo inficiatur, non in Virgilianis tantum codicibus per. O. prima syllaba notatum inueni, uerum etiam in Liuianis manu scriptis, hisq; peruetustis Vt. L. iii.

de.ii.bel.pu. Huic non apud uolgum modo fides fuit. Quod uero super nominis genere disputatur, Virgilium, Sisennam, Attium, & Varronem Volgum masculino genere posuisse; Neutro Lucillium, atq; eo loco Virgiliũ, Ignobile uolgus. Sosipater ex ueterum grammaticorum opinione ait, Volgus masculini generis potius q̃ neutralis, quia nullum neutrale bissyllabum .VS. litteris terminatũ genitiuo in. I. ultima exit syllaba. Sic ille.

NEQVICQVAM Ingrata. In codicibus aliquot antiquis & hic & alibi. NEQVIQVAM scribitur absq; ulla alia consonante inter. I. &. Q. Sed. n. Victorini præceptum est in hæc uerba. QVIDQVAM. & QVIDQVID. & QVODQ ꝓpria syllaba quoties habuerint. D. id nos ꝓducire, & suppõite. C. ne duæ partes integræ esse uideantur Ex hoc præcepto uolunt. NEQVIDQVAM. in teriectio. C. notari. Sed qui scriptionibus antiquis fauent. NEQVIQVAM aduerbium a casu ablatiuo desumunt, ueluti etiam Nequaq̃, atq; ita utrũq; eodem modo sine. C. scribunt. Frigida hæc omnino uel Fab. Quintilianus esse dicat, sed hoc temporibus erudiris; Nunc corrupta adeo loquendi scribendiq; ratione, minime uitio detur, siquis etiam talia perquirat.

SCITATVM Oracula Phoebi Mittimus. In Longobardico codice. SCITANTEM. legimus; quod agnoscit Seruius; & participium pro participio positum ait. quippe pro scitaturum. Sed enim Sosipater Carisius. SCITATVM, legit in solœcismo; proq; Sciscitatum positum ait.

ANIMAQVE Litandum Argolica. In codice Longobardico legere est quarto casu. ANIMAMQVE LITANDVM ARGOLICAM. quod alii uiderint. Nam hæc per septimum casum proferri potius consueuerunt. Est etiam in Mediceo una plus dictione. LITANDVM EST. quod quidẽ uerbũ etiã cũ decoro

COMPOSITO Rupit Vocem. In codice Longobardico COM- (reticetur. POSITAM. legas. Sed enim composito aduerbium Eruditis magis auribus satisfacit. In Mediceo. RVMPIT. præsenti tẽpore est; quae forma narratiõi cõgruit.

ATQVE Arcta Leuari Vincla. Antiqui pleriq; Codices. ARTA. habent absq; C. curq; id ita fieri solitum, grammaticorum ueterum dictata alibi citauimus.

VITTAEQ. Deum Quas Hostia Gessi. In antiquis aliquot exemplaribus punctum obseruaui ante. DEVM. ut sit; quas gessi Deum Hostia. Seruius tamen Deum uittas mauult legere.

SI MAGNA Rependam. Sunt antiqui Codices. in quibus. REPANDAM, scriptum. inueni; sed id potius inscitia librarii q̃ pro manifestare sit positum. Nam magna rependere pollicetur Sinon; qui iã uitae. ac libertatis praemia sit cõsequutus

SECVM Aduexere Carinis. In Mediceo codice & aliquot aliis. AVEXERE. legitur ut sit ex eodem loco, undi digressi prius auguria cœperant.

HANC Tamen Immensam In Mediceo. HANC ADEQ IMMENSAM legitur, sed TAMEN. receptum magis.

PRIAMI Imperio Phrygibusq; Futurum. In codicibus aliquot antiquis; PHRYGIIS. legitur sed PHRYGIBVS emendatior omnino lectio est.

CAPTIQVE Dolis Lacrimisq; coacti. Seruius COACTIS legit, remq; Terentii testimonio suffulcit. Nusq̃ tamen in ueteribus exemplaribus id inueni, q̃q̃ in Mediceo nescio quid huiusmodi abrasum in eius dictiõis fine discernitur. Quam uero Ouidii Synepeiã huc nõnulli citant. Oculi lacrymis maduere coactis. longe diuersa est a uirgiliana sententia; Nam ibi Ouidius de Procne loquitur, quae inspecto Ity filio coacta sit maternae pietatis impulsu lacrymare, fœdæ immanitatis, quam in eum parabat, sibi conscia, atq; ideo dicit. Inuitiq; oculi lacrymis maduere coactis In Sinone uero, quũ lacrymæ dubio ꝓcul fictae essent, ideo cogi eas necesse fuit; quia neq; dolor, neq; affectus ullus erat, qui sponte soleat lacrymas ciere. sed & Ti. Donatus coactis legit, si modo codex fidelis est. Vtcũq; tamẽ alii, atq; alii senserint,

minime absurdum mihi uidetur, si legamus Capti dolis, & coacti lacrymis, quo etiã modo si legas apud Donatum, nihil quicq̃ eius sententiam immutaueris.

IVBAEQVE Sanguineæ Exuperant Vndas. In ueteribus aliquot exemplaribus legere est SVPERANT VNDIS. In Mediceo SVPERANT VNDAS. Sed enim EXSVPERANT longe maius quiddam ostentat.

SINVATQVE Immensa Volumine Terga. In codicibus plerisq; peruetustis legitur SINVANT pluralitatis numero. Quippe Angues Toti, quæ lectio carmi nis etiam tonum reddit canorum magis.

TENDIT Diuellere Nodos. Vetera quædã exemplaria DEVELLERE habẽt, Sed

FVGIT Cum Saucius Aras. Antiqui codices pene omnes cũ id uitio tẽporũ. Mediceo ARAM unitatis numero legunt, quæ quidem lectio mihi castior uidet.

TVNC Etiam Fatis Aperit Cassandra futuris. ORA Dei Iussu Non Vnq̃ Credita Teucris. In oblongo codice peruetere IVSSO legitur, a recto Iussum. Vt illud, Et iam iussa facit. Sed IVSSV magis placet, ut Suaue magis. Est uero illud animaduersione dignũ, quod in codicibus aliquot antiquis oratio eo loco punctis dissita est. Aperit Cassandra Futuris Ora Dei Iussu. Vt sit ordo. Cassandra Non Vnq̃ Credita Teucris. Tunc iussu dei aperit ora futuris fatis. non autem illud. Nõ Vnq̃ Credita Teucris Iussu Dei, Cuius rei caussam Seruius ex Cõmodo suo commi niscitur; Et Donatus ait, responsa Cassandræ Apollinis iussione fuisse damnata. At qui magis pium est dicere deum semper consulere humanis rebus qui diuinationẽ mortalibus elargitus est ut mala cauere possemus. Cunq; ea lectione legere, iussisse deos, ut Cassandra tunc uaticinaretur. Præterea sententia hæc ita explicata tẽ auget; & fatorũ uim maiorem ostendit; quum dicat neq; quidem deorum admonitu fieri potuisse ut quæ fata decreuerant infortunia, uel scientes potuerint euitare

ET Iam Argiua Phalanx Instructis Nauibus Ibat. Vetera quædam exemplaria IBANT legunt, numero multitudinis, quam lectionem agnoscas apud Ti. Donatum, si in integra eius incidas commentaria. Ita enim illic habetur. Iter per terram dicimus fieri, Hoc tamen loco IBANT inquit, hoc est nauibus ferebant. q̃m insulam dixerat Tenedum; ne, si nauium non fecisset mentionem, putaretur immemor sui, ut terrã poneret, quam secundũ descriptionem supiorẽ nullã esse cõstabat.

LAETIQVE Cauo Se Robore Promũt. In Longobardico codice PRODVNT legitur; quod minime displicet. Sed enim promere de iis dicitur, quæ condita fuerint, de his autem superius dictum est. Nota conduntur in aluo.

ET Dirus Vlyxes. In codice Longobardico. DVRVS Vlyxes, legitur, quem Horatius patientem, Homerus πολύτλαντα uocant, id uero duri hominis, ut Durum a stirpe genus; & Dardanidæ duri. Inferius uero omnino legitur Dirus, uideturq; proprium epitheton apud Maronem Dirus Vlysses; Vt immitis, & sæuus, Achilles. Sunt etiam antiqui codices, in quibus DIVVS habeatur; nempe quia toties aqud Homerũ egere est δῖος ὀδυσσεύς ... Sed enim in hostili persona ubi præsertim improbãtur res gesta, non congruit epitheton illud honorificũ. Quã uis Fl. Sosipater, ubi de tropis agit, hæc ita. Epitheton dictio est uocabulo adiecta ornandi, aut destruendi, aut indicandi causa. Ornat, sicut Dius Vlyxes. Ita enim in ueteribus Sosipatri codicibus habetur; In aliquot & Dirus. Destruit, sicut, Scelerumq; inuentor Vlyxes. Indicat, sicut, Larissæus Achilles. Sed hoc exemplũ ita positum, loco non citato, nõ mihi tanti est, ut propterea lectionẽ DIRVS loco hoc immutare uelim. Carisius enim ad id respexit, quod uti diximus Homerus Vly

THERSANDRVS Sthenelusq; Duces, Quidam Codices ex ... uocat. proximioribus editionibus TISANDRVS legunt; quum tamen passim apud græcos celebre sit Thersandri Polynicis filii nomen. In Romano codice Vaticanæ bibliothecæ desiderantur paginæ uersusq; omnes a captura Sinonis, usq; ad uersum, qui libro quarto incipit, Instauratq; choros mixtiq; altaria circum.

ATHAMASQVE Thoasq;. In Longobardico, in Mediceo, & quibusdam aliis codicibus antiquis legere est ACAMAS. Quod quidem nomen inter Græcorum proceres censeri apud Quintum Smyrneũ inuenias, qui τὰ μεθ' ὅμηρον scripsit. Fuit & Acamas Thesei. F. a quo Demosthenes agnoscit tribum Acamantida ἐν τῷ πρὸς βοιωτὸν περὶ τοῦ ὀνόματος; quod obseruat Harpocration.

LARGOSQVE Effundere Fletus. In Mediceo codice REFVNDERE legitur. Sed EFFVNDERE accepuius. Quin etiã nonnulli codices FLVCTVS habent; Sed nulli FLETVS. non castior lectio uidetur.

EXVVIAS Indutus Achilli. In antiquis exemplaribus ACHILLIS habetur, recta declinatione, non enim hic ὁμοιοτέλευτον illud seruiantĩ timendum est. Suntq; aliquot exemplaria, in quibus EXVVIIS legatur septimo casu. Vtrunq; latinum est. Sed EXVVIAS quarto casu placere magis uideo eruditis Viris. Demum & INDVCTVS ab induco in peruetustis aliquot exemplaribus habet. Sane scriptũ ab Augusto Tranquillus ait. Si mane sibi sinister calceus pro dextro induceretur. & apud Plinium. Diuus Augustus prodidit sibi calceum præpostere inductum; placet tamen INDVTVS ab induo, ut uulgo habetur.

O Lux Dardaniæ. In antiquis aliquot codicibus legere est. DARDANIDVM. Tam etsi non nescimus ex Mnasea Dardaniã regionẽ appellatã, quæ Teucris prius uocabatur. Dardanus porro Troadis oppidum est Stephano.

SPES O Fidissima. Vt praeteream quod in ant. cod. scriptum est ex instituto Augusti. SPES O FIDISSVMA. Illud me magis mouet, quod in uetustissimo quodam codice litteris propter uetustatem caducis difficile est discernere utrũ Fortissima, an Firmissima sit adscriptum. Sed enim, ut Firmissima non improbarim, ita Fortissima nunq̃ admiserim, decenter enim spes aut firma, aut fida ponitur.

RVIT Alto A Culmine Troia. In Mediceo codice non est. A. praepositio, sed supra alto, ab κατὰ περίφρασις notatum. Vulgata tamen lectio; quæ est ALTO A CVLMINE satis pulribus facere uidetur.

PERERRATO Statues Quae Deniq; Ponto. In codice Longobardico & aliquot aliis QVI non QVAE legitur, ut sit, Qui deniq; statues ea magna pererrato ponto. Sed enim magis placet, quod in uulgatis habetur exemplaribus, QVAE Mœnia.

CLARESCVNT Sonitus. In antiquissimo codice legere est CONCRESCVNT SONITVS. superaddita etiam paraphrasi, spissantur. Crescere enim & concrescere de sonitu non sine horrore dici potest. Hic uero non clamores tantum, sed & armorum concursationes, & corruentium ædiũ fragores audiebantur. Vt opus esse uideatur uerbo plenius aliquid resonante.

IAM Proximus Ardet Vcalegon. Ne quis dicat nos super antiqua scriptione curiosos nimis, si PROXVMVS in ant. cod. scribi dixerimus. Apud Carisiũ quoq; ita scriptum inuenimus antiquo codice. Vbi locũ citat Crispi ex .iii. unde Virgilius locum desumpserit. Non tu scis, siquas aedis ignis cœpit acriter; haud facile sunt defensu, quin & comburantur PROXVMAE.

CVRSVQVE Amens Ad Litora Tendit. In oblongo codice perueteri, & in Mediceo, & plerisq; aliis AD LIMINA legitur. Quam lectionẽ Seruius agnoscit Attenendaq; est Aeneae uirtus; ad quem Sacerdos cũ sacris & Nepote paruulo cõfugeret. Eadem lectione sententia diuersa, Donatus ait. Cursuq; amens ad limina tendit. Tutis exclusus ad intuta confugiens, plenam testabatur amentiam, quum eo fugiens curreret, ubi cum ipsis diis potuisset incendi.

OBSEDERE Alii Telis Angusta Viarum Oppositi. In codicibus antiquis Mediceo, & aliquot aliis legere est OPPOSITIS. quippe telis; & ita etiam est in Donatiano codice. Inuenio tamen. S. litteram superfluam saepe alicuius dictionis fini adiectã, si p̃sertim dictio sequẽs ab eadẽ incipiat, distantium celeritate librariis deceptis; ueium

deceptis ; uerũ hic nihil est,quod offendat,si Oppositis telis legere,antiquis magna ex parte codicibus adstipulantibus cuiquam uisum fuerit.

STAT Ferri Acies Mucrone Corusco Stricta. Sunt codices. In quibus legere est. STAT PERNICIES MVCRONE Corusco;quod quia nõnullis alienũ a Virgiliana phrasi uidebatur,eram dissimulaturus,Verum ubi in Ti. Donati cõmentaria incidi,animaduerti hominem lectionem hanc agnouisse. longa etiam adiecta paraphrasi,ita enim est. STAT PERNICIES. Omnia aduersa sunt, & in eum desperationis cardinem ducta,ut nec consistere in patria quisq̃ sine pernicie posset,nec saluti fugiendo consulere. Sed enim longe magis placet. STAT FERRI ACIES. ut agnoscit Seruius,& aures adprobant eruditæ.

ET Maximus Armis Iphytus. In codicibus omnino plerisq;. ARMIS. legitur. In aliquot uero aliis Maximus. ANNIS. habetur,quod inferiori sententiæ respondet. Quorum Iphytus æuo iam grauior. In nonnullis etiam ex his Antiquioribus & hic & inferius,Epytus.scriptũ est.per.E. prima syllaba.& absq; aspiratione.In aliquot EPHYTVS cum aspiratione. Sed Iphytus receptũ magis.

ILLIS Qui Ad Troiam Forte Diebus Venerat. In Mediceo & codicibus antiquis plerisq; omnibus;absq; relatiuo. QVI. legere est. ILLIS AD TROIAM Forte Diebus Venerat;quæ loquendi figura etiam alibi est apud Virgilium,relatiuo prætermisso.ut Vrbs Antiqua fuit,Tyrii tenuere coloni,subintelligitur, QVAM scilicet Tyrii coloni tenuere.

QVOS Vbi Confertos. Quamuis. CONSERTOS. in codicibus aliquot antiquis habeatur.Ex codice tamen Mediceo,& ex Longobardico. atq; ex aliquot aliis neq; non ex Donatiano exemplari,& Arusiano. CONFERTOS. legerim.eo significato,quo apud Sallustium legitur.Catilina memor generis,atq; pristinæ suæ dignitatis in confertissimos hostes incurrit; & ita apud alios frequentissime.

SI Vobis Audentem Extrema Cupido Est CERTA SEQVI. Donatus. AVDENDI EXTREMA. uidetur agnoscere.& in ordinatione Sensus ita digerit structuram. Si uobis audendi extrema cupido certa sequi. Sed enim exemplaria Vetera pene omnia. AVDENTEM. leguntur animositatis laus Aeneæ præcipue deferatur. AVDENTEM. quidem prius etiam in Mediceo scriptum fuit; Inde aliena manu & atramento. AVDENDI Gerundii uoce factum.

ET Plurima Mortis Imago, Veteres aliquot codices. NOCTIS IMAGO legunt:Sed MORTIS. omnino melius iudicio doctorum habetur.

ANDROGEOS Offert Nobis. Vetera exemplaria pleraq; cum Mediceo ANDROGEVS. Idiomate latino scribunt. In quo Tritimemeris obseruanda,ut Pectoribus inhians spirantia consulit exta.Qui uero syllabæ timuerunt ANDROGEOS per. ω. magnum Atticorum more scribere maluerunt;quod etiam nulla cogente necessitate inferius factum. Haud secus Androgeos uisu tremefactus abibat Alii satis imperite. SE. pronomen intrusere superfluum. Androgeus se offert nobis,obliti pronomen id paulo supra positum. Non nullis autem tanta fuit græcitatis cura,ut alibi genitiuum etiam eadem Atticorum scriptione scribendum curarent,ut eo loco comantem Androgeo galeam. Sosipatro Carisio reclamante. de quo loco suo dicetur. Nam parua hæc, ne plenius disputata fastidium faciant, pluribus locis dispescere melius uisum; q̃quam recte multi dicunt, quæ faciant ad institutionem,eo utiliora esse,quo pluries repetita.

SENSIT MEDIOS DILAPSVS IN HOSTES. Vt missam faciam lectionem DILABSVS. AD. HOSTIS. quae minime placet, In Antiquis Prisciani codicibus hoc non uno loco citato uersu legere est. MEDIOS ILLAPSVS IN HOSTIS. pro; se illapsum esse,quod ideo placet,quia dilapsus contrarium habere significatum uideretur. quippe aut effugere, aut in diuersas partis labi. Sunt, qui per. E. DELAPSVS. legant non

fane impropriè, ut in Catisiano habetur codice, dicente eo solœcismum hic esse Trã smutatione per casum in participiis. Nam & is nominatiuum agnoscit pro acto.

DENSIS Et Circumfundimur Armis. In codicibus plerisq; Veteribus legas CIRCVMFVNDIMVS. quod minime displicet, quum præsertim legerim apud Ti. Donatum. Irruimus inquit, densis & Circum fundimus, armis hoc est in circulũ fundimus, atq; uniuersos occidimus.

ATQVE Hic Exultans Successu, Animisq; Coroebus. In Mediceo & Antiquis codicibus pene omnibus ordo numerusq; dictionum ita habet. ATQVE HIC SVCCESSV EXVLTANS ANIMISQVE COROEBVS. Vtrumq; iudicio meo æque auribus adblanditur.

MVTEMVS Clypeos. Varium modo genus, modo diuersa scribendi ratio, In hoc nomine. Clypeus. Grammaticos semper diuersos egit. Nam ex Veteribus codicibus aliquot per . y . CLYPEOS . aliquot per . I . CLIPEOS . non nulli per . V . CLVPEOS . scribunt. Sed enim inter clipeum per . I . & CLVPEVM per . V . differentiam ponit Cornelius Fronto. CLVPEVMQ. per V . imaginis esse dicit. per . I . uero armorum. Quare si Frontonis admittenda sit differentia, quum subsequatur Danaumq; insignia nobis aptemus, ad imaginem respexisse uidetur, Nam & Seruius ait in Græcorum Clypeis Neptunum, in Troianorum Mineruam pictam fuisse, hic clypeos uel CLVPEOS, (idem enim est) scribendum non ægre consenserim. Sed enim alii sunt qui Genus nõ scriptionem differẽtiam facere putent. Ait enim Labienus Clypeum neutro genere imaginem significare, Virili uero inter arma poni a quo diuersus est Pomponius dubii Sermonis libro secundo. ubi clipeus & clipeum indistincto genere dici ait sed litte ra differre. Vt pugnatorium per . I . CLIPEVM dicamus imaginem uero per . V . CLVPEVM. Vt etiam ex Cornelio dicebamus. Erant uero huiusmodi imagines, quales ad alicuius rei memoriam exculpi consueuerunt. Eam uero differentiam improbat Carisius quum Clipeus per . I . & Clupeus per . V . non alia ratione dicatur q̃ maximus & Maxumus. & Optimus ac optumus propter communionem . I . & . V . litterarum, quum itaq; inter se ita Veteres altercentur, resq; parui sit momenti, & maiora nos interpellent, hoc nos interim in medio relinquemus.

DOLVS An Virtus Quis In Hoste Requirat. In codicibus aliquot antiquis legere est. QVIS AB HOSTE . sed melius . IN HOSTE . Est & REQVIRET . Sed longe magis placet . REQVIRAT . Vt In Mediceo & aliquot aliis emendatiorib⁹ exemplaribus habetur.

ANDROGEI Galeam. Veterea illa exemplaria, quæ ANDROGEOS In recto posuere, paternum casum eodem hic idiomate scribunt ANDROGEΩ. Sed enim Sosipater, qui scriptum afferit a Virgilio libro Sexto. In foribus letum ANDROGEO. Loco tamen hoc ut in Mediceo etiam est agnoscit ANDROGEI . Cuius hæc sũt uerba. Si fuerit nominatiuus Androgeos Genitiuus erit Androgeo. Vt apud Virg. In Foribus letum Androgeo. Sed apud eundem inuenimus Androgei galeam, Sed non ex eodem nomine. Nam si fuerit hic Androgeus Androgei facit genitiuo. Vt idem Virgilius Penelei dextra Diuæ armipotentis ad aram. quum tamẽ huius nominis Peneleos nominatiuus sit apud Græcos. [illegible]

CLYPEIQ. Insigne . Decorum. Sunt qui . DECORI . Scribant ut sit clypei decori. Sed longe melius INSIGNE DECORVM . ut agnoscit Seruius.

SE SE Medium Iniecit Moriturus In Agmen. In Mediceo & plerisq; aliis ueteribus codicibus. PERITVRVS. habetur. Dum uero hæc publicari cœpta essent, Camillus Porcius, Antistes Aprutinus Romanæ decus eloquentiæ Codicem ueterem mihi obtulit, In quo tum alia Vulgatis a lectionibus diuersa, tum hoc ipsum. PERITVRVS . scriptum est. Nam perire omnino plus est q̃ mori.

DOLOPVMQVE Exercitus. Exemplaria quædam antiqua . DOLOPVMVE.

legunt,& ita apud Ti.Donatum habetur, quum tamen. QVE. nihil offendat.
SIQVOS obscura nocte PER VMBRAM Fudimus insidiis TOTAQ. AGI TAVIMVS VRBE. Antiqui aliquot codices SVB VMBRAM. legunt Sed mihi non displicet. PER VMBRAM. in Longobardico etiã, legere est TO TAMQ.Agitauimus Vrbem. Vt sit fudimus per umbram & agitauimus per totam urbem.Sed.n.uulgata lectio magis recepta est.Totaq; agitauimus urbe.
APPARENT Primi Clipeos. In codicibus aliquot antiquis,eodem membro legas. ADPARENT PRIMI. disiunctim inde,Clipeos mentitaq; tela adgnoscunt.Donatus mauult primi clipeos,mentitaq; Tela agnoscunt.
ILICET Obruimur Numero. Male multi scribunt. ILLICET. geminato. LL. quod ex,ire licet,Contendant. R. litteram in. L. abire uocali. E. detrita. Ait uero Martius Salutaris qui citatur a carisio. Ilicet loco hoc interiectionem esse grauiter ingemiscentis &ita accipiendum illud ex Eunuco Terentii.Actum est ilicet peristi. Nam & hic non est in loco,aut statim,continuo. Sed pro eo quod est. HEM. ut sit,Hem peristi. Libro uero Aen. xi. Ilicet in muros tota discurritur urbe.Celsus ait pro illico uel statim positum, Antiquos pro,eas licet posuisse. Pro Nunc,Affranium in Materteris.An tu eloquens Ilicet,idest subito,aut extemplo.
CLYPEOSQ. AD TELA Sinistris protecti obiiciunt. Vetera aliquot exemplaria AC TELA. legunt. Sed AD TELA agnoscit Seruius,dum exponit; contra tela;Sunt & codices antiqui. In quibus AD TECTA. scriptum sit. Sed. TELA omnino castior est lectio,animaduersum.n.est in oppidorum expugnationibus milites dũ scalas scandũt sinistra manu ad tela clipeũ obiectare dextera uero uti ad apprẽdendũ id q; ipse Poeta graphice describit dum addit prẽsant fastigia dex
DARDANIDAE contra turres ac tecta Domorum. in antiquis aliquot (tris. codicibus TVRRES ET TECTA. legas.Sed hoc parui est momenti.Illud potius dicendum;quod in Mediceo codice TOTA Domoq; Culmina legitur; quanq; Seruius TECTA. agnoscit.
AVRATASQ. Trabes. Sunt Antiqui codices; In quibus. AERATASQ. TRABES. legitur.Sed AVRATAS magis Virgilianum uidetur. Libenter enim Poeta noster omnia solet auro decorare. Vt illud.Pendent Lychni laquearibus aureis.& Barbarico postes auro. alia uero ratione alibi nexas ære Trabes legas, porro hic pathos est a rei preciosæ perditione.
DECORA Alta Parentum.In codicibus aliquot antiquis. DECORA ILLA. legitur,quod emphasin habet.alibi uero. SCENIS Decora Alta,lectum,quod quidem epitheton longe quid sublimius ostendit.
IMAS Obsedere Fores. In Antiquis aliquot exemplaribus. VNAS. legitur,hoc est solas,ut qui putarent non aliunde ingressum dari. IMAS tamen,hoc est interiores magis placet,de quibus inferius dictum Armatosq; uident stantis in limine primo.posteaq; Priami & Veterum penetralia Regum apparuere.
SAEPIVS Andromache. Sosipater Carisius ait Solœcismum esse Trãsmutatione qualitatis in aduerbiis.Sæpius pro Sæpe, hoc citato uersu.
TVRRIM In Præcipiti Stantem. Ridebunt fortasse nonnulli,qui stomacho sunt admodum delicato,si utrum Turrim per.I.an Turrem per.E.loco hoc scribendum sit quæsierim,sed utcumq; illi ægre ferant se doceri, nos quorundam ex Veteribus eruditissimorum hominum uestigiis inhærentes,nihil qua liceat,præterituri sumus quod ad minimorum etiam uitiorum,que usq; inoleuerint, emendationem faciat, Vt loco hoc nullum ego exemplar ex uulgatis aspexi;In quo non. TVRRIM. per. I. uocalem tertiam scriptum esset. Et causatiuum casum in. IM. semper mittere Puppim.Sitim.Securim.Turrim Sosipater ait;Obseruasse tamen se. TVRREM. apud Virgilium per.E.uocalem secundam,libro Secundo. TVRREM IN PRAECIPITI STANTEM.Hoc,tam & si haud magni alicuius

momenti est,tam diligentis tamen Scriptoris obseruatio ostendit multa adeo esse; quæ in hunc modum librariorum incuria lanci narit.

ET ACHAICA Castra. Aduerte κατωνειδισμαι In opprobrium poni, Veluti etiam superius Dorica castra. In Codicibus tamen aliquot antiquis. ACHAIA CASTRA. legimus dissoluta diphthongo. ἀχαΐα. ἀπὸ τοῦ γὰρ ἀχαΐδος τὸ ἐθνικὸν ἀχαιός. Itam & in Mediceo codice eo uersu,qui est in Quinto O miseras quas non manus inquit achaica bello,scriptum est Achaïa.nō tñ hæc efficiunt,ut Achaïca mutemus.

EA Lapsa Repente. In plerisq; Codicibus,absq; pronomine ullo legitur. ELAPSA quod nequaq; placet, De littera uero.B.in eo participio dictum alibi.

ET Luce Coruscus. AHENA. notat Gellius uidisse se mirandæ uetustatis codicem,qui quidem ipsius Virgilii fuisse credebatur. In quo,loco hoc. AENA. scriptum esset. H. littera supra addita,quum absq; adspiratiōis nota prius scriptum esset. Sic eo quoq; loco undam tepidi despumat AENI. uerba Gellii nonnulli aliter interpretant.

LVBRICA Conuoluit Sublato Pectore Terga. In perueteri quodā codice scriptum animaduerti SVBLATO PECTORA TERGO. Sed longe melius LVBRICA TERGA. quod Seruius etiam agnoscit.

IAMQ; Excisa Trabe Firma Cauauit Robora. In perueteri codice Longobardico CAVABAT. habetur,neq; obstat quod præteritum subsequatur,ostendit.n. hoc celeritatē in conficiendo negotio. Consentiūt tamen oēs In. CAVAVIT.

AMPLEXAEQ; Tenent Postes. Hoc autem loco. POSTIS. plurimum in Antiquis exemplaribus inuenitur. Varie uero semper disputatum ab auctoribus, Vtrum Casus plu. huiusmodi nominum Tertiæ declinationis per. IS. an per. ES. enuntiari debeant. Nam ex Veteribus Grammaticis non desunt qui super hoc casu præceptum hoc obseruandum esse sentiant. Vt quando genitiuus casus numeri plur. VM. litteris ante Consonantem concluditur, Tunc Accusatiuus casus numeri plur. ES. litteris definiatur,ut puta horum parietum hos parietes. At uero tunc Accusatiuus casus numeri pl. IS. litteris concludatur quum genitiuus Casus num. pl. IVM. litteris definitur. Vt puta hos TALIS. quoniam horum talium facere demonstratur. Quod præceptum ut imperite datum redarguit Probus in arte. Quando quidem sunt nomina,quæ genitiuo casu numeri pl. IVM. litteris definiātur. & Accusatiuo Casu num. plu. ES litteris Concludantur. Vt puta harum Nubium (ait ille) Num quidem has nubis, Sed has nubes facere pronunciatur. Item sunt nomina quæ genitiuo casu num. pl. VM. litteris ante consonantem concludunt,& Accusatiuo casu num. pl. IS. litteris concludantur, ut puta horum parentum hos parentis. Quo sono Sall. per liberos atq; parentis uestros sciuit esse pronuntiandum. Item sunt nomina,quæ genitiuo casu num. plu. IVM. litteris definiantur & Accusatiuo casu num. pl. ES. & IS. litteris Concludātur. Vt puta horum postium. hos postes. & hos postis; Qua ratione præcipuus Maro eosdem postes ex utroq; sono pronuntiauit. Amplexæq; tenent POSTES. item. POSTISQ. sub ipsos nituntur gradibus. Sane quidem in Mediceo casus huiusmodi plurimū per. IS. scribunt; hoc uero loco POSTES. scriptū est, ex Probi sententia.

EMOTI. Procumbunt Cardine Postes. No. Marcellus. EMOTO. agnoscit. Vbi hoc uersu teste Virgilium Cardinem uirili genere protulisse dicit. Nulla enim alia dictio est. ex qua genus apparere possit. Nam ex ueteribus sunt,qui hanc Cardinem dixerint. Vt illud sonat impulsa Regia cardo.

SPES Tanta Nepotum. Sunt qui dicant in codicibus aliquot antiquis scriptum esse SPES ILLA NEPOTVM. ego lectionem eam nusq; in exemplaribus quæ mihi uersare contigit,inueni, Sed. TANTA. fere passim; quam lectionem Donatus agnoscit, In uno tantum. QVANTA. per exclamationem haberi. & AMPLA. scriptum In Mediceo codice uetusto. Tanta tñ melius.

ET MEDIVM In Penetralibus Hostem. Quia pluribus in codicibus antiquis legere erat MEDIIS IN PENETRALIBVS. ea elocutione,quæ sese etiam inferius offert. Mediis hostem in penetralibus. Grammatici ut staret uersus. MEDIVM. quippe hostem Correxere. Quod siquis uersus quosdam exleges uel anapæsticos potius,alteriusq; generis insertos Virgilio nolit condonare,aut elisionem.ſ.litteræ cum uocali applicita non admittat.habebit is codices Venerabilis antiquitatis Mediceum.& alios in quibus. MEDIIS PENETRALIBVS. absq; IN. præpositione legatur.elocutione Virgilio admodum familiari. Neq; tamen hoc ita dicimus ut lectionem uulgatam improbemus, quæ recte & ipsa procedit,hoc modo MEDIVM IN Penetralibus hostem.

DENSOS. Fertur Moriturus In Hostes. In Antiquis aliquot exemplaribus AD. HOSTIS. legitur non inepte; cui quidem lectioni adstipulatur etiam codex ille peruetus,In quo semper. AT. præpositio per.T.notatur.In eo enim. AT HOSTES: legitur. Agnoscit tamen Ti. Donatus uulgatam lectionem. IN HOSTIS.

ET DIVOM Amplexæ Simulacra Tenebant. Mediceus,& Antiqui fere omnes codices. SEDEBANT. habent, quod est Mulierum proprium,ut apud Homerum sæpe.pauloq; infra Hecuba Priamū ad sese recipit.& longæuū in sede locat.

IVVENILIBVS Armis. Multorum codicum,& Auctorum testimonio. IVVENALIBVS. per A. media syllaba legendum,alibi indicauimus.

ILLVM ARDENS Infesto Vulnere Pyrrhus Insequitur. In peruetere codice oblongo legere est INFESTO IN VVLNERE. Saucius enim erat Polytes. Sed enim Seruius schema laudat,Vulnere pro telo.& absq;. IN. In aliis Codicibus habetur.

VT Tandem ante oculos euasit,& ORA PARENTVM. In quibusdam Veteribus Codicibus est.Ante oculos euasit & ANTE PARENTVM. Sed omnino corrupte; Inde autem emanauit error, quod ea præpositio addita legitur in plerisq; codicibus superne pro paraphrasi.

VITAM Cum Sanguine Fudit. In Antiquis plerisq; codi. FVNDIT. habetur.Res.n.huiusmodi per tempus praesens enarratæ,magis mouent.

CORPVSQ. Exangue Sepulcro. In aliquot ex antiquioribus Codicibus CORPVS EXSANGVE legitur absq; particula QVE. Sed enim ipsa uersus dignitas eam particulam hoc loco uidetur expetere.

RAVCO QVOD Protinus ære REPVLSVM EST. In Antiquis aliquot codicibus SEPVLTVM EST. legitur.In aliquot. SEPVLTVM. absq; EST. quod id uidetur innuere,quod ad uiuum non peruenerit. Sed in summo clipei nulla efficacia pependerit. Sane uero, Sepultum, ab iis repositum est, qui olim quaestionem faciebant, non posse pendere, quod repellitur, aduersus quos ita Donatus. Nam & repulsum est & pependit. Missum enim Telum constabat, quod uetustatis uitio fuisset hebetatum, quod uigorem perdidisset illius temporis quo in usu Priami fuit, quum adhuc iuuenis esset, nunc emissum ab eo, qui omne Virtutis robur cum ipsis Iuuentae temporibus amisisset. Talis ergo teli effectus plenus esse potuit,Vt perforato penitus scuto ad hominis corpus,& exitium perueniret,nec tamen in totum inefficax fuit; repulsum est enim resistente ære, sic tamen,ut pendens inhaereret,penetrato scilicet aliqua ex parte scuti contextu. legamus itaq; cum Donato. Rauco quod protinus AERE REPVLSVM est.

ILLI MEA Tristia Facta. Illi hic pro ibi aduerbium positum dicit Donatus interpres Terētianus.in Adelphis.Vt ego illi maxumam partem ferā; & in Ecyra.nā illi non licebat nisi praefinito loqui.

HAEC DICENS Antiqua fere omnia exemplaria. HOC DICENS. legunt; quippe,NVNC Morere. quod maiorem quandam habet illusionis efficaciam.

HAEC Finis Priami Fatorum. Seruius uelle uidetur FINIS fœminini tantum esse generis, quum tamen uirilis etiam passim inueniatur. Virgilius Quem das finem Rex Magne laborum. & Hic finis fandi, quod agnoscit Nonius. Prætcrea Probus in Arte quærit cur hoc loco finis fœminino genere positum fuerit a Virgilio: quum Veterum Grammaticorum Regulæ nomen id Masculini generis esse uelint. Poetamq; ait metro consuluisse, ita enim plerunq; rationem musicam appellat. Sane uero Comminianus Solœcismum hic esse per genera nominum asseuerat, Hæc finis Priami, pro, Hic finis.

PROLAPSA. Non temere quidem in antiquissimo quodam codice participia hæc a labor laberis per Thematis characteristicon scribuntur PROLABSA. ILLABSVS. LABSANTEM. Nam Probus huiusmodi participia per B. non non P. scribi debere præcipit.

SVBIIT Deserta Creusa Et Direpta Domus. In Mediceo, & Antiquis aliquot aliis exemplaribus legere est SVBITA ET DESERTA. neque dicendum ultimam in SVBIT. ex synæresi longam esse, qui uiderimus superius eiusdem formæ præteritum corripuisse. Hectore qui redit exuuias indutus Achillis. Ibi enim pro REDIIT. dubio procul positum est bissyllabum REDIT. est uero uenustas aliqua in ea repetitione copulæ. Et deserta Creusa, & direpta Domus, q; neq; illud inuenustum, quod absq; ET. SVBIIT. Trisyllabum in plerisq; habetur exemplaribus. Habemus uero In antiquis aliquot codicibus lectionem aliam VT DIREPTA DOMVS. hoc est uenit in memoriam Domus ut direpta ea quippe specie, qua direpta esset Tali eam imagine concepi. Aliquot alii codices ET DESERTA legunt. Sed hoc parum in tanta calamitate. Quare longe melius DIREPTA. Loquitur uero hic ex Epicuri sententia, qui omnium rerum, quæ nostræ insiderent Cogitationi, simulacra confingebant, eaq; ad cerebrum uolitantia species offerre, quibus prædita essent; memoriamq; & excogitationem non aliunde in nobis esse. Quæ lectio si faciat satis, non erit dicendũ participiũ esse pro participio, Et Direpta positum pro diripienda ut grammatici comminisci coguntur.

IAMQ. Adeo Super Vnus eram. Duo illa & uiginti carmina, quæ detracta esse constat, in nullo ex iis ueteribus codicibus, quos uersauimus, habentur. placuit tamen nonnullis impressoribus ea publicare. Donatus porro ita ea dissimulauit, ut sententiæ continuationem longe aliter acceperit q̃ fecerint alii. Ea quippe de caussa Aeneam dextra prehensum a matre contentum esse, ne ipse sibi; quod in extrema earum desperatione plerique fecerant, mortem Consciscerct; quo loco Auctoris ipsius Verba ponere non pigeat. ubi uersus hos interpretatur.

Deseruere omnes defessi, & corpora saltu
Ad terram misere, aut ignibus ægra dedere
Tum mihi se, non ante oculis tam clara, uidendam
Obtulit, & pura per noctem in luce refulsit
Alma Parens, confessa Deam, qualisq; uideri
Coelicolis, & quanta solet, dextraq; prehensum
Continuit; roseoq; hæc insuper addidit ore.

Dixit omnes deseruisse quod agebant, quum defenderent domũ Priami, & id frustra facerent. Ipse quo modo recesserit dicit; ne uideatur etiam ipse operis labore fatigatus recessisse. Omnes inquit laborando fessi, & sine aliqua utilitate certando debiles redditi tedio aduersarum rerum mori maluerũt; & duplicẽ uoluntariæ mortis occasionẽ nacti, cũ altitudo non deesset, & incẽdia dominarent, aut pcipites dederãt se se, aut petierãt flammas, ne & ipse alterũ facerẽ, aut, quod supererat tertium, hostis occideret remanentem; Mater mea non ut facere solebat, dubia, aut incerta, sed manifestior ueniens, me ab ipsis inefficacissimis actibus reuocauit.

QVIS Indomitas Tantus Furor Excitat Iras. In codicibus aliquot antiquis cum

Mediceo legere est TANTVS DOLOR. non autē Furor. Quid enim oportuisset statim subiungere. QVID FVRIS. Sane DOLOR agnoscit Donatus, & in paraphrasi ait, Quid tantum doles, irasceris, furis?

SVPERET. Coniux ne Creusa. Est quidem hic SVPERET, ut captae superauimus urbi. In Longobardico tamen codice SVPER EST legitur, elegantia haud quaq̃ pari. Illud etiam animaduerti in aliquot ex antiquioribus codicibus primā litteram, quae est in nomine Coniux inuersam esse hoc modo. ƆONIVX. ea quippe nota qua. ƆLIB. hoc est. CONLIBERTA. In monumentorum titulis passim cernis. Inuerti uero ita lr̃as, in Mulierum noībus indicādis, plurimū mos fuit.

INIMICVSQVE Hauserit Ensis. In antiquis plerisq; codicibus legere est INIMICVS ET HAVSERIT ENSIS.

VERVM Inclementia Diuū Has euertit opes. Antiqua pleraq; exemplaria habēt SEDENIM INCLEMENTIA. Aliquot uero alia, & ea quidem castigatiora legunt uenustissimā repetitione. DIVOM INCLEMENTIA DIVOM HAS Euertit Opes. Vt illud Pallas te hoc uolnere Pallas imolat. In Prisciani etiam codicibus antiquioribus manu scriptis, hoc citato uersu, eodem exemplo passim geminari dictionem Diuum obseruaui. Atq; eandem hanc lectionem Ti. Donatus agnoscit. Et ut in capersisteret sententia, qua superius dixerat Aeneam a Venere prohibitum, ne tentaret extrema, ita caussam Helenae cōplectitur. Probatio huius rei fuerat necessaria, ut hoc ipsum uerum esse doceret. Hoc enim genere potuit inhibere uiri fortis impetum, & incitatos animos frangere, inania uacuaq; sectantes. Fecit hoc Venus etiā propter se. Nouerat enim dici sibi posse. Vt haec pateremur, tu fecisti. Ergo non immerito dixit. Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacenae Culpatus ue Paris. Diuum Inclementia Diuum Has Euertit Opes. Est etiam haec eadem geminatio in codice Mediceo.

DESCENDO Ac Ducente Deo. Non sum nescius quot ea sint, quae Seruius congerit, ut cōmune genus esse duis, ostendat. In ueteribus tamen aliquot codicibus DVCENTE DEA legitur. In Donatiano DESCENDO ADDVCENTE DEA. Mox ita. In domo enim Priami se dixerat fuisse cōstitutum, & in sūma eius parte, unde se aut praecipites dederant, aut tradiderant flammis, idcirco iratus dixit. Descendo adducente dea, uoluntate matris adductus, & persuasione receptus.

AST Vbi Iam Patriae. In Mediceo codice. ATQVE VBI. legit, qđ suauius est.

FACILIS Iactura Sepulchri Est. In omnibus iis codicibus, quos prae manibus habui SEPVLCHRI. absq; uerbo. EST. scriptum animaduerti.

AVT Quae Iam Fortuna Dabatur. In antiquis aliquot codicibus legere est. AVT MIHI QVAE FORTVNA Sed prior lectio magis recepta.

PATET Isti Ianua Leto. In Mediceo codice, & aliquot aliis antiquis legere est. ISTIC. aduerbialiter, ut dicat non esse alio discedendum, si omnes uelit perdere. Quia iam aderit Pyrrhus, qui eum uoti compotem reddet. Qui Natum ante ora patris, patrem qui ad aras obtruncabit.

NATVM Ante Ora Patris. In antiquis pene omnibus exemplaribus GNATVM cum G littera praeposita legas, & ita Veteres scribere solitos ostendit Victorinus, dum dicit, Nos quaedam paucioribus litteris scribimus, q̃ antiqui scribebant. ut Narus, Natus, Nauus, Nosco. Nam illi has uoces & similes istis. G. interposita scribebant. Cuius rei uestigia nos retinemus, cum scribimus Ignarus, Cognatus, Ignauus, Cognosco.

IAMQVE Aderit Multo Priami De Sanguine. In codicibus aliquot antiquis mutato numero legitur. Iamq; aderit Priami multo de sanguine. Sed uulgata lectio longe uenustior habetur iis, qui dactylum & spondeum alternos amant.

PATREM Qui Obtruncat Ad Aras. Vetera quaedam exēplaria legunt PATREMQVE OBTRVNCAT. Sed pronomē illud relatiuū maioris omnino pōderis est.

HOC Erat Alma Patens. Prima huius carminis dictio nouos & ueteres Grãmaticos uarie torquere consueuit. Priscianus in hunc locum. Reliquis quoq; casibus uetustissimi addebant eandem. CE. syllabam, ut HICCE, HAECCE, HOCCE. Vnde uocali quoq; sequente ablata per synalephen manentibus duabus. CC. solebant producere. Virgilius. HOCC ERAT ALMA PARENS. Sed scriptorum negligentia prætermisit unum. C. Dixerat uero prius idem hoc Velius Longus, qui dubitat uersum esse acephalum, si Hoc unico. C. scribatur. Sed enim nullum ego ex antiquis codicibus adhuc inueni, in quo sit. HOCC. duplici. CC. notatum. Passim uero. HOC ERAT. quo æquior sum Terentiano & Probo. C. finalem in pronominibus producendi uim asserentibus habere, ut alio loco commodius disputatum est, Nam & Sosipater Carisius ultimum positionis modum ait, quum dictio desinit in consonantem. C. qua pars orationis finitur, & excipitur a uocali, ut. HOC ERAT ALMA Parens. Ne uero mirum sit quæri a Grammaticis utrum HOC, an HOCC. an HOCCE. apud poetam sit dicendum, quærit quid huiusmodi in Cicerone Fabius. Quippe cur Hosce potius q̃ Hos eo loco dixerit, neminem uestrum ignorare arbitror Iudices hunc per hosce dies sermonem uulgi, atq; hanc opinionem populi Romani fuisse.

NVNQVAM Omnes Hodie Moriemur Inulti. In Mediceo & codicibus aliquot antiquis. NVSQVAM. habetur, hoc est quocunq; loco cadere contigerit, haud quaq̃ inulti moriemur. Sed. NVNQVAM. Donatus agnoscere uidetur. Huius uero sententiæ similitudo locum memoriæ subiicit apud Liuium, aliqua dignum animaduersione. Libro Quinto de. ii. bello Pu. Vtrum præsenti torpore pecorum modo inulti trucidentur. Quod in ueteri codice legitur. VTRVM PRAEBENTES CORPORA Pecorum modo inulti trucidentur.

HIC Ferro Accingor Rursus, Clipeoq; Sinistram Insertabam. In antiquis exemplaribus legere est HINC FERRO ADCINGOR. Et CLVPEO per. V. Sed per. I. potius, ex Cornelii Frontonis sententia scribendum uidetur. De armis enim est sermo. Sed enim hæc leuia; illud me potius moueat, quod antiquissimi quidam codices legunt CLIPEVMQVE SINISTRAE INSERTABAM. pro, clipeoq; sinistram insertabam. Donatiana præsertim paraphrasi cũ antiqua lectione faciente. Ita enim est. Iam induebam scutum humero meo.

TECTVM Omne Replebat. Veteres aliquot codices. REPLEVIT. legunt. Sed. REPLEBAT melius esse iudicant eruditi.

QVVM Subitum Dictuq; Oritur Mirabile Monstrum. Veteres aliquot codices SVBITO. habent. Sed. SVBITVM. interpretes agnoscunt.

TACIVQVE Innoxia Molli Lambere Flamma Comas. In antiquis aliquot codicibus. MOLLIS. legitur. Vt uel mollis comas dicas, uel mollis flamma. tactu inoxia. Sed. n. Donatus ĩ paraprasi sua pueriles ait comas, p indeq; mollis ac teneras, Cum Donato est codex uetus Camilli Porcii, in quo MOLLES omnino legitur.

ET Cœlo Palmas Cum Voce Tetẽdit. In codicibus aliquot antiquis. AD COELVM PALMAS. legitur. Vt illud, Ad cœlũ tendens ardẽtia lumina. Præterea nõ nihil decoris habere uidetur repetitio illa. Oculos ad sidera, ad cœlum palmas. Sicui tamen placeat, quod in Mediceo codice est. COELO, Octauus casus, ut figuratior elocutio, non laboro.

TVM Longo Limite Sulcus. In plerisq; ueteribus codicibus. LVMINE. pro Limite suppositum est, sed probatiora omnia exemplaria. LIMITE. habent.

GENITOR Se Tollit In Auras. In codicibus aliquot antiquis quippe Mediceo & aliquot aliis legere est. AD AVRAS. In aliis quibusdam. AD ARAS. Vt est etiã in Donatiano quod forte non displiceat, quia sequitur. Adfaturq; deos. Sed & IN AVRAS. ueteres habent codices aliquot.

ET Qua Ducitis Adsum. In aliquot antiquis codicibus. QVO. legas. Sed in

pluribus. QVA. Interpretibus praesertim eam lectionem agnoscentibus.

QVO Res Cunq; Cadent. Vetera quædam exemplaria. QVO RES CVMQVE CADANT. habent, non inuenuste.

MIHI Paruus Iulus Sit Comes. In Donatiano codice scriptum est. MIHI SOLVS IVLVS sit Comes. Consiliumq; esse Donatus ait, ut tutior fieret fuga, si enim plures congregarent, non facile latere potuissent. Idq; præcipue ea de caussa placet, ne tã paucis uersibus, ter Paruos Iulus repetat; paulo enim ante, Cui Paruos Iulus, dixerat. & paulo post dicturus est. Dextræ se paruos Iulus Implicuit. Videmus enim Virgilium impendio euitasse illud Homericum τὴν δ'ἀπαμειβόμενος.

ME Bello E Tanto Digressum. Aliquot exemplaria uetera habent. EX TANTO. Aliqua sine ulla præpositione. BELLO TANTO. legunt.

ATTRECTARE Nefas. Mediceus & uetera alia exemplaria legunt. ADTRACTARE. neq; desunt Liuiani codices ita scripti; ut primæ decad. s. libro Quinto. Quod id signũ more Etrusco, nisi certæ gentis sacerdos Adtractare nõ esset solitus; quod ea de caussa potissimum adnotaui, ut admonerem lectorem, uulgata exẽplaria MORE VETVSTO. scriptum habere, quod in ueteri codice Iani Parthasii: quũ is Romæ summo doctorũ applausu bonas lras pfiteret. MORE ETRVSCO. legi.

SVBIECTAQVE Colla. In antiquis aliquot exemplaribus. PROIECTA. legitur. Sed enim, SVBIECTA. magis uidetur inseruire sententiæ.

STAT Casus Renouare Oẽs. Antiqui nonnulli codices. RENOVASSE. pterito legũt tẽpore; alii quidã. REVOCARE. Sed oẽs magis approbãt. RENOVARE.

PROTINVS Ad Priami Sedes. In ueteribus aliquot exẽplaribus. PROTINVS. omnino habetur; plura tamen ex illis. PROCEDO AD Priami sedes, legunt. In Lõgobardico lectio est huiusmodi. PROCEDO Et Priami Sedes Arcẽq; Reuiso. Et ita habetur in Mediceo, & in Porcio & aliquot aliis antiquis. Quam lectionem etiã Ti. Donatus agnoscit. Ait enim Procedo, hoc est pgredior, uel ulterius accedo. Et Priami Sedes Arcemq; Reuiso; ne illa ad domum patris sui, aut ad munitum aliquem locum se contulisset.

PHOENIX Et Dirus Vlyxes Prædam asseruabant. Hoc etiam loco nonnulli codices manu scripti legũt. DVRVS VLYXES. Sed enim iam. DIRVM VLYXEM esse Virgilio diximus, ut immitẽ Achillẽ. Præterea. OBSERVABANT. cum Porcio aliquot alii habent codices; quæ lectio uariat etiam apud Liuium ut L. VII. de. II. bel. pu. Pu. Scipio quũ obseruari Numidam iussisset. Nam & asseruari, aliquot habent codices. Neq; me fugit quid differentiæ statuant Grammatici inter adseruare & obseruare; quã tamen ego non adeo acceptã ab auctoribus iuenio.

OBSTVPVI, Steteruntq; Comæ. Iam sæpe dictum. OBSTIPVI. semper haberi in codicibus antiquis. Sed & . STETERANT. ex ista specie, aliquot habent exemplaria; quum tamen Probus. STETERVNT. agnoscat.

TVM Sic effari. In antiquis codicibus. TVNC. habetur, utrũq; idem significat

NON Hæc Sine Numine Diuom Eueniũt, Nec te Comitẽ Hinc Asportare Creusam Fas. Quia repererat Seruius. COMITEM HINC ASPORTARE. quam uarie uersus a multis corrigatur repetit. At esse sane uersus aliquot, qui scandendi rationem tritam in Grammaticorũ scolis non admittant inficias non ierim. Inueni tamen in codicibus aliquot antiquis. NEC TE COMITEM ASPORTARE CREVSAM FAS. Nam Asportare etiam absq; aduerbio locali Hinc, per se plenũ satis esse uidet. In Mediceo, & in Porcio. COMITEM HINC PORTARE. legitur; neq; desunt ingenia eorum, qui. COMITEM HINC ASPORTARE. recte legi contendant; uersumq; esse Pentametrum Choriambicũ hypercatalecticũ. Choriambũ enim habere prima & quinta sede, tertia Anapæstum, paribus duobus locis spondæum. Sed enim de numeris & uariis metrorum generibus, quæ uersum Heroicũ igrediunt, alibi differẽdũ erit. Hoc loco malũt peritiores uersũ exlegẽ esse,

AD TERRAM Hesperiam Venies. In uetustis aliquot exemplaribus. Ti. ET TERRAM. legitur, & ita etiam habetur apud Donatum.

LENI Fluit Agmine Tybris. In codicibus aliquot peruetustis pro Leni. LAETO habetur. Sed Ti. Donatus omnino. LENI. agnoscit. ait enim; Laus interea fluminis illa est. quod copiosus, quod lenis. & in ipso aquarum redundanti tractu per agros Vbertim fluens nihil lædat.

MAGNA Deum Genitrix. Ex antiquis plerisq; codicibus & ex nomismatis. GENETRIX. per E Scribendum, ut alibi ostendimus.

TER Frustra Comprensa Manus Effugit imago. In uetustissimis aliquot exemplaribus Vaticinæ bibliothecæ & nonnullis aliis præcipueq; in Lõgobardico & in Mediceo. COMPRESSA. legitur, & ita etiam legere est apud Donatum. Facile uero crediderim antiquorum more. COMPRE'SA. Sicilico, geminationis nota, super imposito fuisse prius, unde Comprensa emanarit eorum errore, qui Sicilicon pro. N. littera, ut plerunq; alias, accepere. Neq; illud dissimularim esse Veteres codices; In quibus, COMPRESSA MANV EFFVGIT. absq; synalephe legatur. Sed enim hoc non æque placet, quia uersus ita nimium elangueisceret.

PAR, Leuibus Ventis Volucriq; Simillima Somno. Non prætereunda fuit lectio Medicei codicis. PAR LEVIBVS PENNIS VOLVCRIQ. SIMILLIMA VENTO. licet SOMNO dubio procul castior lectio sit & agnita Seruio. Et, Leuibus uentis, alia fere omnia habeant exemplaria.

ET Sublato Montem Genitore Petiui. Sunt qui, MONTIS. plurali numero legendum adferant; eam lectionem ex antiquis codicibus. In Mediceo tantum inueni. In aliis. MONTEM. unitatis numero scriptum obseruaui. Sed in contextu etiam Donatiano. MONTIS. est, numero multitudinis.

IO. PIERII VALERIANI CASTIGATIONES IN TERTIVM VIRG. AENEIDOS

DIVERSA Exilia Et Desertas Quærere Terras Auguriis Agimur Diuom. In codicibus aliquot manu scriptis & Vetustate ipsa uenerabilibus legere est. Diuersa exilia & DIVERSAS quærere terras. Sed DESERTAS. Ti. Donatus agnoscit, ut in integris eius in Virgilium commentariis legimus, Ex hisq; duo pessima Aeneae proposita dicit. Auellebantur quippe a cineribus patriae, diuersa exilia & Terrarũ solitudines petituri. hoc enim modo Desertas Terras interpretatur. Seruius uero, quum uideret Terras Aeneae fatis debitas, hominum robore, & frequentia, & hubere Glebae commendari, commentus est, non solitudinarias, aut incultas, Sed a Dardano desertas, interpretari, quae sententia, Sicui magis adrideat, non laboro. Sane uero sunt Qui respexisse Virgiliũ dicãt, ad primã urbis Romae aedificationẽ; quã Strabo dicat, nõ apto, neq; idoneo loco positã, solo neq; feraci, neq; agro satis ad alẽdũ spacioso: sed quẽ Rom. & Remus necessitate coacti potius q̃ uoluntate coluerint; ita. n. Strabo.

κτίσαι τὴν Ῥώμην ἐν τόποις οὐ πρὸς αἵρεσιν μᾶλλον, ἢ πρὸς ἀνάγκην ἐπιτηδείως. οὔτε γὰρ ἐρυμνὸν τὸ ἔδαφος, οὔτε χώραν οἰκείαν ἔχον τὴν περὶ ἑαυτὴν ὅση πόλις πρόσφορος.

In superioribus autem quod uulgata legunt, Exemplaria VISSVM SVPERIS. Vetera quaedam habent. VISVM EST SVPERIS. substantiuo Verbo interiecto; quod quis uersum numerosiorẽ faciat; absq; eo tamen Structura uidetur

elegantior. Missa uero sint, quæ multa super FVMAT disputant Grammatici,
Si dixero Comminianum asserere. FVMAT. hoc loco solœcismũ esse per tẽpus.
CLASSEMQ. Sub Ipsa Antandro Et Phrygiæ Mol. Mon. Idæ. In exempla
ribus aliquot antiquis, absq; ET, particula copulatiua legitur. Sub ipsa AN.
TANDRO. PHRYGIAE molimur montibus Idæ. Verum ea particula nimi
rum loco hoc & necessaria est, & ad uenustatem facere uidetur.
Quantum uero pertinet ad Antandrum, Pomp. Mella in altero inquit latere An.
tandrum; duplex causa nominis iactatur; Alii Ascanium filium Aeneæ, quum ibi
regnaret, captum a Pelasgis ea se redemisse commemorant, unde nomen, quasi
ἀντὶ ἀνδρός. Alii ab iis putant conditã, quos ex Andro insula uis & seditio exegerat.
Hinc Antandrum, quasi pro Andro. Stephanus, ab Antandro Aeolum duce ap.
pellatam autumat. Eam Aristoteles prius Edonida nuncupatam ait, quá Cimmerii
centum annos incoluerint. Quæ super hoc Seruius recitat de Polydoro ea insula
redempto; deq; eodem lapidibus obruto, uel in mare præcipitato, partim ex Eury.
pide sunt, quem hic Virgilius sequitur, partim ex aliis. De eo sane longe aliter ha
betur apud Homerum, qui eum in bello ab Achille pilo confossum ait his uersibus

Αὐτὰρ ὁ βῆ σὺν δουρὶ μετ' ἀντίθεον πολύδωρον
πριαμίδην· τὸν δ' οὔ τι πατὴρ εἴασκε μάχεσθαι,
οὕνεκά οἱ μετὰ παισὶ νεώτατος ἔσκε γόνοιο.
τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι ποδάρκης δῖος ἀχιλλεύς.

Quos uersus pro iis qui græce nesciunt, ita fere ad uerbum interpretati sumus.
Priamidem at telo Polydorum inuadit acuto.
Ora deo similem, genitor quem in bella uetabat
Ire, satus quoniam natorum hic ultimus esset.
Hunc medium ipse acer pilo transfixit Achilles.
CVM Sociis Natoq; Penatibus Et Magnis Diis. In antiquis aliquot codicibus.
GNATO. cum. G. ante. N. prout ueteres scriptitasse Victorinus auctor est. &
DIS. unico. I. κατὰ κρᾶσιν. Probus tñ mauult. DIIS. per duas. I I. l͞ras scribi.
HOSPITIVM Antiquum Troiæ. In antiquo admodum codice legere est. AN.
TICVM, & ita inferius. Terra Antica. per. C. eadem proportione, qua posticũ
dicimus. Ait tamen Velius Longus in uno ex his. V. insertum esse. In altero
minime; ne quis nouam hanc esse quæstionem putet.
AENEADASQVE Meo Nomen De Nomine Fingo. Adnotat Seruius Aeneadas
non Aenos a Virgilio dictum, quippe quod constet Aenum ante Troiana bella ce.
lebrem fuisse urbẽ. Homerusq; n. ð. Ductorẽ Thracũ ex Aeno uenisse dicit. ὃς γὰρ
αἰνόθεν εἰλήλουθει. Is uero forte ad sua tẽpora respexit, Q d' & Virgilius eo loco fecit.
Portusq; require Velinos. Nã Plinius omnino Aenos oppidũ Thraciæ memorat.
Vbi Polydori tumulus, & ab Aenea conditum, cui sacrificiũ quot annis, ut cõditori
fieret, etiã apud Liuiũ legas his uerbis ex antiquo codice desumptis. Proficiscuntur
ab Thessalonica Aenum ad statum sacrificium, quod Aeneæ conditori cum magna
cerimonia quotãnis faciunt. Addam etiam illud paulo supra, corrigendũ in eadem
Liuiana pagina. Paris abominatus mentionẽ etiã fœdi facinoris ad Aenon deporta.
turum eos dixit. Quod in cod. uulgatis Atheneo legit, & nonnulli praue Atheneũ
corrigere tentarunt. Apud Harpocrationem tamen legi; Euphorum tradere
urbem eam primum a Græcis Vulpinarium insularum accolis habitatam; postremo
uero ex Mitylene & Cumis coloniam eõ traductam. Oppidum sane id Absynthon
alio noĩe uocatũ ait Stephanus, de quo siquis plura q̃sierit, Strabonis septimũ legat.
VIDEO Mirabile Monstrum. In codicibus aliquot manu scriptis. MISERA.
BILE legitur. Sed Mirabile id fuisse Ti. Donatus ait, q sanguis ex ligno flueret.

NAM Quæ Prima Solo Ruptis Radicibus Arbor Vellitur Huic Atro Liquuntur Sanguine Guttæ. In antiquo admodum codice scriptum erat, NANQ. VBI PRIMA. & pro huic atro; HINC ATRO. ut aduerbium aduerbio respondeat; recenti uero emendatione repositum id, quod in uulgatis habetur exemplaribus. Pro LIQVVNTVR autem sunt uetera exemplaria, quæ LINQVVNTVR habēt. Sed enim Liquūtur magis omnino placet, qđ etiā agnoscit Seruius.

ATER Et Alterius Sequitur De Cortice Sanguis. In codicibus antiquis plerisq; ALTER non ATER habetur. Animaduerti uero in aliquot exemplaribus. L. litteram abrasam esse. In aliquot additam aliena manu, ut in Mediceo discernif.

TERTIA Sed Postquam Maiore Hastilia Nixu Adgredior. NISV unico. S. scribi placere Valerio Probo, qui nomen appellatiuum Nisus, nihil differre ait scriptione a nomine proprio NISVS. & plura ita exēplaria uetusta conuenire, dictū. Maioris illud momenti, quod Sosipater Carisius, ubi de Aduerbiis per ordinem agit; uersum hunc citans agnoscit. TERTIO. aduerbium. Cuius ut stet sentētia; uel Creticus Heroico cōdonandus, uel manifesta Synizesis admittēda. Vel o breue fuerit ea ratione quod aiunt Grāmatici o finalem sæpe corripi, quando in aduerbiū transeat, ut Cito, Sero, Modo. Statius; Sero memor thalami. Martial. accipe quomodo das. Sed enim uix tanti fuerint Grammatici ueteres, ut TERTIA HASTILIA. cuiquam displicere possit. Sit sane locus aduerbii, ut Tertia pro Tertio positum sit; nomen pro aduerbio positum sæpe apud Auctores omnes reperimus.

IAM Parce Sepulto. Sunt codices antiqui ubi SEPVLCRHO legatur. Quam lectionem Ti. Donatus agnoscit, nisi ter eadem pagina eodem uerbo peccatum est.

NON Me Tibi Troia EXTERNVM Tulit. Sunt codices nonnulli, in quibus EXTREMVM. scriptum est. Sed enim Seruius cur EXTERNVM legendum sit, rationem adiicit, Polydorum ciuem & cognatum Aeneæ fuisse. Eadem apud Liuium sententia ubi Scipio milites ad Ilergetum excidiū ferociter accendit. Non enim eos, ait, esse neq; natos in eadem terra, nec ulla secum societate coniunctos. Et eruditus ille uir qui Virgilium in ædibus Aldi tertio editum emendauit, In recognitione EXTERNVM subiecit. Quæ dicta uolui quia nōnullos esse scio, qui lectionem Extremum ament, referriq; ad nobilitatem generis dicant. Clamante. f. Polydoro se non extremo loco natum, quo debeat ita contemptui & iniuriæ expositus esse; quod ridiculum est.

AVT Cruor Hic De Stip. Ma. In antiquis aliquot codicibus. HAVD. legitur puncto firmo præfixo. In multis uero obserues aspirationem abrasam. Quo quidē loco Aut pro Neq; positum ait Priscianus, de Constructione.

IACVLIS Increuit Acutis. In codicibus aliquot antiquis. IMPLEVIT habetur, paraphrasi etiam adiecta, habundauit. Ti. Donatus, ut in integris eius commentariis habetur, uerbum id exponit, crebro percussit, accipiendūq; esse ut nō remāserit locus immunis a uulnere; & paulo superius dixerat ad illius funus accumulato ferro multitudinem sæuam confluxisse. Tu quæ Seruius de hasta Romuli dicat, uideris.

OBSTVPVI Steteruntq; Comæ. In antiquis aliquot codicibus legere est OBSTIPVI STETERANTQ. Sed enim STETERVNT. & receptum est a doctis Viris, & agnoscitur a Valerio Probo. De syllaba uero quæ pene ultimam præcedit, in Obstipui satis alibi dictum, ne toties eadem repetamus.

ILLE Vt Opes Fractæ Teucrum Et Fortuna Recessit. In codicibus aliquot antiquis non habetur. ET. copulatiua particula, quæ quidem non sine læsione tam numeri q̃ elegantiæ iudicio meo ex hoc uersu detrahi potest.

PRIMVMQ. Parentem. Vetera quædam exemplaria PARENTVM legunt. hoc est primū ex pr̄ibus, aut ex senioribus. Sed PARENTEM magis oīno placet.

ATRAQVE Cupresso. In antiquis plerisq; codicibus CVPRESSV. est; Non tam, quia nomen quartæ olim fuerit declinationis, q̃ qđ multa huiusmodi passim reperiuntur

reperiũtur apud ueteres. O. in. V. mutasse, prout multi adhuc loquuntur populi, maximeq; a Piceno in Brutios usq;. Testimonio uero sunt monumenta pleraq;, in quibus antiqua scribendi ratio se se fidelius, q̃ in libris ostentat. Vidi ego Spoleti extra portam diui Petri deiectum ad ripam fluminis lapidem in quo scriptum erat pulcherrimis characteribus.

IN. FRONT
P. XIIX
IN. AGRV
P. XIIX

In monte uero Tarpeio, antiquissimo sane monumento legitur. HERCVLES. INVICTE. CAVTIVS. HOC. TVO. DONV. pro DONO. Quidquod. ANNVS pro ANNOS Romæ pluribus locis legas. In Aede Diuæ Sabinæ. IVSTA. QVAE. BIXIT. ANNVS. L. MENSIS. V. DIES. XX. Et alibi NICEPHORVS. PITINNVS. QVI. VIXSIT. ANNVS DVO. In quo illud etiã adnotatione dignũ, q̃d in VIXSIT. S. lr̃a adiecta est post. X. ueluti sæpe alibi AVXSILIVM. MAXSVMVS. & huiusmodi pleraq; reperiuntur eodem modo scripta. Sed ut ad Virgilianam lectionem redeamus; in Mediceo prius CVPRESSO per. O. scriptum erat, nunc ea abrasa uocalis. V. superaddita est aliena manu.

ILIADES Crinem De More Solutæ. In antiquis aliquot cod. CRINIS legiť numero multitudinis. Sed magis poeticum est CRINEM per figurã itellectionis.

ET Lenis Crepitans Vocat Auster. In codicibus aliquot antiquioribus LENE CREPITANS. quod quidem & placeret, & erudite positũ uidereť, nisi LENIS agnoscerent Interpretes; quorum hæc paraphrasis. Nam tempus fiduciam dabat, quo & mare placidum fuerat, & flatus ita temperati, ut lenitate sua, etiam inuitos hortari potuissent ad nauigandum.

NEREIDVM Matri Et Neptuno Aegæo. Vt missas faciam uarias multorum lectiones & sententias in hoc uersu, quum alii NEPTVNIO legendum uelint. Alii AEGAEAEO. ut in codice Longobardico est. NEPTVNO AEGAEO absq; synalephe, ueluti etiam MATRI ET ad Græcorum imitationem posita non inerudite docti omnes arbitrantur.

QVAM Pius Arcitenens Oras & Littora Circum Errantem. Antiqui aliquot codices PRIVS legunt; ut sit prius errantem. Sed magis placet PIVS. ut ostendat Apollinem eo beneficio insulam promeruisse, ob officium matri suæ toto orbe erranti præstitum; cuiusmodi pietas filium addeceat.

ERRANTEM Mycone Celsa Gyaroq; Reuinxit. Antiqui cod. pleriq; omnes hoc dictionũ ordine uersum legunt. ERRANTEM GYARO CELSA MY. Q. RE. Gyaron enim, genere muliebri dici, Auctor Stephanus. Neq; uero tacendum Gyaro nomen aptoton esse Probo Grammatico Hæc Gyaro, huius Gyaro declinanti. Cuiusmodi esse etiam Celeno tradit. Illud sane scitu dignum, q̃d Antigonus Caristius esse in ea insula mures tradit, qui ferrum abrodant. Pro MYCONE aũt MYCONO passim in ueteribus exemplaribus inueni, ita quidem græce scribitur. καὶ μύκονος λέγεται μία τῶν κυκλάδων. Et eo casu quippe in. OS. finitũ nomẽ apud Strabonẽ & Thucididem reperitur. Q̃d uero Gigãtes illos, quos postremo Hercules confecerit, in ea positos fabulantur, ut apud Strabonem libro. X. legere est, animaduertendum est: codices etiã Græcos uariare. In aliquibus. n. legiť τῶν γιγάντων ὑστάτους, quod nimirum postremos significaret. Sed in aliquot aliis τοὺς ὑπερτάτους legas, hoc est ualidissimos. Vnde forte sit prouerbio locus. Omnia sub unam Myconum. quum superfuisse adhuc aliquid longe difficilius ad expugnandũ innuamus. Vel id deniq; confectum esse, quod se nostris conatibus difficillimũ obiecisset. Neq; uero hæc a me dicuntur, ut alterius cuiuspiã sententiam improbẽ, sed quia nõ temere scriptũ crediderim ualidissimos Gigãtũ in ea positos,

EGRESSI Veneramur Apollinis Vrbem. Sunt ant. cod. in quibus EGGRESSI . G. littera geminata scriptũ inuenias, quod uerbi cõpositio sit ab extra & gradior, non ab . E . & gradior; ideoq; sit ea littera geminanda, ut ex compositæ dictionis singulis partibus aliquid appareat . E . quippe & . C . qd in . X . duplici lra latitabat ECGRESSI . Inde . C . ob cognationem in . G. abeũte EGGRESSI . Ita olim Exfatus, mox ecfatus, tactũ a Ter. Scauro; & omniũ deniq; usu EFFATVS receptũ.

OCCVRRIT Veterem Anchisem Agnoscit Amicum. In antiquissimo codice OBCVRRIT præpositione incolumi scriptum est, quod improbat Scaurus. Eodẽ modo ADGNOSCIT, quamuis in Mediceo & in plerisq; aliis ADGNOVIT pterito tẽpore positum est, quæ quodãmodo reditio caussæ uidetur esse, cur occurrerit. Sane præteritũ AGNOVIT hoc loco Pontanus etiam agnouisse uidetur.

TEMPLA Dei Saxo Venerabar Structa Vetusto. In plerisq; codicibus antiquis VENERAMVR numero plurium habetur. Sed multi supra BAR ultimã syllabã MVR notatũ habent, non tam uariandæ lectionis caussa, q̃ paraphraseos. Quippe ut VENERABAR pro Venerabamur positum innuant, quia uerba reliqua eadem periodo contenta, sunt in pluralitatis numero, Iungimus, Subimus. Sed enim quia subsequunt̃ pces in persona Aeneæ nũcupatæ, mihi nõ displicet, Venerabar, unitatis numero. Nam etiam in. VI. reliquis hoc uel illud procurantibus, Pius Aeneas arces quibus altus Apollo præsidet, horrẽdaq; procul secreta Sibyllæ Antrũ imane petit. Qđ uero saxũ uetustũ appellauit, id redigit in memoriã mihi, qđ apud M. Tulliũ in Verrinis legere est; ubi de hac insula loquit̃, & Apollinis tẽplo. Est.n. tãta apud eos eius fani religio, atq; antiquitas, ut in eo loco ipsum Apollinẽ natũ esse arbitrẽtur.

LIMINAQVE Laurusq; Dei. Illud ego sane præteriturus eram inueniri codices manu scriptos, in quibus LEIMINA per . EI . prima syllaba scriptum sit, & ita alibi, ut in. II. LEIMEN erat, nisi Probus Grãmaticus interpellasset, nomina esse dicens, quæ plenitudinem patiuntur, hoc est quæ . E . littera plus scribantur; ut puta LIMEN LEIMEN. In Carsii sane codice, quem lectitaui, ubi ex . C. Iulii Ro. sentẽtia, LAVRVS hoc loco numero multitudinis positũ asseritur, animaduerti NVMINAQ. LAVRVSQ. citatum esse, non LIMINA, quod quidem memoriæ lapsu factum crediderim a librario, donec quid magis fide dignũ inuenero; quũ Limina castior oĩno lectio uideat̃, quã tot ueteres cod. ostẽdãt, Quintilianus agnoscat. Et Val. Probus octauũ positionis modũ obseruet in Lim naq; Laurusq; Dei, sicuti septimum in eo uersu, Omnia uincit amor. & nos cedamus amori.

ET Vox Fertur Ad Aures. Codices ant. omnes ii, qui Aures admittũt, AVRIS per . I . scribunt ex Velii sententia. Sed sunt etiam uetera quædam exemplaria, in quibus AD AVRAS scriptum inuenitur, quod quidem non ita placet.

QVAE Vos a Stirpe Parentum Prima Tulit Tellus. In codicibus aliquot antiquis legere est DE STIRPE. Sed A STIRPE iam omnes recipiunt.

CRETA Iouis Magni Medio Iacet Insula Ponto. Non temere quærit Seruius, cur MEDIO PONTO dixerit Virgilius. Neq; insulse dubitationem soluit, dũ tot maria enumerat, quæ Cretã insulam alluunt. Dicamus itaq; medio ponto .i. ambiguo. Hic enim est latinitatis modus, ut ea in medio esse dicamus, quæ nulli adhuc parti sunt adiudicata. Sed in Virgilianã hãc sentẽtiã nemo procliuius iuit q̃ Solinus. Ait.n. is; Pronius est Cretã dicere, q̃ absoluere, in quo mari iaceat. Ita .n. circũflui illius græci, noĩa pmiscuerunt; ut dũ alia aliis ingerunt, pene oblimauerint uniuersa.

TEVCRVS Rhoeteas Primum Est Aduectus Ad Oras. In cod. aliquot antiquis TEVCROS idiomate græco scriptũ est. In Longobardico TEVCER. Sed enim Sosipater Car. ex Aurelii sentẽtia, noĩa quæ apud Græcos aut per ρος, aut p τρος, aut per δρος; aut p κρος, efferunt̃, Ea oĩa omissa græca extremitate, p . ER . apud nos efferri, & p secundã decl. declinari docet; ut, αγρος. Ager agri. αντιπατρος. Antipater Antipatri. μενανδρος. Menander Menãdri. τευκρος. Teucer Teucri. Quanq̃

ait ille, Virgilius TEVCRVS, & EVANDRVS extulerit. Præterea duo tantũ nomina designat, quæ semper in suo statu permaneant. CODRVS & CONGRVS. non enim dicitur CODER, neq; CONGER. Priscianus etiam hoc citato uersu Virgilium ait Teucrus & Euandrus protulisse. Quod uero uulgata plurimum exemplaria legunt AD ORAS. Antiqui pleriq; codices cum Mediceo IN ORAS habent. Sed etiam . AD . reperitur.

HINC Mater Cultrix Cybele Corybantiaq; Aera. Quia uaria litterarum uersura totus hic uersus in antiquis codicibus deluxatus est, lectio ea nonnullis magis adridet HINC MATRIS CVLTRI CYBELES. ut adludatur ad euirandi ritus, quum præsertim sequatur ad sacrificii supplementum Corybantiaq; æra. Alii legunt CVLTRIX CYBELI. Quæ.s. Cybelum Phrygiæ montẽ incoleret, a quo Dea sit Cybele cognominata. Porro Cybelum Ti. Donatus agnoscit in .XI. locum, in quo Cybele colebatur. Sane ΚΥΒΕΛΗΝ Phœniciæ oppidũ agnoscit Herodianus. KYBELLA uero oppidũ aiũt Phrygiæ, & ΚΙΒΕΛΛΟΝ facel lũ, a quo Rhea sit Cybele appellata, neq; non ΚΥΒΕΛΗΓΕΝΗΣ & ΚΥΒΕΛΙΣ, ut Pisander in .X. Quantum uero pertinet ad . L . litteram in eo nomine nunc simplicem, nunc geminatam, Poetæ id ex commodo suo factitare solent, non quod ea scriptione Phrygiæ oppidũ ab altero Phœniciæ discernaẽ. Legamus itaq; HINC MATER CVLTRIX CYBELI. Quam lectionem Seruius etiam uidetur agnouisse. Est autem colere, inter alia significata, locum aliquem præsentia sua honorabilẽ reddere, ut eo loco, Posthabita Coluisse Samo. & Pallas quas condidit arces Ipsa Colat. Et apud Liuium, Vos Ceres Mater, ac Proserpina p̃cor, cæteri superni inferniq; Di, qui hanc urbem, hos sacratos lacus, lucosq; colitis.

HOSTE Vacare Domos. In exemplaribus admodum uetustis DOMVM legi numero unitatis. Sed plenius est DOMOS dicere, quod satis uniuersæ facit multitudini, commodumq; ita omnibus hospitium pollicetur.

BACCHATAMQVE Iugis Naxon Viridemq; Donysam. In codicibus aliquot antiquis DONVSAM per . V . latinam uocalem in pene ultima scriptum legas; non hic, quia ut Verrio Flacco placet, eadem apud nos . V . littera sit; quæ apud Græcos . Y . psilon. Sed quia Insula ea διονυσία, græcis est, κατὰ συγκοπὴν, ex Dionysia; quippe q; Bacchus in eam ex Naxo traiecerit Ariadnam; quã Minos pater insequebatur. Est & Donusam legere in antiquo Taciti codice iis libris, quos Leo . X . Pont. Opt. Max. ab interitu uindicauit. pro hac eadem insula. NASON uero in codicibus aliquot per . S . notatum inuenies. Græci tamen per . ξ . nomẽ hoc scriptitare solent. Eodem hoc modo apud Liuium in Captiuitate Syracusarum corrigendus locus ex ueteri codice. Epicides ab insula, quam ipsi Naxon uocant. Nam Nason per . S . in impressis codicibus habetur. Sed ut ad Naxon alteram, qua de nunc agitur, redeam, Illud minime præterierim, traditum ab Asclepiade, Naxias mulieres solas hominum Octimestrẽ fœtum uitalẽ parere. Siue quod Bacchus sibi Iunonem conciliauerit siue quod eo tẽporis spatio sit ipse natus, cuius rei memoriam ita uoluerit illustriorem fieri.

OLEARON. In antiquis aliquot exemplaribus OLIARON secunda uocali per ἰῶτα scriptum inuenias, uti etiam scribitur apud Græcos; de qua ita traditur.

Ωλίαρος νῆσος τῶν κυκλάδων μία. Solent tamen Latini Iota libẽter in . E . uertere, uocali alia præcipue subsequente, ut in nomine Aethereus. Fuit uero Oliaros Sidoniorum Colonia, ut Ponticus Heraclides tradit, in libro de Insulis. Ea uero a Paro distat octo & . L . stadia.

NIVEAMQVE Paron. In codicibus aliquot ant. PARVM idiomate latino scriptũ inueni. Sed.n. p̃pria nomina Græce declinata, pleruq; nescio quid uenustius sonare uidentur. Sic PARON magis placet. Ita etiam apud Historicos, ut in ant. Liuii cod. Corinthon legi. & clã Cypron p̃fugit; & alia hmõi pene inumera.

CREBRIS Legimus Freta Concita Terris. In codicibus aliquot manu scriptis legi FRETA CONCITA REMIS. frequéti quippe nauigatione solicitata,qd quidẽ fieri in multarum insularum,earũdẽq; passim habitatarum,uicinitate,pat est.Sed neq; displicet TERRIS. ut freta dicat crebris incursationibus tã frequentiũ insularum côcitari.

NAVTICVS Exoritur Vario Certamine clamor. Sunt natis admodum emunctæ uiri,qui pro CERTAMINE legendum autument HORTAMINE. sustinerq; uersum adspirationis ui côtendant. Eam ego lectionem nusq̃ in antiquis codicibus inueni. Legi uero apud Ti. Donatum,in naui uaria esse officia, & tamen omnia cũ certamine & labore. Quare quã is lectioné agnouerit,meridiana luce clari⁹ apparet.

PERGAMEAMQVE Voco Lætam Cognomine Gentem. In pluribus antiquis exemplaribus uersus hic in duo mébra dispescitur,cum superiori enim uersu. Ergo auidus muros optatæ molior urbis, hem stichium adiungunt, Pergameãq; uoco. Coma mox iterũ ea subiũgũt. ET LAETAM Cogn. Gentẽ Hortor Amare focos. Pontanus uersũ pro unico mébro citat,nõ taciturus,si .ET. illud isenũ agnouisset.

IAMQVE Fere Sicco Subductæ Littore Puppes. Tria in hoc uersu nomina gemi natis consonantibus notata. In antiquis codicibus simpliciter scribuntur SICO. LITORE. ET PVPES. siue ita deposcat analogia,siue quia,ut Victorinus ait,Antiqui Consonantes geminare nõ cõsuerũt; ut in his Annus. Lucullus. Memmius. & his similibus. Supra uero Consonantem,quam geminari oportebat,Sicilicon imponebãt,cui⁹ figura hæc.ʾ.é Victorino. ANʾVS. LVCVLʾVS. MEMʾIVS. Idq; signum geminandi apparere in multis ueteribus adhuc scriptis libris attestaẽ. Sed enim de LITORE cur unico omnino. T. scribi debeat,in. II. disputatum.

LINQVEBANT Dulces Animas Aut Ægra Trahebant Corpora. In codicibus aliquot antiquis una eademq; periodo concluduntur. Et lætifer annus Linquebat Dulces Animas,Aut Aegra Trahebat Corpora. ut Lætifer annus sit subiectum. In aliis tamen exéplaribus Castiosioribus legi LINQVEBANT ANIMAS DVLCIS Aut Aegra Trahebant Corpora, quæ lectio recepta.

RVRSVS Ad Oraclum Ortygiæ. In antiquis plerisq; codicibus ORACVLVM integra dictione scriptum inuenias. In quo forte putabant. A. secundam syllabã a principio corripi posse ratione polisyllabicæ dictionis quod aiunt quidam in huiusmodi uocabulis medias plerũq; ad placitum poni, ut Sidonia Dido, & Sidoniã picto. Sed enim omnes iam probant ORACLVM. κατὰ συγκοπήν.

QVEM Fessis Finem. In antiquis aliquot codicibus QVAM legitur. f. g. ut hoc loco No. Marcellus agnoscit: quis alibi dictũ sit a Virg. HIC FINIS ẽdi. Finem porro .f..g. pferre maluerũt Varro. Cassius. Cæcilius. Attius & Lucretius.

AVT Cretæ Iussit Considere Apollo. In codicibus aliquot antiquis replicata negatione legitur HAVD CRETAE. uti prius etiam erat in codice Mediceo,qđ Interpretes non admittunt. Sunt etiã codices,in quibus CONSISTIRE legas. Sed CONSIDERE magis placet;ut illud, Vultis & his mecum pariter considere regnis. Quod uero CRETAE aduerbialiter ut urbium propria nomina positum sit; nequis carminis id necessitati condonandum dicat,Oratores ẽt eadẽ usos elocutione scimus. Apud Varronem .L. primo de Agricultura. Itaq; Cretæ ad Cortinam dicitur Platanus esse, quæ folia hyeme non mutat.

OENOTRII Coluere Viri. In antiquis plerisq; codicibus OENOTRI unico. I. scriptum est, ut in primo diximus. Quanquam etiam si OENOTRII scribatur. II. geminato, duo illa. II. unica pro syllaba per eam, quæ frequentissima est apud ueteres Poetas, figuram Sinizesin, accipientur. Non aliter ac DII unica syllaba Grammatici quidam ueteres enunciari iubent, duabus quantumuis scriptum uocalibus, quæ minime coire in diphthongum possint. In monumentis autem Veterum sæpe uideas eam litterã geminari Attiano more, pro unica uero proferri; ut illud Romæ. LIBERTIS LIBERTABVSQ. SVIIS.

Quã tamen dictionem (liceat hæc in Doctorũ quorundã gratiã inserere) etiã per .EI. scriptam ex instituto Lucilli non semel inuenias. Vt illud. MONVMENTVM FECIT ET SIBI ET SVEIS. Eandem porro scribendi uarietatem in nominatiuo plurali masculini generis a pronomine Is, ea, id, obseruaui. Nam in arcu Aquæductus, qui est in Celio monte, scriptum est. P. CORNELIVS P. F. DOLABELA. & quæ sequũtur. FACIVNDVM CVRAVERVNT. EIDEMQ. PROBAVERVNT. Attiano uero more in arcu quodam legitur inter Auentinũ & Tyberim. P. LENTVLVS. C. N. C. SCIPIO. T. QVINTVS CRISPINVS. VALERIANVS. COS. R. S. C. FACIVNDVM CVRAVERE. IIDEMQ. COMPROBAVERE. Vt ex hoc etiam terminationes illas curauerunt, & curauere; probauerũt, & probauere, eodem accipi significato uideamus, quũ alteram in .RE. scilicet exeuntem, nonnulli dualis esse numeri uoluerunt.

DIXISSE Ducis De Nomine Gentem. Quod in codicibus aliquot antiquis DVXISSE legatur, librariorum omnino negligentia factum puto. Nam tota hæc sententia super nominis nuncupatione uersatur.

CORRIPIVM Terrasq; Require. In codicibus aliquot ant. REQVIRAS legitur. Sed plura sunt exẽplaria manu scripta quæ cum Mediceo & eo, quem mihi Camillus Porcius legendum dedit, REQVIRAT tertia persona legũt. Ad Anchisen enim hæc referenda sunt, & eius acquiescendum est sententiæ. Quam lectionem Ti. Donatus etiam agnouisse uidetur.

VISIS Ac Voce Deorum. In antiquis plerisq; codicibus. ET VOCE legitur. prout etiam est in Donatiano codice. Verum AC minime displicet.

CORRIPIO E Stratis Corpus. Antiqua aliquot exemplaria CORRIPIO STRATIS absq; præpositione separatiua legunt, ut, Haud segnis strato surgit Pal.

SEQVE Nouo Veterum Deceptum Errore Locorum. In antiquis aliquot codicibus ERRORE PARENTVM legitur. Sed quia sermo est de sedibus fato præmonstratis. LOCORVM. In multis etiam reperitur, atq; ea lectio plurimum subditicia priori abrasa, quæ PARENTVM fuerat.

CASSANDRA Moneret. In codicibus aliquot antiquis MONERET scriptum est. Magis uero placet MOVERET. ut sit, cui nam hoc ea persuasisset, Troianis rebus tunc adeo florentibus.

TRIS Adeo Incertos Cæca Caligine Soles. Vetera quædã exemplaria ad Kappacismũ declinandũ dictionum ordinẽ ita disponunt. TRIS ADEO CAECA INCERTOS CALIGINE SOLIS. Seruius tñ cacephaton illud uidet agnouisse.

ERRAMVS Pelago Totidem Sine Sidere Noctes. In codicibus aliquot antiquis ET TOTIDEM. In aliquot TOTIDEM ET SINE. Sed enim magis placet si particula ea penitus submoueatur, quæ lectio est etiam codicis Medicei.

AC VOLVERE Fumum. In Mediceo codice AC DVCERE Fumum legit. proprium tamen est fumi tortuose uolui ob crassitudinem, dũ cũ aere colluctatur.

ME Litora Primum Accipiunt. In ueteribus aliquot exẽplaribus EXCIPIVNT legitur. Quia dixit Seruatum ex undis. Sed enim & Accipere in hoc significato non improprium; ut, Hinc Drepani me portus & inlætabilis unda Accipit.

NVLLO Custode Per Herbam. In antiquis aliquot codicibus PER HERBAS numero multitudinis legitur, quod parui tamen momenti est.

VOCAMVS In Prædam Partemq; Iouem. In plerisq; peruetustis codicibus dictionum ordo mutatus est in hunc modum. IN PARTEM PRAEDAMQVE. Et hanc lectionem agnoscit Seruius.

QVATIVNT Clangoribus Alas. Antiqui nõnulli codices PLANGORIBVS legunt; hoc est alarum quassationibus strepitum cientibus. Nam clangor diuersum quid significat; nisi uelimus intelligere additas etiam uoces horribiles alarum strepitui, ut utroq; modo territarent. Quod tamen aliorum iudicio relinquimus.

RVRRSVM In Secessu Longo. Quod in codicibus plerisq; ueteribus legere est RVRSVS IN SECESSV. & ita inferius RVRSVS EX DIVERSO. non ita absurdum est, ut non suos fautores habeat. Aliiq; pedem Amphimacrum quo etiam alibi usus sit Poeta noster, esse contendunt; alii collisionem ex .V. & .S. fieri, ut alias nonnunq̃. Tam etsi non sum nescius ueteres quosdam Grammaticos negare RVRSVS. per .S. dici, sed .RVRSVM. per .M. ut Iterum p oferri debere. Cui quidem opinioni ita adhærescunt, ut illud etiam. RVRSVS AD ORACLVM. superius habitum .RVRSVM. absq; ecthlipsi legi contendunt. Sed uideo apud doctos hæc iam ex usu recessisse, paucissimosq; esse, qui ueterum huiusmodi figuras ferre possint.

TVRBA Sonans Prædam Pedibus Circumuolat Vncis. In antiquis aliquot exemplaribus, sublata dictione PRAEDAM. legere est. TVRBA Sonans Pedibus Subito Circumuolat Vncis, quod itidem superius dixerat. Sed enim mihi magis placet legere .PRAEDAM. ut & rem, qua dolebant, tangat, & uarietur uersus, ne in Homericum τὸ ταυτολογικὸν recidat.

TECTOSQVE Per Herbam. In antiquis aliquot exemplaribus PER HERBAS legitur plurali numero. Sed hoc parui est momenti.

BELLVM NE Inferre Paratis: In antiquis aliquot exemplaribus affirmatiue nõ interrogatiue legitur BELLVMQVE Inferre Paratis, elocutione eleganter cõtinuante cum .ET. quod subsequitur. ET Patrio Harpyias. Diximus enim alias Homericum & omnium apud Græcos præstantium Auctorum esse post τε addere καὶ. Quod & diligenter & frequenter admodum Virgilius imitatur. Quãuis non negarim in interrogatione plus esse ponderis, & maiorem obiurgationis uim, quæ minas etiam tacite secum trahat, & confessionem criminis. Quare lectionem eam. BELLVMNE. nequaq̃ imutarim. Quod uero in uulgaris habetur exemplaribus .ET PATRIO INSONTES HARPYIAS. ut leue præteriissem, nisi multorum ueterum codicum consensu monitus essem ad uocalitatem facere, quod in eis alio dictionum ordine legitur .ET PATRIO HARPYIAS INSONTIS Pellere Regno. Illud autem minime dissimulandum, quod in Harpyiæ nomine scribendo uariant Librarii. Multi siquidem Seruium secuti, pene ultimam diphthongum ponunt impropriam, ut apud Græcos scribitur ἁρπυιαι. Quorum a sententia longe diuersus est Sosipater Carisius qui negat. I. litteram coalitã in diphthongum esse .Y. litteræ præcedenti. Sed pro consonante accipi debere. Syllabã enim eo etiam inquit modo positione longam fieri, si uocalem breuem sequatur, hic uice consonantis posita, ut HAR.PY.IAE. Quare si diligentissimo Grammatico credimus in eo nomine .IAE. ultima syllaba per tris litteras erit enuntianda, quã alii in unam tantum diphthongum puram abire contendunt.

VOBIS Furiarum Ego Maxima Pando. In plerisq; ueteribus exemplaribus non est pronomen in cõtextu. Sed ita legitur FVRIARVM MAXVMA PANDO. Sed pronomen illud & emphasim habere, & sententiam adiuuare, & numerum uocaliorem efficere uidetur.

DIXIT Et In Siluam. In codicibus plerisq; uetustioribus IN SILVAS legitur numero multitudinis. utcunq; parui hoc refert.

FVGIMVS Spumantibus Vndis. In codicibus aliquot antiquis FERIMVR legitur. Interpretes uero .FVGIMVS. agnoscunt, qđ festinationi apte cõgruit.

DI Prohibete Minas. Di Talem Auertite Casum. Antiqui aliquot codices PROHIBETE NEFAS. & AVERTITE PESTEM legunt. Cuiusmodi hemistichiũ habemus inferius de Cyclope. Sed MINAS & CASVM. ut in Mediceo, & in uulgatis codicibus legitur, omnino melius est.

GVBERNATORQ. Vocabant. Verbum id numero plurali fere passim habetur in

uulgatis codicib. Sed in antiquis aliquot. VOCABAT. ut ppinquiori adhæreat NEMOROSA Zacynthos. Vulgata pleraq; omnia exēplaria ZACYNTHOS idiomate græco scribunt. Sed in antiquis nonnullis. ZACYNTHVS. latino casu scriptum est; delectat tamen casus ille Græcus in propriis præsertim nominibus. Præterea Probus in Arte, eo capite quo agit de nominibus fœm. gen. in. OS. rectū terminantibus, & ablatiuū in. O. in exēplum ponit nomen hoc ZACYNTHOS.

DVLICHIVMQVE, Sameq;, & Neritos. Sunt codices aliquot antiqui, in quibus SAMOSQVE legitur. Sed Same alia, alia uero Samos Seruio est. Apud Homerum tamen, qua de re sic agitur, Samos scribitur. σάμωτε πίσα? ... Et in Catalogo de iis, qui Vlyssem secuti sunt. ... itaq; Samos recte.

EFFVGIMVS Ithacæ Scopulos. In antiquis fere oībus legas. EFFVGIMVS Scopulos Ithacæ. Nempe quia Tritimemeri timuerunt. At qui, nisi cesuræ suam uelimus auctoritatem esse incolumem, certe ... ut Græci tradunt, & Latini, uel in principio dictionis, etiam pro uocali collocata, uim habet producendi præcedentē syllabam natura breuem; cuius rei exemplum ponunt ex. ... .

Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης.

Ita illud, de quo supra, apud nos uolunt. Pectoribus inhians ... consulit exta. Sed utcūq; hæc accipiantur passim tamen obseruamus tam Græcos q̄ Latinos auctores cesuris plurimum tribuisse. In Mediceo autem codice non tantum est SCOPVLOS ITHACAE. uerū una plus dictione legitur. ET Laertia Regna. magis tamen placet appositiue positum, absq; ET copulatiua.

DIRI Execramur Vlyssis. In Mediceo codice VLYXEI, ut Aiacis Oilei.

ACTIAQ. Iliacis. In plerisq; ueterum exemplarium codicibus. ACCIA. duplici. CC. notatum inueni, & ita nomen propriū. ACCIVS. quod Victorinus per duo. TT. ATTIVM, ut VETTIVM, & huiusmodi quædā alia scribi debere contendit. Sed enim loco hoc ACTIVS & ACTIACVS per. CT. scribendum. In nummo enim Augusti Diui. F. quā parte Apollo cum lyra spectatur cū litis a lateribus IMP. X. sub pedibus Dei ACT. hoc est ACTIACVS legitur. De ludis uero Actiis Harpocration ait, Actia antiquos esse ludos, de quibus Callimachus meminerit in libro de Certaminibus.

PORTVQVE Subimus Chaonio. Valerius Probus legit PORTVSQ. SVBIMVS CHAONIO. per. ω. mega genetiuo casu, ut Androgeo; quum tamen non inficietur esse etiam qui legant Portusq; Subimus Chaonios, unūq; accusatiuo casu. Sed enim Seruiana sententia minime displicet, quæ cū ueteribus exēplaribus Portu Chaonio lectionem agnoscit. Vt Subeunt muro.

BVTROTI Ascendimus Vrbem. Vetera pleraq; omnia exēplaria ACCEDIMVS legunt; nondum enim portu progressi sunt. Dixerat tamen CELSAM Vrbem, atq; ita ASCENDIMVS, non improprie.

OBSTVPVI Miroq; Incensum Pectus Amore. Vt missum faciam OBSTIPVI. de quo sæpe dictum; codices nonnulli admodum uetusti legunt INCENSVM EST PECTVS; sed forte illud ex paraphrasi huc insertum.

PYRRHIN Connubia Seruas. In antiquis aliquot codicibus legere est. PYRRHI AN CONVBIA SERVAS. Vt sit Andromache seruas ne connubia Hectoris, an Pyrrhi. Sunt qui & ANDROMACHEN legant, ut uno membro totum id colligatur. Quæ digna satis Fortuna reuisit Hectoris Andromachen? Sed enim longe magis placet eruditis ingeniis, qđ uulgata habent exēplaria. Hectoris Andromache Pyrrhin connubia seruas? Hoc est, fieri ne potest o Andromache, ut quæ Hectoris Vxor fueris, Pyrrhi cōnubia seruare possis? Antiqua uero fere omnia exemplaria. CONVBIA unico. N. scribunt.

O Felix Vna Ante Alias. Pathos est, ut ait Quintilianus in. VI. quo grauem tem

iterdũ efficimus, si magnis malis grauius id esse, qđ ppessi sum⁹, ostẽdit. Quã miser .n. casus Andromaches, si cõparata ei felix Polyxena, hostilẽ ad tumulũ iussa mori.

STIRPIS Achilleæ Fastus Iuuenemq; Superbum Seruitio Enixæ Tulimus. In codicibus aliquot antiquis FASTVM unitatis numero legitur, sed longe calamitosius uidetur numero multitudinis FASTVS dicere. Quod uero ait Seruitio Enixæ, ut missa faciam, quæ Seruius tradit, No. Marcellus hoc loco teste, enixam dici, partu leuatam ait. Quãuis etiam enixam, labore exercitam exponat alibi, eodẽ hoc loco teste. Idem alibi Enixæ dicuntur fœminæ dolendi labore perfunctæ, qđ uinculis quibusdam periculi, quibus implicarentur, fuerint exsolutæ. Nexum enim dici artum & colligatum ostendit Plautus in Amphitryone dicens. Vno labore exsolueret erumnas duas. Hæc ad eos dicta uolui, qui ENIXAE participii uoce legi contẽdunt. Sed enim Ti. Donatus ENIXE ait aduerbium esse debere, ut sit fastus eius intolerabiliter seruitio tulimus. Ex eo uero quod dixit TVLIMVS. ostendit nimium fuisse seruitii pondus. ENIXE ergo, & Tulimus hoc idem significant, ait ille in Cõmentariis integris. Neq; prætereundum quod hoc loco Sosipater ait seruitium esse multitudinem seruorum, seruitutem uero conditionem seruiendi, sed ueteres indifferenter seruitium pro seruitute posuisse. Vt Virg. III. Seruitio En. Tu. in eandem sententiam Tibullus. Sic mihi seruitium uideo dominamq; paratam.

ME Famulam Famuloq; Heleno Transmisit Habendam. In Mediceo, & in Porcio, & antiquis fere omnibus exẽplaribus dictiones in hunc sunt ordinẽ collocatæ ME FAMVLO FAMVLAMQ. HELE. Et eodẽ legit ordine Ti. Donatus.

PATRIASQ. Obtruncat Ad Aras. Eusebius de Temporibus. Pyrrhus Delphis in templo Apollinis ab Oreste occiditur proditione sacerdotis Macarei. Cur uero patrias dixerit Poeta, Seruius multas rationes adducit. At Macr. primo Saturna. Apollinem πατρῷον olim cognominatum ait, non propria gentis unius aut ciuitatis religione, sed ut Auctorem progenerandarum omnium rerum. Quod Sol humoribus exsiccatis ad progenerãdum omnibus præbuerit causam, de quo Orpheus.

πατρὸς ἔχοντα νόον καὶ ἐπίφρονα βουλήν.

Placuerit uero. Macrobio hæc philosophice commentari. Sane Athenienses, ut Harpocration tradit πατρῷον ἀπόλλω coluere auspiciis Ionis, qui quum in Atticam migrasset, Athenienses Iones uocati sunt. Ab eisq; Apollo Patrous cognominatus.

AVT Quis te ignarum. In antiquis aliquot codicibus legere est. AVT QVIS NAM IGNARVM. Fuerat uero. TE. pronomen forte additũ a Paraphraste. Nempe QVISNAM etiã apud Ti. Donatũ habetur. Et ita scriptũ est in co. Medi

ET Vescitur Aura. In antiquis plerisq; codicibus AVRAS accusatiuo casu legit, cum elocutione Tibulli. Sic usq; sacras innoxia lauros uescar.

QVEM Tibi Iam Troia. In antiquis aliquot codicibus uersus absolutus legitur, sed candore haud quaquam Virgiliano. In nonnullis enim. TROIA OBSESSA EST ENIXA CREVSA. In aliquot aliis. Quem Tibi Iã Troia Peperit Fumãte CREVSA. Vtrũq; ridiculum. Sed plurimum supplementum illud aliena manu additum est, ut cernere est in Mediceo codice, & aliquot aliis.

EC QVAE Iam Puero Est Amissæ Cura Parentis. Codices nõnulli ueteres legũt ET QVAE. In nonnullis etiam peruetustis scriptum obseruaui ECQVA TAMEN PVERO EST Am. Cu. Pa. Et ita est etiam in codice Donatiano. In Mediceo QVAE TAMEN ET PVERO EST. Apud FL. Sosipatrum non solum ECQVA TAMEN, sed & AMISSI uirili genere non AMISSAE positum a Virgilio citatur. Propterea quod HAERES. PARENS. & HOMO. & si in communi sexu intelligantur, tamen masculino genere semper dicuntur. Nemo enim inquit ille, aut secundam heredem, dicit, aut bonam parentem aut malam hominem, sed masculine, tam & si de fœmina sermo habeatur. Pacuuius in Medo cum ostenderet a Medo Medeæ filio matrem quæri ait. Te sol inuoco, ut

mihi potestatem duis inquirendi mei parentis.' Sed Gracchus suos parentes amat, cum dicit, in significatione Matris accipitur. Citat & alia exēpla: deniq; apud Virg. sic asseuerat legi. ECQVA TAMEN PVERO EST AMISSI CVRA PARENTIS. Sed codices nonnulli, librarii nimirum incuria. Puero Amissæ Est. una lectione transposita legūt. Sed utcūq; ea sint, nemo tamen inficiari potest apud eundem Virgilium legi ALMA PARENS Confessa Deam. & SALVE SANCTA PARENS Frugum Saturnia Tellus. Nisi quis dicere uelit his locis PARENS nunc participii quodāmodo uicem habere, nunc per appositionem dici, ut Sancta Tellus Parens Frugum, uel figurate, ut Lepus fœta. De nomine autem HAERES nemo, quod sciam, ambigit. Sed Hominem quandoq; fœminino epitheto positū aiunt. Vt apud Seruium Sulpitium in epistola ad M. Tullium. Quoniam HOMO NATA fuerat. Sed enim hoc elocutionis modo, quum NATA suppositū sit, & HOMO appositū, nihil cū genere cōmune habere uidētur. Nata.n. ad filiā, nō ad Homo refert. Sed.n. hæc alii uiderint; nos ad istitutū op⁹ reuertamur.

PRIAMIDES Multis Helenus Comitantibus Affert. In codicibus aliquot antiquis legere est PRIAMIDES HEL. MVLT. COMIT. Adfert. Simplicior quidem hic sermo & narranti aliquid accōmodatior. Ille autem prout ut in uulgatis habetur exemplaribus. & comptior & aliquanto lasciuior pluribus magis placet. Superius tamen eadem usus est simplicitate Virgilius, quum dixit, Priamiden Helenū Graias regnare per urbis, Qui si altius insonare uoluisset, Priamiden Graias Helenū regnare per urbis, dubio pcul scriptum reliquisset. Sed qui stilū narrationis pssiorē, puriorēq; experti nō ignoraret, Priamidē Helenū absq; fucco dicere maluit.

ET Multum Lacrimas. In Mediceo & codicibus aliquot antiquis. participii uoce LACRVMANS legitur. Quæ lectio Seruio non satisfacit, qui malit nomen q̄ participium. Sunt tamen erudita ingenia, quibus minime displicet eiusmodi elocutio. Interfundit uerba singula multum lacrimans. Illud uero minime placet, quod in ueteribus plerisq; codicibus FVDIT legitur tempore præterito.

AVLAI In Medio Libabāt. In ueteribus codicibus aliquot AVLAI MEDIO absq; . IN . præpositione legitur; quod non ita placet. Quantum uero pertinet ad dieresin, Quintilianus libro Institutionum primo. AE. syllaba ait, cuius secundā nunc . E . litteram ponimus, uarie per . A . & . I . efferebatur. Quidam semper ur Græci quidam singulariter, tantum, quum in Datiuum uel Genitiuum casum incidissent. Vnde Pictai, uestis; & AVLAI Virgilius amantissimus uetustatis, inseruit carminibus. Eorum uero scribendi morē, Qui, ut Quintilianus ait, Græcos sequebantur Ti. Claudius Drusi F. præcipue adamauit, cuius inscriptio quædam. de auctis Populi Romani finibus, Pomerioq; ampliato Romæ inspicitur ad cloacam D. Luciæ in hunc modū. TI. CLAVDIVS DRVSI. F. CAISAR AVG. Nam de digammo, quo etiam usus est eodem monumento in dictionibus. AMPLIAℲIT . TERMINAℲITQ. Alibi diximus.

HIC Vatem Aggredior Dictis. Mediceus & alii quidam codices uetusti HIS Vatem Aggredior Dictis legunt. Sed . HIC . non displicet.

QVI Tripodas Clarii Lauros. Sosipater Caris. ait quosdam LAVRVS hoc loco agnoscere quarto declinatu; quod omnia arborum genera quartæ declinationis esse censerent; aduersus quos disputat, & Virgiliano præsertim exemplo eo, Et uos o lauri carpam, & te proxuma myrte, rationem suam confirmat; licet illi auctoritate mutati in uocatiuo dicant. Præterea in Mediceo codice una plus dictione CLARII ET LAVROS legitur. Erat tamen CLARI prius. eo modo quo Veteres passim . II . geminum per unum oblongum scriptitare consuerant, etiā si duo enunciarent, ut exempla indicant alibi recitata.

NANQVE Omnem Cursum Mihi Prospera Dixit Relligio. In ueteribus aliquot exemplaribus legere est NANQVE OMNIS CVRSVM Mihi Prospera Dixit

RELIGIO. Sequitur enim,& Cuncti Diui,ubi nulla opus erit Hypallage. Eandē hanc lectionem reperi in Donatiano contextu.

PRODIGIVM Canit. Prodigium semper dictu pessimum esse, quasi porro adigendum,hoc loco teste,Nonius affirmat,quum Mōstra & Portenta similiter intelligantur,quod imminentia monstrent, & ostendant. Portentum uero non solum qđ portendat,sed qđ etiam apportet,& faciat in iis,quæ significationibus,auspiciis, auguriis, & extispiciis ostenduntur. Sed enim Cornelius Fronto Prodigium esse dicit,quod mores faciunt,per quod detrimētum expectatur,prodigosq; uocari, qui prodigia faciunt. Quod Virgilianæ sententiæ pulcherrime quadrat. Celeno enim rem præter mores minabatur, ut scilicet factum libum malis audacibus mādere adgrederentur,quod unum maxime reformidabat Aeneæ pietas. Sunt & prodigiosa crimina ēt memoratu religiosa,de quibus apud auctores sæpe. Monstrum uero esse, Cornelius idē ait,in quo rectus ordo naturæ uitiatur; ut si Minotaurus,aut aliquid huiusmodi nascatur. Ostentum, quod præter consuetudinem offertur, ut puta si uideatur terra ardere.uel cœlum uel mare,in quo raritas admirationem facit. Portentum uero,quod porro & diutius maneat,futuriūq; porro aliquid significet;eiusq; esse euentum differri. Has autem uocabulorum differentias,& proprietates interim adnotare nō grauamur,quū præsertim apud Auctores diuersa est eorę interpretatio; unde aliqua suboriatur controuersia,in quo lucubrationis genere docta & elegantia ingenia sese exercere sæpe consueuerunt.

SVSPENSVM Numine ducit. In antiquis codicibus DVXIT præterito tēpore scriptū obseruaui. Sed ipsa narrantis continuatio pſens potius tēpus exigere uidet.

PROHIBENT Nam Cætera Parcæ Scire Helenum Fariq; Vetat Saturnia Iuno. In antiquis fere omnibus codicibus inuenias punctū firmum adnotatum esse post SCIRE. ut sit, Prohibent Nam Cætera Parcæ Scire. mox altera coma totū illud complectatur,Helenum Fariq; Vetat Saturnia Iuno. Quam lectionem Seruius etiā agnoscit;& ita distinguendum esse,multis rationibus ostendit.Sed enim Ti. Donatus SCIRE HELENVM legit. Multa inquit tibi instructionis causa fuerant referenda,sed ne id fiat dii prohibent me scire, & Iuno aliqua referre non patitur.

AEAEAEQVE Insula CIRCES. In codicibus antiquis modo CIRCE per abiectionem .S. litteræ;Modo CIRCAE cum diphthongo latino declinatū scriptū inueni; quod prorsus reiicitur. CIRCES uero omnium consensu recipitur.

SECRETI Ad Fluminis Vndam. In codicibus aliquot antiquis VNDAS legit, sed pluralitas huiusmodi mari potius uidetur conuenire.

ET Omnia turbet. Omnino OMINA ex antiquis codicibus legendum est.

HAC Casti Maneant In Relligione Nepotes. In antiquis exemplaribus obseruatū plurimum est RELIGIONE unico .L. scribi. Sed enim Fl. Sosipater hoc præcipue citato uersu, gemino .LL. scribendum ostendit; dum ait in hanc sententiam. Parenthesis, quum uel littera uel syllaba interponitur. littera Hac casti maneant in Relligione nepotes. Syllaba, Mauortis in antro, pro Martis.

LEVA Tibi Tellus. Nullo pacto placet, quod in antiquis cod. legitur LAETA TIBI TELLVS. Primum quod ea alibi Aeneæ dicitur Illætabilis ora. Deinde quia & Tellus læua & Aequora læua inferiori sententiæ per correlatiuum quodammodo respondent, Dextrum fuge litus & undas.

LEVVM Implacata Carybdis. In uetustis aliquot exemplaribus IMPACATA legitur. Sed plus feritatis habere uidetur IMPLACATA.

SORBET In Abruptum Fluctus, In cod. aliquot antiquis IN ABRVPTV. Eam enim in antro maxime cauernoso habitare Homerus fingit. Magis tamen placet IN ABRVPTVM. ut uulgata habent exemplaria.

RVRSVSQVE Sub Auras Erigit Alternos. Fuere ætate nostra non illiterati uiri, qui EGERIT. hoc est Eructat ex Homeri sententia legendū autumarent. Quiq;

locum illum inspexere Carybdim aiunt profundissima uoragine undas absorbere, quas uicissim mox eructat. Sed enim quia sequitur hyperbole ea . ET sidera uerberat unda longe magis placet ERIGIT . prout etiam in ueteribus codicibus, quos præ manibus habuimus, scriptum inuenitur.

POSTREMA Immani Corpore Pistrix. In codicibus aliquot ant. PRISTIS scribitur. Sed plura de hoc, libro .X. eo uersu dicemus, In Pristin desinit aluus.

DOMINAMQ. Potentem Supplicibus Supera Donis. In codicibus antiquis VOTIS non DONIS legitur. Et ita apud Ti. Donatum habetur; quem locum etiam repetit in duodecimi libri cōmentariis eo loco, Et tu Saturnia Iuno, quoque nihil est in impressis codicibus.

TRINACRIA Fines Italos Mittere Relicta. In codicibus aliquot antiquis METIRE legitur; ut in hanc sententiam, Iter emensi. & pelagoque remenso. Sed MITTERE loco hoc magis omnino congruit, ubi de fatis agitur, quorum auspiciis Aeneas sit omnia peracturus. Huic simile est illud, Missus in imperium magnum.

QVO Quenque Modo Fugias. In antiquis aliquot codicibus EFFVGIAS legit. Sed FVGIAS magis placet; QVEMQ. uero per . M . in iisdē fere oībus cod.

CVRSVSQVE. Dabit Venerata Secundos. Mediceus codex & uetusti plerique alii VENERATA SACERDOS habent. Et eodem modo legi in Antiquo Prisciani codice, hoc citato uersu. quanquam & SECVNDOS in aliquibus legi non negaim, præterimque in Donatiano.

DODONEOSQ. Lebetes. In antiquis codicibus LEBETAS legimus. Et Seruius hoc a Virgilio græce dictum ait. Illud addā lebetē poculorum genus esse Ti. Donato.

REMIGIVM SVPPLET. In codicibus aliquot antiquis SVPLET unico . P. scriptum legas. Circumfertur uero epitaphium a Pontano in Pelignis inuentum, ubi SVPLET unico . P . notatum est. Quod nulla non ratione factum a maioribus, nomen supellex, ab eo uerbo ut Pontanus idem affirmat deriuatum, ostēdit.

AVRI Sub Tegmine Vestes. Sunt antiqui codices, in quibus SVBTEGMINE una dictione legatur. Sunt ubi præposito SVB diuisa est a TEGMINE. Sed Grammatici SVBTEGMINE absque . G . littera legendum contendunt. Dici uero Subtemen subtemini, ut Stamen staminis, ait Caesius.

HOS Ego Digrediens Lacrimis Adfabar Obortis. In antiquis plerisque codicibus ABORTIS legit p . AB. Sed doctorum cōsensus mauult p . OB. OBORTIS scribi.

COGNATASQVE Vrbes Olim. In antiquis exemplaribus nō est QVE, ut ab eo uerbo pendeat, unam faciemus utranque Iroiam animis, cognatas urbes olim.

ARCTVRVM Pliadasque Hyadas. Quamuis in ueteribus codicibus PLIADAS legatur. Placet tamen, quod eius loco positum est a recentioribus PLVVIASQ. HYADAS. Nam Plias primā producit, quia diphthongus est . EI . πλειάς. nisi quis uocalem alteram, quod sæpe ex commodo suo Græci faciunt, detractam uelit.

PORTVS Ab Eoo Fluctu. In omnibus pene codicibus antiquis, quos uersare contigit, EVROO scriptum obseruaui, & in plerisque lectionem hanc abrasam esse; & EOO repositum. Quia tamen huiusmodi ab Euro deriuatam nominis formam neque apud Græcos, neque apud Latinos memini me legere. EOO libentius, ut cum Mediceo uulgata habent exemplaria, legerim.

OBIECTAE Salsa Spumant Aspergine Cautes. Velius Longus poni differentiam tradit inter Aspergo per . E . syllaba media, & Aspargo per . A . esseque illud per . E . uerbum, hoc uero per . A . nomen, dictumque a Virgilio SPVMANT ASPARGINE CAVTES. Antiqua tamen pleraque omnia exēplaria ADSPERGINE legūt.

GEMINO Demittunt Brachia Muro Turriti Scopuli. In codicibus aliquot ant. DIMITTVNT legitur. Quippe hac & illac mittunt, porrigunt, extendunt. Atque pro TVRRITI sūt codices, qui ERECTI legāt. Sed Turriti oīno magis placet.

REFVGITQ. A Littore Templum. In ant. exemplaribus AB LITTORE. est,

QVADRVPEDES. In antiquis codicibus QVADRIPEDES per. I. ut Bipes Tripes. Sed Quadrupes per. V. in consuetudine mansit; ut ex periquilo periculũ; & alia quædã huiusmodi, quæ per. I. enuntiari scribiq; solita Velius Longus ait.

CAVLONISQ. Arces Et Naufragum Scyllacæum. Sunt qui NAVFRAGV dactylum esse uelint Enniano more. M. detrita. Sunt qui Amphimacrum defendant, quum SCYLLACAEVM scribant, & uersum spondaicum autumẽt. Sunt qui NAVIFRAGVM scribant; sed SCYLACEVM Pæonicum esse tertium uelint, ut ita dactylus in quintam cadat. Varie uero pronuntiari solitum nomen Scylacei, Strabo etiam confitetur. Sunt etiam antiqui codices aliquot, in quibus & NAVIFRAGVM choriambici dimensione & SCYLLACEVM Epitriti quarti syllabis legatur; ut dicas uersum hunc ex iis esse, qui alios quoq; pedes admittant pręter dactylũ & spondeũ; esseq; choriambicum quarta sede, sed uersum alioqui spondaicum. Quæ quidem comminisci cogimur, ne tot ueterum codicum auctoritati detrahatur, quorum bona pars NAVIFRAGVM quadrisyllabum scriptum ostendunt. Sed enim donec melius aliquid inueniatur acquieuerim interim libẽter & Porcio, & antiquis aliquot aliis codicibus, in quibus & NAVIFRAGVM & SCYLACEVM unico. L. notatum habetur. Nam uocales. Y. & . A. dichronæ omnino sunt, ut corripi licenter possint; in nomine præsertim Græcanicæ figuræ. Missum uero facio, quod NAVFRAGIVM in codicibus aliquot habetur, quum in huiusmodi lectione nihil memoratu dignum occurrat.

NIMIRVM Hæc Illa Carybdis. In antiquis aliquot codicibus HIC ILLA legit. Sed HAEC pronomẽ magis placet, quia consequit, Hos scopulos, hæc saxa.

ERIPITE O Socii. In plerisq; codicibus antiquis absq; . O. legitur ERIPITE SOCII. Sed enim locus ipse aduerbium id omnino exposcere uidetur, quo sine frigidiuscula esset adhortatio.

PRIMVSQ. Rudentem Contorsit Læuas Prorã Palinurus ad undas. In antiquis aliquot exẽp. RVDENTE legit casu septimo, ut adminiculo fuerit ad cõtorquẽdũ.

CVNCTA Cohors. Nomini huic adspirationem accessisse ex consuetudine, ueluti etiam HORTO Velius Longus arbitratur; quum tamen alii cohortem a cohortando dictam uelint, inesseq; illi adspirationem natura.

SVBDVCTA Ad Manis Imos Descendimus Vnda. In Mediceo, in Porcio, & aliquot aliis codicibus antiquis DESEDIMVS habetur; quod est aquæ, & terræ in imũ se contrahentis, descẽdentisue, solo subducto. Tullius. L. primo de Diuin. Multis locis labes facta sit, terræq; desederint. Et infra eodem libro, Delata etiam ad Senatum labes agri Priuernatis, quum ad infinitam altitudinẽ terra desedisset. Neq; tamen displicet Descendimus, ut sit antitheton eius, quod dixit, Tollimur in cœlũ, quod in Mediceo codice Tollimur AD cœlum, scribitur.

IPSE Sed Horrificis Iuxta Tonat Aetna Ruinis. In codicibus aliquot antiquis legere est IPSE SVB HORRIFICIS. Ruinæ.n. illæ a summo uertice mõtis flammæ ui in altum eructantur; & quod ipse Poeta subiungit, saxa liquefacta sub auras cum gemitu glomerantur: quare forte non displiceat tonare Aetnam sub horrificis ruinis. Magis tamen placet SED. Quia portus ipsius bona malaq; enumerare uoluit, ut occasionẽ arriperet Aetnæ quoq; flammas, ruinas, motus horrendos, eructationesq; illas describendi.

SCOPVLOS Auulsaq; Viscera. In antiquis aliquot codicibus COMVOLSA legitur. Sed quia disseparatio est, magis placet AVVLSA. ut etiã in Mediceo est.

ENCELADI Semustum Fulmine Corpus. Veriti sunt plerique SEMIVSTVM scribere, qui scirent primam huius nominis syllabam produci; quare SEMVSTVM trisyllabum. I. uocali subtracta publicarunt. Sed enim quũ in ueteribus exẽplaribus quotquot legi, fere passim SEMIVSTVM quadrisyllabum obseruauerim scriptũ, Sinizesin potiꝰ esse dixerim, neq; quicq deteri debere, quũ duæ illæ syllabæ pro una reputentur.

reputentur, Vt in Catulliano carmine; Flos Veronensium depereunt iuuenum, qđ Veteres habent codices, non Veronensum; Vt in nomine ALVEARIA, quáuis aliqui ALVARIA legere malint. Fit uero Synizesis uel ex duabus breuibus uocalibus, nulla interiecta consonante, uel altera duarum uocalium existente breui; Nam ex duabus longis non condonatur. Sed enim quia codices manu scripti, frequenti transcriptione semper aliquid immutantur, fitq; ut in similibus plerunq; uix fidem faciant quantumlibet antiqui, operæprecium uidetur, inscriptionum, quæ fuerint in marmoribus notatæ testimoniis uti; illæ enim quo semel modo scriptæ fuerint, suá indelebiles retinent antiquitaté. Habemus itaq; inscriptioné tumuli nó inuenustá, neq; inelegáté Romæ in palatio Mótis Iordani, in qua manifesta Synizesis inspicit, hoc pétametro, LVCTVOSVMQ. MIHI QVI SCIO QVID FVERIS. Luctuo. per Synizesin esse uidetur. atq; etiam in altero heroico exametro. VNANIMI. CALPVRNIANO. SOCIATA. MARITO. Neq; desút huiusmodi exempla plurima; tam & si nonnulli quantum in Calpurniano est, pene ultimam Græcorum more corripi posse cótendunt; atq; ita tertius pes. PVRNIA. dactylus sit, ut in Hadriano, Claudiano; & similibus factum passim apud Græcos obseruamus. Sed.n. nobis nó licet esse tá disertis, quare figurá potius admittamus; Qua, ut missos faciá Homerú, Hesiodú, Theocritú. & uniuersam Græciá, Virgilius ipse sæpe usus est, ut ex locis passim a nobis toto opere citatis manifestú esse potest.

ET Fessum Quoties Motat Latus. In antiquis aliquot cod. MVTAT legitur, Qđ Seruius admittere noluit, ne refectio ut ait, labori desit; Ti. Donatus MVTAT agnoscit. Dum Enceladú ait cóuerti in aliud latus, dú alterius uoluerit uice effœtas uires reparare. Cú Seruio tamen sunt pleriq; codices uetusti, neq; tamen MOTAT in omnibus; Sed MOTET Subiunctiuo modo in nonnullis scriptum est.

NOCTEM Illam Tecti in Siluis Immania Monstra Perferimus. In cod. aliquot antiquis NOCTE ILLA Ablatiuo casu legitur. Seruius Incusatiuum mauult, & ita plus omnino significat ob continuationé incómodi. Omnia præterea exéplaria quæ uersauimus, TECTI SILVIS absq; IN legunt, ut Naues uel siluis cesis, uel litus obúbrantibus occultatas intelligas, nó autem homines in siluas egressos; quod minime uerisimile est in tanta rerum trepidatione, quú præsertim, quæ sonitú daret caussa, non uiderent. Nam & superius in Carthaginiensi portu classem in conuexu nemorum arboribus clausam circum occuluerat, loco tamen ibi ita natura comparato, ut & facile, & commode possent delitescere.

RESPICIMVS. In antiquis aliquot codicibus PROSPICIMVS legitur, qđ procul aspicimus significat. Sed Donatus RESPICIMVS agnoscit.

CONSERTVM Tegmen Spinis. In antiquis pleriſq; cod. TEGIMEN integra dictione legitur, In Longobardico & Mediceo TEGVMEN, quod antiquitaté sapit; & eo modo scribitur apud Ti. Donatum. Neq; tamen inficior Tegmen etiá dici per syncopen, ut recubans sub Tegmine fagi. procleumaticú.n. primo statim uersu ponere nimis absurdum fuisset. Est & alibi, Tegmen habent capitum.

TOLLITE Me Teucri QVASCVNQVE Abducite Terras. In cod. aliquot antiquis legere est IN QVASCVMQ. addita præpositione, sine qua rñ figuratior est elocutio. Ridere uero mecum, ut uerum fatear, solebam, quú in nonnullis cod. scriptum offendissem QVESCVMQ. pro Quascúq. Inueni postmodum apud Fl. Sosipatrum QVESCVNQ. apud ueteres analogicá esse decliuationé Vnde Datiuus QVIBVS deducat. Vti a nominatiuo QVI. Datiuus QVIS. Cato nemq; ait originum secúdo dixisse QVESCVMQ. Romæ regnauisset. Et Plautú, QVES ignobiles. Quas uoces quis nouitas abdicarit, declinationem tamen eius manere. QVIBVS enim crebro dicimus.

SI PEREO Manibus Hominum Periisse Iuuabit. In codicibus nonnullis manu scriptis SI PEREAM legitur, quod minime placet. In Longobardico uero,

in Mediceo, in Porcio, & aliquot aliis ex antiquioribus legere est SI PEREO HOMINVM MANIBVS PE. IV. Vel adspiratione hic uim consonantis habente, uel ea ratione factum, qua etiam Neptuno Aegaeo, uel Actaeo Aracyntho. Quam lectionem praeter Ti. Donatum Pontanus quoque agnoscit in Actio. ubi ex ipsa earundem uocalium complosione magnam fieri uocalitati accessionem asserit.

ET GENVA Amplexus Genibusque Volutans Haerebat. Vt eorū imperitia retundatur, qui VOLVTVS hic legi uolunt. In Passiuis (ait Fl. Sosipater) participia praesentis temporis non sunt. Abutūtur autem Veteres actiuo pro passiuo, ut apud Virgilium, Genibusque Volutans. Nam si actiua significatione acciperetur, SE. deesset, ut diceret, Volutans se.

QVI Sit Fari. In antiquo codice Longobardico QVIS SIT legitur. Quam lectionem agnoscit Seruius; tam & si Veteres Grāmatici eo modo QVI etiā poni Scriptorum Veterum aliquot exemplis tradunt.

COMES Infelicis Vlyssis. In antiquis plerisque cod. VLYSSI absque. S. legitur. Probus locū hūc citās, Antiquae ait est ratio declinationis Datiuo uti pro Genitiuo, Vlyssi pro Vlyssis, Achilli pro Achillis. Qua forma Oratores etiā usi sint. Sallustius Ad bellum Persi Macedonicū, pro Persis. Vbi ea forma uti nulla coegit homoeoteleutos, sed antiquae declinationis ratio. Ita & M. Tullius, Filius Verri, pro Verris. Refert praeterea Sosipater Cansius obseruatum a Plinio dubii sermonis. L. VI. Herculi pro Herculis, ut Vlyxi pro huius Vlyxis olim dici coeptum. Neque sumus immemores plura super huiusmodi Genitiuo dicta a nobis libro primo. Non putamus autem importunū, ubi aliorum etiam Auctorum accedunt testimonia eadē de re pluries disputare; aut quoties noui aliquid interscribendum occurrit, lectorem admonere.

NOMINE Achaemenides. In ueteribus fere omnibus exēpl. legere est NOMEN quod .s. quaeritis ACHAEMENIDES. & sicubi NOMINE scriptum est, id in his exemplaribus, quae uersamus, subditicium est, priore abrasa lectione.

TROIAM Genitore Adamasco. In Mediceo, in Porcio, & aliis antiquis plerisque codicibus ADAMASTO scriptum est, quod inuictum, uel indomitum significat. & ita proprium id Viri nomen habetur etiam in codice Donatiano.

NEC Dictu Effabilis Vlli. In antiquis aliquot codicibus ADFABILIS legitur; quamquam codices etiam nonnulli manu scripti EFFABILIS legunt. Sed enim Macrobius libentius legit AFFABILIS. ut in Mediceo est; sumptumque ait ex Attio in Philoctete. ubi est, Quem neque tueri cōtra, neque affari queas. Alterum uero illud Seruius agnoscit, exponitque sermone non explicabilis, quod non aeque placet.

VIDI Egomet Duo. Homerus ὀδ. ι. sex enumerat, quos Cyclops deuorauerit. Nā binos tribus uicibus ponit absumptos. Sed.n. uel Achaemenides ob trepidationem, & festinantiam non potest hic historiam omnem enarrare, satisque putat, si memoret Cyclopa esse adeo effetum, & immanem, ut una uice duo humana corpora possit absumere, uel duo; pro bina positum, ut alibi uice uersa bina crispans hastilia, pro duo; quae licentia late concessa est Poetis.

PREHENSA Manu. Peccare eos ait Terentius Scaurus, qui PREHENSVS cum adspiratione scribunt, quum eam prima persona nō habeat. Quum uero ex huius sententia PRENSVS per duo. EE. scribi debeat, ut ibi, Dextraque preensum, hoc loco uel Synizesin esse dicemus; uel qd' magis placet PRENSA p crasin legemus, ut habet in codi' antiquis. Quid uero sup hoc senriat Velius Lōgus, alibi diximus.

SANIEQ. Aspersa Natarent Limina. Seruius EXPERSA uerā esse lectionē asseuerat; In antiquis tñ cod. quotquot habui, ASPERSA & ADSPERSA legi; Sententia, & elocutio sumpta ex M. Tullio in Philipp. Vino pauimenta natarent.

IACVITQ. PER ANTRVM IMMENSVM. Seruius quidē IMMENSVM, quippe Antrū agnoscit. Ad quā lectionem respexisse etiā Quintilianus uidet', ubi ait de Virg. Cū Cyclopa iacuisse dicit p antrū prodigiosum illud corpus, spatio loci

mensus est. In ueteribus aliquot cod. IMMENSVS legitur, ut Homericum illud exprimatur [illegible]. quodq; tantus erat ut nemoroso cuipiam promuntorio altorum montium similis uideretur. Sunt etiam codices manu scripti, ubi legas IMMENSAM Saniem, qd minime placet; & si Homerus eructationem illius uespertinæ crapulæ late describit.

ET Telo Lumen Terebramus Acuto. Ti. Donatus TENEBRAMVS legit, hoc est occæcamus. Cuius hæc sunt uerba. Quod ait acuto telo tenebramus, celeritatẽ facti uoluit demonstrare. In hoc enim consilium consistebat effectus, ne mora facientum; & dolor uulneris quis grauiter dormientem excitaret. Hoc loco nõnulli TEREBRAMVS tradũt; sed quũ terebratio habeat morã, quæ fuit inimica faciẽtibus, melius est, ut telo acuto, uno ictu uideaẽ esse cæcatus. Sed enim pace tã docti Viri, Quũ locus sit ex Homero sũptus, apud quẽ lata est de Terebratione descriptio; Vero similius est Virgiliũ scriptũ reliqsse TEREBRAMVS. Versus Homeri sunt

ἐγὼ δ' ἐφύπερθεν ἀερθεὶς δίνεον ὡς ὅτε τις τρυπῷ δόρυ νήϊον ἀνὴρ
τρυπάνῳ· οἱ δέ τ' ἔνερθεν ὑποσσείουσιν ἱμάντι ἁψάμενοι ἑκάτερθεν.

In quibus nõ tantum terebratum ait lumen conto acuto, ustulatoq; ex igne statim in oculum adacto, Vlysse superne calcãte, Loro inferne aduoluto, cuius capita Socii alternantes utrinq; traherent; quod sine longa mora fieri non potuit; Verum etiam Artificis, qui nauale aliquod lignum terebra perforet, similitudine utitur; legendum itaq; TEREBRAMVS. ex Homero.

Quod uero in inferiori uersu Seruius Donatũ reprehendit, quod LATEBAT late patebat, exposuerit, aut quia capillis tegebatur, aut latebat corporis reliqui comparatione. Si uerba Donati cõsideremus, nil adeo reprehẽsioni obnoxiũ inueniemus. Immo longe diuersam Donati sententiam ab ea, quam ei Seruius adscribit. Quærit siquidem Donatus qua ratione oculus, qui tantæ esset amplitudinis & uastitatis; ut Lunæ, Solisue orbi posset æquari, latere potuerit. Consideratq; Cyclopis deformitate, rugas cõminiscitur, & ingentem capillorum siluam. Nam intonsum caput ipse Polyphemus apud Theocr. & Ouid. iacte iactat. Sed melius fuerit ipsa Donati uerba subiicere. Quod autem ait SVB FRONTE LATEBAT: quod ingens fuisse dicebatur usq; adeo, ut orbi Lunæ, uel Solis æquari potuisset, faciebant rugæ toruæ frontis, & ingentes capitis comæ. Quid uero si dixerimus Virgilium & ad oculi sitũ & ethimologiam respexisse, quam eo uerbo exprimere uoluerit; quum Varro dicat oculos ideo dictos, quod sub fronte occulantur.

VOCEMQ. Tremisco. Antiqua exemplaria pleraq; TREMESCO per E. in pene ultima scribere, qua q; id ratione, dictum alibi.

CVI Lumen Ademptum Trunca Manu Pinus Regit. In Mediceo & codicibus aliquot aliis ant. MANV septimo casu legitur. Et ubi MANVM est quarto casu in cod. manu scriptis fere passim ultimam contactam obserues. Esset uero sententiæ ordo, Pinus Trunca Manu, uel gestata manu regit ademptũ lumen, & uestigia firmat; MANVM tamen agnoscit Fab. Quintilianus, ubi de amplificatione ita dicit. Nam quod illud corpus mente concipiant, cuius trunca manum pinus regit.

SOLAMENQ. Mali De Collo Fistula Pendet. Sunt, qui carmen hoc, ut nothũ expugnant. Id tamen in plerisq; cod. antiquis habẽt, præterq̃ in uno, ubi uersus hac Penthimemeri claudit. SOLAMENQ. MALI. Quam lectionẽ Ti. Donatus agnoscit, nulla de phistula mentione facta. Cuius uerba, quia in uulgatis codicibus corrupta sunt, ex integro exemplari adscribere non pigeat. Lanigeræ comitantur oues, ea sola uoluptas, Solamenq; mali. Voluptatem ex animalibus habuit, quum uideret, Cæcatus uero pecorũ suorũ cõmodo orbitatem proprii luminis solabatur. Quæ uero Quintiliani uerba Seruius citat, de cæcitatis solatio sumpta sunt ex declamatione de pariete cruentato. Ne alio quis ea quæsitum eat.

FLVIDVM LAVIT Inde Cruorem. In antiquis codicibus FLVVIDVM fere passim scribitur geminato .VV. quod Grámatici non admittunt, nisi prima producta syllaba; quũ tñ Fluuius eodẽ modo enuntietur, corripiat tamen primã.

NEC Dum Fluctus Latera Ardua Tinxit. Vetera aliquot exẽplaria STRINXIT habent; quod minime placet, tam propter asperitatem, q̃ etiam ob improprietatem. Quod uero Seruius & FLVCTV & FLVCTVS legi docet; in antiquis iis cod. quos habui, FLVCTVS habeť Indicatiuo casu; & in Donatiana paraphrasi eadẽ agnoscitur lectio. Neq; ad eius latera profundi maris unda peruenerat. In Porcio etiã FLVCTVS prius scriptũ fuit, sed nunc .S. littera abrasa uix discerni potest.

VERRIMVS Et Proni. In Mediceo, in Porcio, & antiquis aliquot aliis codicib⁹ VERTIMVS legere est, quod agnoscit Ti. Donatus.

VERVM Vbi Nulla Datur Dextram Affectare Potestas. AFFECTARE Seruio negotium facessit; quia etiam DEXTRA casu septimo scriptũ inuenerat. In cod. tamen nonnullis antiquioribus DEXTRA ATTRECTARE legitur; quod nullã præ se ferret difficultatem. Nam qui Penates & deos magnos secum habebãt, tanq̃ Sacri, non temere erant a profano, & deorũ contemptore contingendi. Non frustra tamen in codicibus multis DEXTRAM AFFECTARE scriptum, hoc est anxia quadam auiditate manum ad nauem iniicere.

IMMVGIIT Aetna. Antiqui pleriq; codices IMMVGIT κατὰ κρᾶσιν legũt. Quam lectionem doctissimi pleriq; uiri receperunt.

CLAMOREM IM. Tollit. In ant. aliquot cod. PONIT habeť, qđ nõ æq; placet.

PENITVSQ. Exterrita Tellus Italiæ. In cod. antiquis TRINACRIAE legitur, quod magis decorum seruat, p̃sertim quũ subsequať Crebrisq; Immugit AETNA Cauernis. Sed ITALIAE Donatus agnoscit; & hyperbole ita maior est.

CONSTITERANT Silua Alta Iouis. In ant. plerisq; cod. CONSTITERVNT legitur, ut Steterunt Tulerunt pene ultima breui sæpe reperiuntur. Non tamen improbo CONSTITERANT exacta specie.

CONTRA Iussa Monent Heleni. Vetera quædã exempl. cũ Mediceo MOVENT legũt, hoc est psuadẽt. Sed. n. Helen⁹ monuerat, & monitus in hoc dictionis genere

SCYLLAMQ. Carybdin Inter Vtranq; Viam Læti Discr. Paruo Ni (dicunť Teneant Cursus. In cod. nõnullis manu scriptis SCYLLAEQ. CARYBDIS scriptum est, ut ordo sit. Inter utráq; uiam Scyllæ & Carybdis. Sed imperfecta esset oratio & alterũ .q. post Carybdis desideraretur. Longe uero melius in Donatiano codice SCYLLAM ATQVE CARYBDIN appositiue positum. Est & NE TENEANT in aliquot exemplaribus antiquis. Sed NI Donatus agnoscit, & p NE positum more Veterum ait, quod & Priscianus admittit, q̃quam alibi dicat, Ni teneãt Cursus, ita habere, ut Terentianũ illud, Ni metuã patrẽ; Et locus alius apud Virg. Ni faciat, maria, ac terras, cœ. q. prof. Quippe ferãt. Plura uero Seruius.

ERRATA RETRORSVM. In antiquis aliquot exemplaribus RETRORSVS.

OCCVLTAS Egisse Vias. In codice peruetusti, qui apud me est. HABVISSE VIAS legitur. Sed EGISSE magis placet, ut in uulgatis.

SICVLIS CONFVNDITVR Vndis. In Antiquis aliquot codicibus PER FVNDITVR. Sed Confunditur magis placet, hoc est commiscetur.

NVMINA Magna Loci Iussi Veneramur. In omnibus antiquis codicibus, quot quot lẽgi, numerus est huiusmodi, IVSSI NVMINA MAGNA LOCI VENERAMVR. Vt illa, Addam Cerea pruna. & Curru Iungit Alæsus equos.

STAGNANTIS Elori. In codicibus antiquis HELORI cum adspiratione, quã & Pontanus recipit. Est etiam eodem uersu EXSVPERO per .X. & .S.

APPARET Camerina procul. In antiquis aliquot codicibus CAMARINA ut Græci scribunt, μὴ κίνει καμάριναν ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων.

ARDVVS Inde Agragas. In antiquis ARDVOS. In Romano ACRAGAS

ut græce scribitur. ἀκράγας Polybio. Sed affinitas litterarū facit,ut Latini multa p. G. scribāt quæ Græci per . K . ut Cubernator κυβερνήτης, atq; etiā uice uersa nonnunq̄ pro . γ . C . substituant,ut ex Congro Cong.us.

PALMOSA Selinis. In codicibus aliquot antiquis SELINVS. per . Y . in fine scriptum est. In aliquot aliis SELINVS. quod quidem cum Græca scriptione facit. Nam Σελινοῦς per . ους . finale, ciuitas Siciliæ est. Eaq; ut Græci tradunt, et masculino & fœminino genere dicitur. Quod uero Palmosam dicit Maro ex M. Tullio est, in actione ultima cōtra Verrē, Nautæ coacti radices palmarū agrestiū, quarū erat in illis locis, sicut in magna parte Siciliæ multitudo, colligebāt.

TOT Tempestatibus Actus. In antiquis pene omnibus exemplaribus legere est ACTIS. Neq; ACIVS est in iis, quos legi, nisi cont.cto codice.

HEV Genitorem. Diuersum hoc ab historia, si Straboni credimus, qui Aeneam una cum Anchise patre & filio Ascanio Laurentum applicuisse tradit.

FATA Renarrabat Diuom Cursusq; Docebat. In antiquis aliquot cod. legere est FATAQ. NARRABAT DIVOM. Sed enim quia bonā hor; partem Didoni prius enarrauerat, & in hac dictionis cōtinuatione multa fuere repetita, longe magis placet RENARRABAT. ut in Mediceo, & uulgatis habetur exemplaribus.

IO . PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES

IN . IIII . VIRGILIANAE . AENEDOS

T REGINA GRAVI. Antiquus admodum codex est, in quo . D. littera ex præpositione AD. per . T . semper notata est, tam in cōpositis dictionibus, q̄ etiā in iis, quæ simpliciter pferūtur, ut, Neq; AT tua limina, & ATERITQ. uocatus Apollo, & ATOPERTVS amictu. Vbi uero . T . ex consuetudine, uel ex analogia scribi nunc solet, ibi . D . notatur; ut Setosi CAPVD. hoc apri. AD mihi sese offert, atq; loco hoc, AD Regina Graui Iam dudum saucia cura. Sed enim ut de ratione scriptionis huius, quæ adeo frequens est apud Veteres, aliquid dixeramus, nō in codicibus tantum antiquis, uerum etiam in ueterum monumētis obseruatum sæpius. AD. & . AT. siue per . T . siue per. D. scribantur idem significare, quis iuniores Grammatici præpositionē a coniūctiua scriptione distinxerint. Indifferenter uero uno eodemq; significato scribi plerunq; Sosipater Carisius manifeste declarat, Licinii Calui exemplo in Fusciniu ambitus Reum. AD ITA MIHI IOVEM DEOSQ. IMMORTALIS VELIM BENEFECISSE IVDICES. AT, inquit, Coniunctionē, AD uero ppositionē scribunt, ἀδιάφορον tamen est, ut hic per . D . scribi; ne subsequens . T . litteram duriorem suiq; similem sonum litteræ amplexa dictum faciat immitius. Hæc ego autem ita sciendä iudicarim, ut diligenter Veterum sententiis obseruatis, nunquam tamen a consuetudine recedamus.

MVLTVSQ. Recursat Gentis Honos. Nullum fere codicem ex his antiquis ad inueni, in quo dictio RECVRSAT incolumis haberetur; littera modo una, modo altera in hoc uel illo codice, uel suppōsiticia, uel desiderata. In plerisq; uero abrasas medias aspexi, & alias atq; alias superductas. Moueant forte stomachum, si dixero RECVSAT, aut REVERSAT. & alia etiamnis fœdiora legitimæ lectionis loco supposita fuisse. Sed.n. RECVRSAT frequentiua forma a Recurro, castam esse lectionem tam sentētiæ concinnitate, q̄ Seruii & Arusiani Messi iudicio confirmaē.

QVVM Sit Vnanimem Alloquitur. In cod. aliquot ant. TVM legit & VNANIMAM. Vtrūq; agnoscit a Grāmaticis. De ADLOquitur per. D. alibi dictū.

QVAE ME Suspensam Insomnia Terret. Libentius omnes TERRENT cum antiquis cod. agnoscũt, ut Insomnia plur. numero dicantur, siue τὰ ἐνύπνια, siue uigiliā intelligamus. Nam plurali numero INSOMNIA loco hoc, pro uigiliis positũ Sosipater Carisius putat; quis & hic somnia itelligi possunt, in quibus terror.

ADIGAT Me Fulmine Ad Vmbras. In codicibus aliquot antiquis ABIGAT legitur; nempe quia ueriti sunt Bis, AD, præpositionem repetere. Sed enim ea sic posita, maiorem ostendit uim, neq; desunt huius elocutionis exempla apud Virgilium, & Ciceronem, ut illud, Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare.

ANTE. Pudor Quã Te Violem Aut Tua Iura Resoluam. In Romano, & in Oblongo Vaticanæ bibliothecæ codicibus antiquissimis scriptum est, VIOLO & RESOLVO. In Longobardico etiam ita prius habebatur, altera inde manu superadditum est .a. cum nota compendiaria, quæ pro .M. poni solet. Corruptus etiam est Mediceus, ubi Violem ex Violo factum; & ita in Porcio contaminatum est utrũq; uerbum, quum Violo, & Resoluo prius scriptum esset. Finitiuum uero modũ loco hoc Sosipater dubio procul agnoscit, ubi ait. ANTE QVAM, modo finitiuis, modo subiunctiuis iungitur. Iunctum Subiunctiuis; ut Anteq̃ uenisset. Disiunctũ finitiuis, ut apud Virgiliũ. ANTE PVDOR QVAM TE VIOLO AVT TVA IVRA RESOLVO. Hinc, quam is lectionem probarit, patet.

QVI Me Sibi Iunxit. In antiquis aliquot exempl. VINXIT legit; qd tãtundẽ est, nisi quis iũgere magis ad nuptias pertinere dicat; Vincire aũt amicitiæ potius esse.

SINVM Lachrymis Impleuit OBORTIS. In ueteribus codicibus aliquot LACRVMIS ABORTIS legitur. Sed OBORTIS Interpretes agnoscunt.

QVOS Aphrica Terra Triumphis Diues Alit. In Romano codice legere est TRIVMPHOS accusatiuo casu, ut sit, quos Triumphos, pro Triumphales uiros. Rectius tamen est DIVES TRIVMPHIS, ut agnoscit Seruius.

PLACIDONE Etiam Pugnabis Amori. Quãuis PLACIDO nomen in aliquot codicibus manu scriptis habeatur, longe tamẽ melius PLACITO, esse dixerim, ut emendatiora legunt exemplaria.

HINC Getulæ Vrbes. In antiquis aliquot codicibus CAETVLAE cum diphthõgo prima syllaba scriptũ obseruaui, Græcorũ more, apud quos γαιτοῦλοι Libyæ populi, per αι scribitur, iidẽ γαιτοῦλοι Artemidoro sunt. Nostri cur nomen hoc absq; diphthongo scripserint, mihi non constat, neq; cur ausus sit Martialis primã, & secundam in hoc nomine corripere, q̃quam in media .O. paruũ ex diphthongo abiici potest, & .y. quod in .u. apud nos transire solet, ea ratione corripi, q̃ cõmunis apud Græcos habeat. Id non ita eueniat in prima syllaba, si Græci codices recte per .αι. diphthongum eam scribunt.

GENVS Insuperabile Bello. In Romano codice GENVS INTRACTABILE legit, eo modo, quo in Aeneidos primo. Sed fines Lybici genus itractabile bello. Magis tamen placet hic INSVPERABILE. quia magis terret ob difficultatẽ, & persuadet a necessitate ualidi alicuius auxilii comparandi.

HVC Cursum Iliacas Vento Tenuisse Carinas. In Romano codice, & in Porcio legere est HVNC CVRSVM hoc est hanc uiam, & ita in uno ex iis, qui apud me sunt, & in Donatiano. Nõnulli tñ eruditi, quidẽ uiri magis probãt aduerbiũ HVC.

TV Modo Posce Deos Veniam. In codicibus plerisq; uetustis DEVM habetur. Sed melius DEOS. multos enim inferius numerabit, quibus Ea sacra faciet.

DESAEVIT Hyems. Antiqui omnes codices, quotquot inspexi, HYEMPS per .P. & .S. finales litteras scribunt; quod Terentius Scaurus fert impatienter, ex eo iam tempore ea oborta scrubiligine.

ANIMVM Inflamauit Amore. In Romano codice, & quibusdam aliis FLAMMAVIT. simplex uerbum habetur. quo usus est etiam Catullus, Flammati Phaethontis. Sed longe numerosius est, Animum Inflammauit dicere.

LEGIFERAE Cereri. In Romano codice, in Mediceo, in Porcio, & quibusdam aliis antiquis FRVGIFERAE legitur. Sed enim Ceres inuentrix legum, a M. Tullio dicitur in fine Actionum in Verrem. Et rationẽ hic reddit Ti. Donatus, cur Legiferam Cererem ueteres appellarint.

MEDIA Inter Cornua Fundit. In plerisq; ueteribus codicibus FVDIT habet præterito tempore; Sed præsens dilucidiorem facit narrationem.

LINQVITQ. Volatile Ferrum. Non placet LINQVIT præsenti tempore, qd aliquot habent codices. Est & ubi VOLATILE TELVM in uetustis exemplaribus legatur. Sed enim, quum sit eodem uersu positum telis, Pastor agens telis, magis placet periphrasis eius teli statim subiecta. Volatile Ferrũ; præterea de ferro hic agitur, quod auolsum a sagitta tergo inhæserit.

SYLVAS Saltusq; Peragrat Dicteos. Antiqui aliquot codices dictionum ordinẽ ita commutarunt SALTVS SILVASQVE PERAGRAT DICTEAS, quod in medio linquimus, quum sententia omnino eadem sit.

INFANDVM Si Fallere Possit Amorem. In Romano codice legitur. POSSIT IMAGO. Id quid sibi uelit, nõ mihi satis liquet, ppter epitheton INFANDVM. quod ita non habeat, cui adhærescat. Quidã alii codices antiqui; Si fallere possit AMANTEM. habent. Sed neq; id probamus. Infandum uero amorem, castiorem lectionem asserimus. Neq; dubitamus lectionem eam, quæ est IMAGO. ex periphrasi aliquit huc irrepsisse.

PERSENSIT Peste Teneri. In antiquis aliquot codicibus PERSENTIT præsenti tempore legitur; & ita est in codice Donatiano, pteritũ tñ nunq̃ immutatum.

NEC Famam Obstare Furori. Sunt antiqui codices, in quibus NEC FAMAM OBSTARE PVDORI legit. Sed hic FVRORI, magis placet, qd Seru. agnoscit.

MAGNVM & Memorabile Numen. Sunt omnino codices aliquot manu scripti, in quibus NOMEN legitur; quod uulgata quædam exemplaria recepere. Sed NVMEN eruditis placet, quod etiam in Mediceo prius scriptum fuerat.

QVO Regnum Italiæ Libycas Auerteret Oras. In Romano quidem codice AVERTERET legitur, quod Seruio mirifice placet. Sed enim in Oblongo, in Longobardico, in Porcio & plerisq; aliis cod. antiquis ADVERTERET habetur. Quam elocutionem absolutam esse negarit nemo. Quippe uerteret regnum Italiæ ad oras Libycas. Sicut uero figurata illa magis placeat, non laboro.

MISCERIVE Probet Populos. In aliquot antiquis codicibus IVBET legitur. qd nõ ita placet, quia structuræ ordo, Iubeat, exposceret, ea specie, qua Velit positũ.

CONFIERI Possit. In Oblõgo peruetéri codice. & in Mediceo QVO FIERI legitur. adscriptumq; superne est in illo, QVO habũdat. In hoc QVO modo. Et ita in plerisq; aliis codicibus, ut sit QVO. scilicet modo fieri possit. Apud Seruium. CON. habundat, qui Confieri agnoscat. Alii quidam codices manu scripti QVOD Fieri legunt. Idq; in nonnullis per. T. notatum est, cuiusdam ætatis consuetudine loco. D. sæpe. T. uti paulo ante dictum, supponentis. In nõnullis abrasa est tota dictio, psertim ubi per cõpẽdiariã notã, q, scriptũ fuerat. Sed enim in Romano codice CONFIERI legitur, & ita scriptum erat in Longobardico, unde abrasum est. CON. & QVO. suppositum. Confieri tamen & latinũ est pro Confici. & in primis Cæsari familiare uocabulum. VII. de bello Gallico Cõmẽtario, ubi de Labieno loquit, Postq̃ id difficilius confieri animaduertit.

NON Aduersata Petenti Annuit. In Romano codice legere est NON AVERSATA Petenti ADnuit. ut, Diua solo fixos oculos Auersa tenebat. Sed enim id pertinet ad supplicia, quæ obaudiant. Loco uero hoc magis placet ADVERSATA Quia de consensu, deq; in eandem sententiam eundo, sermo est.

AVRORA Reliquit. In aliquot antiquis codicibus RELINQVIT legitur præsenti tẽpore. Nam simul oriente Sole, It portis Iubare exorto delecta iuuentus.

Non est uero hic, & si κατὰ πάρεργον praetereundum, quod Varro ortũ Iubaris significare ait, esse circiter extremam noctem. Itaq; ait Pacuuius, Exorto Iubare, noctis decurso itinere. Aiunt uero Iubar stellam esse. quam Græci Phosphoron, nonnunq; Hesperon appellant, Cuius splendor in morem leoninæ iubæ diffundat. Neq; id dissimulandum quod .C. Cæsar Flauio Sosipatro teste, præcipit. Neutra nomina. AR. nominatiuo clausi, per. I. Datiuũ Ablatiuũq; singulares ostẽdere. Iubar tamen & Far, ab hac regula dissidere. Nam ut huic Iubari dicimus; ab hoc Iubare dicendum est. Virg. It portis Iubare exorto delecta iuuentus.

MASSYLIQ. Ruunt. In antiquis aliquot exemplaribus MASSILICI legit omnino corrupte. Nomen id una plus syllaba scribitur apud Græcos

μασσυλία χώρα λιβύης προσεχὴς τῇ μαυρουσίᾳ.

Latini uero scriptores massyliam & massylum agnoscunt.

CVI PHARETRA Ex Humero. In Romano illo cod. dubio procul antiquissimo legere est CVI PHARETRA EX AVRO. quod ideo placet, quia Dido tunc pulcherrima esse studuit, ut Aeneæ placeret; ideoq; ornatissima, & q̃maxime diuite habitu instructa pcessit. Cõgruitq; mirifice cultui muliebri lasciuia hæc prius aurea.

Cui pharetra ex Auro, Crines nodantur in aurum,
Aurea purpuream subnectit fibula uestem.

Et tamen sunt, qui lasciuiam hanc Virgilianæ maiestati non conuenire clamitent, contradicendi potius studio, q̃ quod sciant, quid sit in carmine maiestas, aut quid in scribendo lasciuia. Quorum stupori ne dicam, an imperitiæ responsum faciam Virgilianam hanc esse phrasim, Virgilianũ ornatum, Virgilianũ elocutionis modũ, cuiusmodi figura utitur in Octauo.

Aurea Cæsaries ollis, atq; aurea uestis
Virgatis lucent sagulis, tum lactea colla
Auro innectuntur. Neq; illud huic dissimile, quod ait in. XI.
Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea Vati
Cassida, tum croceam clamydemq; sinusq; crepantis
Carbaseos fuluo in nodum collegerat auro. Sed quid illud in Septimo.
Aurea pectoribus demissa monilia pendent,
Tecti auro, fuluum mandunt sub dentibus aurum.

Vbi easdem etiam uoces Aurea. auro. aurum aspicimus, quas hoc loco identidem posuerat. Isti uero quia apud Ouidium repererint, Aureus axis erat, Temo aureus, aurea summæ curuatura Rotæ, Ouidianam esse figuram contendunt, non autem Maronianam. Atqui si Ouidium sequeremur non ex Auro, sed ex Humero in hãc sententiam legendum esset. Nam ubi is de Atalantæ cultu loquitur, ita scribit,

Crinis erat simplex, nodum collectus in unum.
Ex humero pendens resonabat eburnea leuo
Telorum custos.

Sed ualeant cum suo tam acri iudicio, tamq; emũctis naribus pulchelli isti Critici. Nos lectionem hanc CVI PHARETRA EX AVRO. Antiquorum pene omnium codicum testimonio corroboramus. Ita enim in Longobardico. ita in Porcio legitur. In alio uero peruetere eiusdem Vaticanæ bibliothecæ, dictio tota; AVRO. improbe, ac imperite admodum abrasa est, nõ ita tamen, ut singularũ litterarum uestigia non extent, & manifeste AVRO prius scriptum fuisse discernatur. Est etiam uetus codex in Ciuitate Belluno, patria mea, in quo pleraq; cum his ueteribus Vaticanæ bibliothecæ exemplaribus conueniẽtia deprehendi, & hoc præcipue CVI PHARETRA EX AVRO. Ita etiam in aliquot aliis codicibus, qui apud me sunt. Sed ne tã multa cõgeram litem secũdũ nos dat Ti. Donatus, dum ita subscribit. CVI PHA. Totum quod habuit, aut aurum fuit aut purpura, ut placeret. Deniq; Probus in Pollione uersum hunc citat; ubi de iteratione loquitur, eo uersu, Pan etiam Arcadia. Dicitq; iterationem fieri

etiam casuum permutatione. Et inter exempla hoc etiam apponit QVOI PHAREIRA EX AVRO CRINES NODANTVR IN AVRVM. Hæc ut forte plus nimio coaceruarem, id in caussa fuit, quod nonnulli sunt ita prauo ingenio præditi, ut meliores se doceri litteras ægre ferant, proindeq; alios ab eorum cognitione, quæ ipsi hactenus ignorarunt, auertere conentur.

NEC NON ET PHRYGII Comites. In antiquis aliquot exempl. TYRII COMITES legitur. Quippe qui Reginam Tyro comitati fuerant, & paulo infra Tyrios Comites appellabit. Magis tamen placet PHRYGII. Quia Dido magna stipante caterua progressa erat, neq; oportuit Aeneam incomitatum aduenire, aliter quæ nam agmina iungeret?

INSEQVITVR Commista Grandine Nimbus. In codicibus aliquot antiquis COMITATA GRANDINE legitur; quod minime placet.

ET CONSCIVS Aether Connubii. In codicibus aliquot uetustis CONVBIIS habetur acquisitiuo casu numeri multitudinis. Conscius enim apte Datiuo iungit. In quodam antiquo etiam exemplari CONVBIO numero unitatis eodē tamen casu habetur, passimq; unica. N. littera. Lectio hæc tam & si nō displicet; nunq̄ tñ respuerim CONVBII Genitiuo casu, cū etiā optime dicat, Sum cōscius huius rei.

EXTEMPLO Lybyæ Magnas It Fama Per VRBIS. Nōnulli cod. manu scripti, LIBYES legūt declinatu græcanico, ut īcitatius pferat. Sed Lybiæ lōge suaui⁹ est.

FAMA Malum Quo Non Aliud Velocius. Non eo in ficicias. QVO. in pluribus exēplaribus haberi. Sed forte non displiceat, quod in Romano QVA scriptū est. Qui.f.fama nullum aliud malum uelocius, sed omnino QVO receptius est.

VIRESQ. Acquirit eundo. Antiqua pene omnia exēplaria integras seruant præpositiones in compositis, ut ADQVIRIT. & ita scribi solitum usq; ad Aurelii Antonini Pii tempora; publica declarant monumenta. Ea enim libenter in testimonium adducimus, qd notæ semel in marmoribus excauatæ, nulla sunt trāscriptione mutatæ. In Arcu igitur Aquæ Marciæ uerba hæc inter alia ita notata leguntur, ADQVISITO. ETIAM. FONTE. NOVO.

SESE Attollit. Dicebamus quidē ppositiones. AD. AB. IN. & huiusmodi incolumes in cōpositis apud Veteres adseruari; parcissime tamen scriptū ADTOLLIT per. AD. inueni. Tam & si Grāmatici Veteres. AD. ante. T. indifferenter scribi concedant, propter soni similitudinem, quæ in. D. & . T. auditur.

IRA Irritata Deorum. Non leui quidem de caussa minimis his quæstiunculis cogimur inhærescere, quoties quædam se se offerunt, quæ præter rationem omnem turpiter fuerint negligentia posteriorum contaminata, uelut in hoc uerbo IRITO. praua inualuit consuetudo, ut geminato. RR. ab omnibus iam librariis scribatur. Volunt enim'a littera, quæ de nare Canina sonat, IRRITO deductum. Quare perperam omnino legitur in nonnullis exemplaribus INRITATA. Sed enim IRITO ab ira potius est, ut & Irascor. Et ita unico. R. scribendum. Nam in irā stimulare significat. Iritum uero, uel inritū pro nō rato, uel. RR. geminato, ex Scauri sententia, uel per. N. &. R. Veterum more scribi manifestum est.

TOT Vigiles Oculi Subter. In plerisq; codicibus Antiquis legere est pro Subter SVBSVNT. Tot uigiles oculi Subsunt.

TERRAEQ. Per Vmbram Stridens. In oblōgo Vaticano codice sane q̄ uetusto STRIDET habetur finitiua forma, qd minime displicet. Et VMBRAS numero multitudinis in bona codicum Veterum parte.

NEC Dulci Declinat Lumina Somno. nequaq; placet; qd in plerisq; cod. antiquis LIMINA legitur. quū præsertim apud Catullum, Vnde phrasis desumpta, legere sit, Flagrantia declinauit lumina.

DEA Fœda Vitum Diffundit In Ora. In antiquis aliquot exemplaribus DIFFVDIT præterito tempore habetur. Sed longe magis placet præsenti.

EXCVBIAS Diuom Aeternas. Vetusta quædã exempl. legunt EXCVBIASQ. DEVM AETERNAS. Sed uulgata lectio magis adprobata.

CVI Nunc MAVRISIA Pictis Gens Epulata Toris. In ant. cod. manu scriptis passim legere est MAVRVSIA. ut græce scribit p. V. uocalẽ quintã in pene ult.

μαυρούσιοι γὰρ μάλιστα ἔθνος μέγα λ.ζύης

Neq; tamen mirandum. V. litteram in. I. transisse, quum multa huiusmodi repe riamus, quæ per ætates immutata sunt. Sed.n.& Mauritania, cuius nominis secũda syllaba a principio per ιωτα tam apud Græcos q̃ apud Latinos scribitur, olim per E. psilon notabatur. ut inspicere est in Hadriani Augusti nummis MAVRETANIA. Iam uero & IVPITER unico. P. in antiquis codicibus habetur.

AN Te Genitor Cum Fulmina Torques Nequicq̃ Horremus. In uetustis aliquot exemplaribus legere est AN NAE GENITOR. ut, næ intelligẽdo, apud Terentium. Verum in plerisq; NE absq; diphthongo notatum est. Vtcũq; uero magis placet uulgata lectio An te genitor, quum Fulmina Torques, Nequicq̃ horremus.

TVNC Sic Mercurium Adloquitur. In antiquis aliquot TVM habetur.

NON Respicit Vrbes. In Oblongo codice. & in Mediceo PERSPICIT. In aliquot aliis PROSPICIT habetur, Sed eodẽ sensu RESPICIT paulo infra repetitum eo uersu, Nec prolem Ausoniam & Lauinia respicit arua. Cuius loci testimonio plerique in liminari pagina, libro primo, Lauinia uenit litora legendum arbitrati sunt quasi utrunq; nomen ex cõmodo suo formare Poetæ non licuerit.

GENITRIX Pulcherrima. In peruetusto cod. GENETRIX PVLCERRIMA Ac de Pulcro quidem satis disputatũ, ita etiã de Genetrice, cuius nominis secundã syllabã per. E. scribi debere, atiqua marmora. nũmi, & Grãmatici ueteres monent.

BIS Vindicat Armis. In Longobardico codice VENDICAT per. E. legitur. Sed Vindex & multa alia per. I. scribi debere indicant.

GENVS Alto A Sanguine Teucri. In codicibus plerisq; ueteribus absq;. A. præpositione scriptũ est. GENVS ALTO SANGVINE, uenustate haud quaq̃ pari.

HAC Animas Ille Euocat Orco. In Longobardico quidem exemplari VOCAT esse uidetur: sed si accuratius inspicias, ILLEVOCAT more Græco per apostrophen scriptũ deprendes. Vtebantur uero Latini ueteres huiusmodi scribẽdi modo, quem adhuc in ueterum monumẽtis inspicimus, ut apud Mariũ Maffeum Præsulẽ Aquinatẽ, SI. QVICQVAM. HVMANITVS. IN. TE'ST. & iferius QVOIVS. LAVDATI. MORES. ET. FORMA. PROBATA'ST. Missa uero facio ea innumera. quæ apud Plautum & Lucretium in hunc usq; diem perseuerant in manibus hominum; nempe quia eruditioris sæculi tempore in lucẽ rediere. Non temere autem scriptũ inuenias apud Velium Longũ, ubi de synalephe loquitur. (Sit enim hoc testimonium Latinos eo genere scriptionis usos) Quum dicimus Hic illest, unum. E. scribimus & duo audimus, quod apparet in metro.

ALIAS Sub Tristia Tartara Mittit. In ueteribus aliquot cod. SVB TARTARA TRISTIA legitur, mutatis loco dictionibus. Sed TRISTIA TARTARA omnino uocalius sonat.

ET Turbida Tranat Nubila. Tam & si uetusti aliquot cod. TRANSNAT scriptũ habeãt, adeo tamen asperum id mihi uidetur, ut recipiendum nunq̃ censuerim.

HAVD Aliter Terras Inter Cœlumq; Volabat. In Oblongo codice, in Mediceo, & aliquot aliis sequitur uersus Materno ueniens ab auo Cyllenia proles, Litus harenosum Libyæ, uentosq; secabat. Nempe ad duarum syllabarum in continuatis uersibus homœoteleuton euitãdum. Hinc in plerisq; cod. post dictionẽ, Harenosum, AC. In nonnullis ET reperitur, hoc modo copulatiua postposita. Litus harenosum & Libyæ, uentosq; secabat; ut dissolutum membrum ita apte connectatur.

DEMISSA Ex Humeris. In peruetustis admodum exemplaribus DIMISSA legitur per. DI. ut negligẽtiam quandam in cultu, qđ Virum decet, ostendat.

Sed si Demissa placet, ut apud Statium. It tergo demissa clamys; nō aduersor; quū in statuis; & in nummis habitum huiusmodi sæpe obseruauerim, quæ sunt plurimū paludamento ab humeris deiecto bona anterioris corporis parte nuda.

TERIS OCIA. In antiquis OTIA. ut alibi diximus, per. T. Præter uero ea quæ posita sunt in Bucolicis. Vidi nuper in Hortis Palatii, qđ. D. Augustini tēplo proximum est. NEGOTIANTI. PVLLARIO. PATER. B. M. F. Et ultra Thermas Diocliti anas, in Hortis, qui Mæcenatis fuisse dicuntur. POSSESSORES. INQVILINI. NEGOTIANTES. utrunq; per. T.

AVDEAT Affatu Et Quæ Prima Exordia Sumat. In nonnullis cod. oppidoq; uetustis nō inuenuste legitur absq; particula copulatiua. Quo nunc ambire furentē audeat affatu? quæ prima exordia sumat?

MNESTHEA Sergestumq; Vocat Fortemq; Cloanthum. In Mediceo, & codicibus aliquot aliis antiquis FORTEMQ. SERESTVM habetur. Sed fortis epitheton passim apud Virgilium Cloantho adpositum.

CLASSEM Aptent Taciti Sociosq; ad Littora Cogant. In antiquis plerisq; cod. absq; particula copulatiua legere est. SOCIOS AD LITORA Cogant. Et ita tertium quoq; membrum solutum. Arma parent. Elocutio breuis, & imperanti ad.

EXCEPIT Prima. In codicibus aliquot peruetustis ACCEPIT (cōmodata. legitur. In aliis ADCEPIT. atq; si Deo placet, etiam ATCEPIT. D. in. T. mutata. Sed huic sententiæ magis quadrare uidetur EXCEPIT, quum id clam delatum intelligatur. Insidiæ.n. doliue insunt in uerbo excepit.

THYAS Vbi Audito. Velius Longus ait Græcos repugnare, ne θυάς scribas per. υ. tantum. Velle uero eos. υ. litteram adsciscere sibi. ι. ante alteram uocalem, ut unam syllabam faciant. Et ita scriptum obseruaui in Mediceo codice THYIAS. quanquam in aliis per. y. tantum.

DOMOSQ. Ignotas Peteres. Sunt Veteres admodum cod. in quibus DOMVS hic quarto declinatu habetur. Cuiusmodi casum Fl. Sosipater per. VS. melius q per. OS. proferri censet.

NOMADVMQ. Tyranni. Non eo in ficias NOMADVM in cod. Lōgobardico, & aliquot aliis legi. Sed.n. in Oblōgo. in Mediceo NVMIDVM habet Latino idiomate. Appianus.n., quos Græci Nomadas appellant, NVMIDAS a Latinis appellari dicit. Neq; dicat quispiam primam syllabam produci, si. NV. scribatur, quia fit. ου. diphth. apud Græcos. Appianus enim Romanoр sonum non syllabæ tempus exprimere curauit, quis alias pro. V. breui apud nos. O. μικρον illi scribere soleant, ut pro NVMA NOMAΣ; ita illi νομαδας, nos Numidas.

ANTE Fugam Soboles. Cur in antiquis cod. SVBOLES habeatur, alibi dictū. Nunc duo adhuc succurrunt exempla ex antiquis monumentis, ubi SVBOLES per. V. scriptū legitur. Ea sunt ad Aesculapii, ubi nunc Diui Bartholomei phanū. CVNCTORM HAEC SVBOLI SEDEM POST MORTE RELIQVIT.

Et alio uersu eodem epitaphio.

ET FACIET SVBOLES MVLTOS MEMORATA PER ANNOS.

a Subolescere enim hoc deductum esse nomen, alibi diximus.

SIQVIS Mihi Paruulus Aula Luderet Aeneas, Qui Te Tantum Ore referret. TE TANTVM, & TANTVM TE transpositæ dictiones in diuersis codicibus sentētiam identidem uariant. Nam quū Seruius exponat, Optarem filium simile uultu nō moribus tuis; quadrat ea lectio QVI TE TANTVM ORE Referret. Q đ si; ut in quibusdam aliis codicibus manu scriptis habetur; eam lectionem adprobauerimus, QVI TANTVM TE ORE Referret. Tantum, magnum amoris affectum ostendet, & ipsam petitionis honestatem; quum non quærat inuitum retinere; neq; futuræ eius felicitati uelit inuidere, optare uero tantum eius imaginis memoriam apud se perpetuo permanere, quam assidue spectando delectetur, & soli-

tudinis tedium leuet, desertiq; amoris amaritudinem leniat, quod in suscepto filio contingere potuisset; & ideo ad optatoq; diminutionē descēdit, aitq; TANTVM, ut ex pluribus, quæ forte negaturus erat, hoc saltem unum impetraretur. Tota enim orationis uis eo uertitur, ne deserat amatus amantem, aut si deserturus omnino sit, non ita miserabilem in erumnis & calamitatibus derelinquat. Est & alia lectio in codice Longobardico, atq; etiam in Mediceo, neq; non in Porcio. QVI TE TAMEN ORE Referret. Cui lectioni nonnulli alii ueteres codices adstipulantur. Et ita apud Arusianum in libello de Virgilianis elocutionibus scriptum habetur. Quæ quidem oratio & ipsa affectus, & amoris plena est. Ait enim, Iam &si summo opere concupiscat filiū ex Aenea suscipere; nolle tamen, nisi patri futurus sit similis suo. Totaq; in eo est, ut ostēdat, se regnū, opes, famam, omnia deniq; posthabuisse, præ uno Aenea, quo si potiri non liceat, imaginem saltem Aeneæ similem assidue contemplari possit. Quas uero impudicitiæ, uoluptatisq; notas interpretes huic inurunt a Virgiliana sententia mihi uidentur alienæ; Qui amorem Didus exscribere uidetur, de quo fertur unam esse animam in gemino corpore.

NON Equidem Omnino Capta, Aut Deserta Viderer. In Longobardico codice, in Mediceo, in Porcio, & aliquot aliis legitur AC DESERTA, quod infelicitatē augere uidetur. Multi enim captiui sunt, non tamen auxilii spe deserti, multi sine spe nō tamē captiui, se uero ait Dido omnino captā; sed nisi aliqua saltē imago Aeneæ sit penes se, etiā desertā. Hinc illud horrificū in somnis eius sequeĩ. Sēperq; relinqui Sola sibi; semper longam incomitata uidetur

Ire uiam, & Tyrios deserta quærere terra.

ME Si Fata Meis Paterentur Ducere Vitam Auspiciis. In antiquo admodū cod. pro PATERENTVR suppositum est VOLVISSENT. Sed Paterentur multo quid maius habet, & multo magis eruditis satis auribus facit.

RELLIQVIAS Colerem ET Priami Tecta Alta Manerent. In Mediceo, & antiquioribus quibusdam exēplaribus. ET. copulatiua particula non habetur; positū uero est κατὰ δ[illegible]. Relliquias colerem, Priami tecta alta manerent.

ET Recidiua Manu Posuissem Pergama. Quāuis exemplaria multa REDIVIVA legant, magis tamen placet, quod Seruius etiā agnoscit, RECIDIVA. a Cado enim Recidiuus, quod ait ille post casum restituta. Ita etiam Fl. Sosipater sentit, qui Rediuiua dici monet, quæ post interitum redeunt. Recidiua, quæ ex suo casu restituuntur. Vnde Virgilius, Recidiua manu posuissem pergama uictis.

EXTERA Quærere Regna. Priscianus loco hoc, quod repetere nō pigeat, Antiqui ait, citer dixerūt. Vnde citerior. Sic & Exter. Statius. VIII. Nec sua pignora curæ Exter honos. Et Virg. in. IIII. Et nos fas extera quærere regna. Aduerte uero κακο-φωνίαν in triplicata. RE. syllaba in earū dictionū cōtinuatiōe QuæRERE REgna.

TEQ. Querelis. Vsus obtinuit, ut Querela unico. L. scribatur. Antiqui codices uariant. Monumenta Veterum duplicato. LL. plerunq; scribunt. Legas enim in palatio Montis Iordani. DVLCITER. SINE. QVERELLA. Et in monumentis Claudiæ Sympherusæ, SINE. QVERELLA. atq; ita alibi sæpius.

IAM Dudum Auersa Tuetur. In Mediceo, & plerisq; ueteribus exemplaribus AVERSA legitur, qđ agnoscit Seruius, ut; Diua solo fixos oculos Auersa tenebat; de iis enim est qui obaudiunt, sed quomodo tuetur, si Auersa? Torue scilicet, & eo gestu, quo irati quas res odimus, uel despicimus, intueri solemus, oculis quippe in obliquum uersis.

NVSQVAM Tuta Fides. In cod. aliquot antiquis NVSQVAM EST TVTA legitur. Sed enim EST uerbum ex paraphrasi additum est contextui. Magis n. Poetica est elocutio; absq; eo uerbo, Nusquam tuta fides, dicere.

EIECTVM LITORE Egentem Excepi. Animaduertēda loco hoc distinctio dictionum; Quia Priscianus Eiectum litore legit, pro in litus. Quamuis quidam

distinguentes

distinguentes Eiectum ad consequens uerbum dicunt. Litore egentem suscepi. Ita enim ibi scriptum est; propterea ꝙ excipere significationem habere nonnunq̃ uidet cum insidiis, ut eo loco, Aemulus excepit Triton; inuenitur tamen uerbum id hospitalitari etiam adcommodatum; Nusq̃ uero alibi, q̃ apud Priscianum, idq; in antiquo codice manu scripto, qui est apud eruditissimum Virum Hieronymum Aleandrum Contubernalem meum, legi Litore Egentem SVSCEPI. In Virgilianis autem omnibus exemplaribus EXCEPI.

AMISSAM Classem Sociosq; A Morte Reduxi. Codices Vetusti partim Amissam ET SOCIOS A MORTE legunt, partim absq; particula copulatiua Amissam Classem SOCIOS A MORTE REDVXI. quæ quidẽ mẽbra ita soluta magis cõueniunt indignatæ personæ. Est & illud animaduersione dignũ, ꝙ in Prisciani codicibus hoc citato uersu legere est EIECTAM CLASSEM SOCIOS A Morte Reduxi. Sed quia paulo ante Eiectum litore egentem legitur, magis placet cum Seruio & aliquot antiquis codicibus legere AMISSAM CLASSEM.

SCILICET His Superis Labor Est. Legendum omnino . IS . quippe labor, ex codicibus fere omnibus antiquioribus.

ET Nomine Dido Sæpe Vocaturum. Quod DIDVM uspiam scriptũ ineniatur, non adeo mirum est, quum Plinius eam declinationem asserente Sosipatro, uideat admisisse; Qui tamen consuetudinem dicat facere, hanc Calysto, hanc Calypso, & similia. Atteius sane Philologus librum suum sic edidit inscriptum, An amauerit DIDVM Aeneas. & L. Anneus Cornutus in Maronis Commentariis, Aeneidos . X. Didus ait. hospitio DIDVS exceptum esse Aeneam. Quo minus reformidemus illud Egentem excepi. Sed enim hoc loco, ut ad rem ueniamus, Dido per synæresin, ex διδοα, & Peritiorum consensus, & antiquorũ codicum testimonia (cõprobãt.

ET Quum Frigida Mors Anima Seduxerit Artus. In antiquis aliquot exemplaribus SVBDVXERIT habetur; quam lectionem Seruius agnouisse uidetur, dum exponit hypallagen esse, pro animam artubus subduxerit. Vbi uide ne in Virgiliano codice ex hac interpretatione Seruii ANIMAE Datiuo casu sit legendum, si hypallage, quã ille loco hoc cõmentus est, facere uoluerimus. Sed enim, ut utranq; lectionem approbarim, siue ANIMA SEDVXERIT. siue ANIMAE SVBDVXERIT legere quis maluerit; ita hypallagen a philosophica ratione alienam esse contenderim. Nam quũ finiat Plato Philosophiam esse mortis meditationem; Veteres eius Interpretes duplicem mortis rationẽ cõminiscunt, aut duas potius mortes, unam qua corpus separatur ab anima, alteram qua anima separatur a corpore, hanc per ecstasin fieri, & intentiorem contemplationem, qua ab omnibus pene humanis sensibus abalienamur, eamq; esse philosophiam, de qua intellexerit Plato. Illam uero qua corpus ab anima separatur, eam esse mortem, qua species ipsa corrumpitur, ac esse desinit. Si igitur Seruianam hypallagem admittamus, quæ animam artubus subducat; Ecstasis intelligetur. & Platonica Philosophia. Sin, uti Virg. posuit, dicamus, Anima seduxerit artus, siue Animæ subduxerit artus. de ea morte sermo erit, quam hic Dido uult intelligi. Siquis uero quærat quæ mea sit sentẽtia ex duabus lectionibus, eã ego castiorẽ dico, quæ Platonicæ finitioni propior est; quippe anima seduxerit artus, id est quũ mors corpus ab aĩa separauerit.

ET MVLTA Parantem Dicere. Vetusti aliquot codices Multa VOLENTEM Dicere legunt; Sed Parantem longe melius.

ANIMOS Submittere Amori. In codicibus aliquot antiquis ANIMVM legit numero unitatis. Sed enim Animos numero multitudinis sæpe pro superbia & indignatione reperias, ut, Vince Animos, Iramq; tuã; & ipsa Dido iã idignata recesserat.

NEC Patris Anchisæ Cineres Manes ue REVELLI. In Oblongo cod. Vaticano REVVLSI legitur; quod improbat Seruius. Sed .n. Vello utroq; modo reddere ꝑteritum Priscianus; & multo ante illum Carisius auctores sunt, Cic. de suppliciis

Reuellistis, atq; in profundum abiecistis. Apud Lucanum uero sæpe Vulsi, & Vulserat inuenies. Apud Ouidium, Reuellit more Ciceronis, eo loco præsertim, Continuam diduxit humum pariterq; reuellit

In totidem mediis, quot cernis, Echinadas undis.

Sed apud eundem etiã Reuulsi eadẽ fabula paulo superius, libro Metamorph. vIII.

A siluis siluas, & ab aruis arua reuulsi.

CVMVLATAM Morte Relinquam. In Mediceo, in Porcio, & antiquis aliquot aliis codicibus REMITTAM legit. Tu uero quid hic Seruius ex Tuccæ & Varri sententia disputet, uideris.

AC Veluti Annosam Valido Cum Robore Quercum. In Porcio, & plerisq; cod. antiquis legere est AC VELVT ANNOSO VAlidam Cum Robore Quercum. Quæ quidem lectio agnita etiam uidetur Ouidio, quum dixit, Stabat in his ingẽs Annoso Robore Quercus. Sunt tamen, qui uulgatam lectionem magis adprobẽt; magisq; proprium esse dicant Annosam Quercum, & Validum Robur.

IT Stridor Et Alte Consternunt Terram Concusso Stipite Frondes. In ueteribus aliquot exemplaribus ALTAE · S. frondes, non ALTE aduerbium habetur; Sedenim aduerbium longe uenustius hic ponitur.

TANTVM Radice In Tartara Tendit. In codicibus nõnullis ex his uetustioribus RADICEM Incusatiuo casu legitur; quam lectionem si admittamus, Tendit pro extendit positum erit. Quanq; in Oblongo cod. peruetert MITTIT, nõ Tendit habetur. Quod si recipiamus, mẽbrũ illud superius QVANTVM VERTICE AD AVRAS AETHERIAS. figura erit; quam breuitatis per detractionem Quintilianus appellaret; quum .s. unum uerbũ, & id quidem manifestum siletur. Sed.n.tã &si tã multi cod. manu scripti refragent, libẽtius ego legerim RADICE casu septimo, ut cum superiore membro colligatũ lectionem reddat dilucidiorem.

ET Magno PRAEsentit Pectore Curas. In plerisq; cod. antiquis PERSENTIT legit. In aliquot etiã PERSENSIT, pterito tẽpore. Sed magis mouet in instãti (dictum.

NON Ipsi Effata Sorori. Veteres plerisq; cod. SORORI EST. una plus dictione legunt; placet uero uerbum id in fine narrationis.

SOLAQ. Culminibus Ferali Carmine Bubo. No. Marcellus ubi Virgilium pter aliorum Auctorum morem fœmineo genere Bubonem appellasse dicit, hoc citato uersu, nõ SOLA, sed SERA legit, epitheto inauspicatæ uolucri proprio, ut illud, Seraq; Terrifici cecinerunt omina Vates. Reliqui tñ cod. quotquot inspexi, SOLA

VATVM PRAEdicta Priorum. Ex antiquis exempl. quæ præ manibus (legũt. habuerim, plura fuerunt omnino, quæ PIORVM, q̃ quæ PRIORVM legerent. Quod si prædicta, in se PRIVS habere considerems, superhabundare quodammodo PRIORVM iudicabimus. Sin PIORVM legerimus, & proprium epitheton Vatibus dabimus, & uaticinio auctoritatẽ. Sane Seruius utrũq; agnoscit.

EVMENIDVM Demens Veluti. Ant. aliquot cod. EVMenidum Veluti Demẽs.

AVT AGAmemnonius Scenis Agitatus Orestes. In antiquis aliquot codicibus FVRIIS AGITATVS legitur. Vt rem Vero proximiorem faciat, nam quæ in scenis repræsentantur, fabulosa esse solent. Verum ego crediderim FVRIIS ex paraphrasi desumptum; & SCENIS inde legitima lectione expuncta, adulterinã suppositam. Agitatus.n.non tantũ pertinet ad furias, quæ omnino subintelligũtur, uerũ etiam ad Fabulæ actionẽ, quæ frequenter.s.recitari consuerit. Aduertendum etiam ORESTES absq; aspiratione scribi, licet in codicibus manu scriptis ea fere passim huic nomini adposita inueniatur.

QVAE Mihi Reddat Eum Vel eo Me Soluat Amantem. In Oblongo illo codice peruetert legere est Quæ mihi REDDET eum, uel eo me soluet amãtem. Vtrũq; uerbum futuro tẽpore, finitiuo modo. In Longobardico, Quæ mihi REDDAT eum; uel eo me SOLVET amantem. Vt primo agat de præsenti, ut reddat; id si

nequaq̃ fieri poſſit, de futuro ſaltem, ut ſit ſoluenda Dido præcauetur. propterea Soluet affirmatiuum eſt;& hoc ſaltem euenturum firmiter proponit. Sed.n.mihi magis faciat ſatis utrũq; uerbum eadem figura, eodem tempore &modo poſitum, magiſq; finitiuum illud Reddet, & Soluet. Nam ut Anna propere ad opus adcingeretur,certa aliqua ſpes proponenda fuit. Eſt & ſua tñ elegãtia in lectione altera.

HINC Mihi MASSYLAE gentis. In cod. pleriſq; ueteribus MASSYLIAE CENTIS legitur; quod ueriti ſunt. SY. mediam ſyllabam eſſe breuem. hinc ſuperius,Maſſylicią ruunt equites poſuerunt. Sed triſyllabum Latini agnoſcunt.

NOCTVRNOSQ. Ciet Manes. Exemplaria quædam admodum uetuſta legunt MOVET MANIS. ut illud, At cantu commotæ Erebi de ſedibus imis Vmbræ ibant tenues. & infra, Quo fletu Manis qua numina uoce moueret. Sed.n. CIET mihi magis placet,quo ſignificato legere eſt in Pharmaceutria, Animas imis excite

EXVVIASQ. Omnes. Legitur etiam in antiquis EXVVIAS (ſepulcris. OMNIS abſq; particula copulatiua,quod nihil aliud ab Aenea relictum indicaret, in futuræ cedis omen. Sed.n. inferius Exuuias ab Enſe diſtinxit, & Iliacas ueſtes nominauit.Quare dicendũ potius congruere imperanti mẽbra q̃ maxime diſſoluta ponere,ut,Ferte citi flãmas,date tela,ſcandite muros;& qđ paulo ante dicebamus, Claſſem aptent taciti, ſocios ad litora cogant. Neq; ſuo caret ornatu,ſi cũ particula copulatiua legam⁹ Exuuiaſq; Omnis,pſertim,quũ altera ſubſequať, Lectũq; ingalẽ.

SVPER IMPONAS. In codicibus aliquot antiquis SVPERIMPONE ſcriptum eſt,id autem abſq; ſynalepha legeretur. Sunt & alii,in quibus IMPONANT habetur. neutrum horum placet.

ABOLERE Nefandi Cuncta Viri Monumenta IVBET Monſtratq; Sacerdos. Sunt cod. admodum uetuſti, in quibus cũ Mediceo ſic habetur MONIMENTA IVVAT. ac de MonImento per. I. ſatis alibi dictum. Quod uero IVVAT inueniamus, dicta erunt hæc ex perſona conſilioq; Didus. Abolere nefandi cuncta uiri monumenta iuuat. mox illud ex præceptis, quæ ſacerdos dederat.quorum uel alterũ mouere poterat ſororem,ut ea omnia curaret cremãda. Mihi uero IVBET magis placet, ut hoc ſit auctoritatis & reuerentiæ, quæ Sacerdoti debeatur; Monſtrat uero pro redditione cauſſæ,cur id fieri debeat.

PALLOR Simul Occupat Ora. Veteres nõnulli cod. INFICIT ORA. legũt; quod non eſt horroris proprium, ſed uerecũdiæ potius. præterea Pallor infecturæ

AVT Grauiora Timet Quam Morte Sichei. In ant. aliquot cod. (cõtrarius eſt. HAVD legere eſt,quod minime placet. Eſt & SVCHEI per. V. ut ſuperius nõ ſemel obſeruatum,quod quidem,ut puto,ſit,ut Libet,Lubet.& ſimilia.

FALCIBVS Et Meſſæ Ad Lunam Quæruntur AHENIS. Codices pleriq; uetuſti ſcriptum habent AHENEIS quippe falcibus;quod non diſplicet.Oui. Tertia poſt illos ſucceſſit Ahenea proles. Hor. Hic murus Aheneus eſto. Erit uero uerſus dactylicus,uel Synizeſin patietur. Sed enim etiam AHENIS recte. De aſpiratione uero in eo nomine, dictum eſt alibi.

VNVM Exuta Pedem Vinclis In Veſte Recincta. Sunt quidem exẽplaria manu ſcripta,in quibus legitur ET VESTE RECINCTA. Sed illud In VESTE lõge

ACCIPIT. Quia pleriq; cod. antiqui ADCIPIT incolumi præpoſi (uſitatius. tione ſcribũt. Libuit ex Cn.Pompei temporibus teſtimoniũ adſcribere,qđ uerbum id. CC. geminato rũc ſcribi ſolitũ declararet. Inſcriptio eſt in Mineruæ delubro, qđ ex Manubiis cõdidit,in qua notatũ eſt hoc modo IN DEDITIONEM ACCEPTIS. Inde paulo infra. IN FIDEM ACCEPTIS. utrũq; CC.geminato.

NOMADVMQ. Petam Connubia. NVMIDVM latine ſcribendũ oſtendimus ex Appiano. Id igitur potius referamus, quod ueteres pleriq; codices, nõ Petam, ſed SEQVAR CONVBIA legunt, qđ mihi non placet. paulo.n.infra eſt, Iuſſa ſequar;qđ abſurdũ eſſet tã cito repetitũ. Et de Connubio petere libentius dicimus;

Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus. Et uxoré petere, apud Terétiũ sæpius.

QVOS Ego Sum Toties. In aliquot ant. cod. SIM legit̃, si diligẽter aduertas, nõ

QVIA NE Auxilio Iuuat Ante Leuatos, In cod. aliquot antiquis (inuenuste. EXILIO legitur. quasi ad id adludat, quod illis in exilium abactis, patriam donauerat, per eam concessionem, Vrbem quam statuo uestra est. Sed.n. AVXILIO in pluribus habetur exemplaribus & longe castior lectio Peritioribus uidetur.

RATIBVSVE Superbis Irrisam Accipiet. In Mediceo, & plerisq; aliis codicibus antiquis INVISAM legitur. præ dolore.n. putat se omnibus haberi odio, non tamen displicet IRRISAM.

NAVTAS Comitabor Ouantes. Vetera quædam exemplaria EVNTES legunt. Sed OVANTES agnoscit Seruius. Et ad uictoriam de se partam inuidiose adludit infelix Dido, quasi captiua sit in triumphum deducenda.

AN TYRIIS Omnis Manu Stipata Meorum Insequar. Mediceus & antiqui alii plerisq; codices INFERAR legunt. De nauigatione.n. adhuc est sermo, & an sola, an cum suis omnibus comitari debeat Aeneam, quem dominum in Regna receperat. nondum enim in excandescentiam exardescit.

NON Licuit Thalami Expertem Sine Crimine Vitam Degere More Feræ. Male omnino legitur in codicibus nõnullis antiquioribus EXPERIAM. scilicet me, quæ fueram experta uitã thalami, Coniugii tempus, sine crimine, degere in posterũ more feræ; quæ quidẽ insulsa est interpretatio. Longe uero melius est Non licuit degere uitam more feræ thalami expertem. Quam lectionẽ Quintilianus ita agnoscit, ut Emphasin inter figuras memoret, quum ex aliquo dicto latens aliquid eruit, ut apud Virgilium hoc loco. Quanq.n. de matrimonio queritur Dido, tamen huc erumpit eius affectus, ut sine thalamis uitam non hominum putet. sed ferarum.

CINERI Promissa Sichæo. In cod. plerisq; sane q̃uetustis SICHAEI legitur; maior tñ pars possessiuũ nomẽ agnoscit, & SVCHAEO, ut alibi obseruaũ scribit.

ET Membra Decora Iuuentæ. In Mediceo, & in codicibus aliquot aliis antiquis IVVENTA legit̃ casu septimo. quasi Iuuenta ipsa in caussa esset, cur mẽbra decora

NEC QVAE Circumstent Te Deinde Pericula Cernis. Mediceus codex (essent. cum Veteribus plerisq; aliis exemplaribus ut numerosiorem faciãt uersum, ita legũt NEC QVAE TE CIRCVM STENT Deinde Pericula Cernis, ut sit nec cernis quæ te circum pericula stent, non autem circumstent, unica dictione.

NEFAS In Pectore Versat. Nonnulli codices omnino uetusti, legunt SVB PECTORE. Sed IN PECTORE lectio castior est.

VARIOQ. Irarum Fluctuat Aestu. In ueteri admodum codice legi VARIOS IRARVM CONCITAT AESTVS. Sed ex Synepeia Catulli FLVCTVAT AESTV. magis placet. apud eum.n. legere est, Et magnis curarum fluctuat undis.

EIA Age Rumpe Moras. Vetera aliquot exemplaria legunt ERGO AGE. utram lectionem lector prætulerit, nõ laboro. Sed mihi EIA AGE magis placet.

CORRIPIT. E. Somno Corpus. In antiquis aliquot exempl. CONRIPIT E STRATO. Vt illud, Conripio stratis corpus.

IMPERIOQ. Iterum Paremus Ouantes. In antiquis plerisq; codicibus legere est IMPERIOQ. TVO PAREMVS. quis Seruius ITERVM agnoscit.

ADSIS O. Sunt omnino cod. aliquot ex antiquioribus, in quibus ASSIS geminato. SS. scriptum inueni. Sed longe plures, iidẽq; cariosiores, ADSIS per. D. scribunt. Qui uero .S. geminari debere contendunt, inde potissimũ eliciunt argumentum, qđ apud Plautum ADSVM. respondenti, ELIXVM TE NON ASSVM VOLO. alter subiecerit, ioco ex uerbi similitudine suborto. Sed.n. agnominationes huiusmodi nõ sine uenustate una etiã uel mutata, uel detorta lĩa fieq̃

FLAVENTISQ. Abscissa Comas. Codices nonnulli ueteres (consueuerunt. ADSCISSA, quod minime placet, legunt. In altero enim plus est uehemẽtiæ.

NVNC TE Fata Impia Tangunt Tum Decuit, Quum Sceptra Dabas. Probus hoc loco NVM & IVM aduerbia sibi respondere dicit, quare absq; .C. littera legendum NVM TE Fata Impia Tangunt. Præterea apud eum, ueluti etiam est in Mediceo codice; FACTA IMPIA nō FATA legit; ut sit participium non nomen. Quæ uero sint ea facta impia, ad quæ stimularet, superioribus uersibus enumerauerat. Non arma expedient, & quæ sequuntur.

EPVLANDVM Apponere Mensis. In Mediceo & antiquis plerisq; omnibus codicibus PONERE simplex uerbum notatum obseruaui, idq; Seruius agnoscit. in uno autem tantum codice ueteri ADPONERE scriptum inueni, ut uulgata habēt exemplaria; Et frequens loquendi usus adprobat.

MERITVMQ. Malis AVERTITE Numen. Exemplaria longe plura sunt, & ea probatiora, quæ ADVERTITE legunt. Imprecatura enim est Dido mala multa Troianis, quæ DI monētis Elisæ rata, & ineuitabilia esse uelint. Et hoc admittere uidetur Seruius dum dicit. Quod mali merentur scilicet Troiani. Eadem apud Ouidium sententia, idemq; uerbum ubi Althea furias in Gnati exitium uocat,
Pœnarumq; Deæ Triplices furialibus inquit
Eumenides sacris ultus aduertite uestros.

ET SI Fata Iouis Poscunt. Antiqui plerіq; codices ET SIC FATA Iouis Poscunt legunt; quæ lectio forte non displiceat. In Mediceo .C. littera ex ea dictione abrasa est. quum, SIC FATA prius scriptum fuisset.

VIDEATQ. Indigna Suorum Funera. Bona ueterum codicum pars VIDEAT INDIGNA SVORVM absq; particula .q;. legunt. Notum.n. Heptimemerim quoq; indifferenter utramq; syllabam admittere. Vnde superiori libro legere est, Dona deinc auro grauia sectoq; elephanto. Neq; tamen displicet VIDEATQ. legere, uersu incolumi, & pleniore.

SIC VENIAT. Codices nōnulli ueteres legūt SIC VENIET Infinitiuo modo. Sed . VENIAT . imperando, magis placet.

ILLA Gradum Studio Celerabat Anili. In codicibus quibusdam sane q̄ uetustis ANILEM legitur quippe Gradum. Videturq; maius esse celerare gradū anilem studio, q̄ celerare gradum anili studio. hoc tamen in medio relinquatur.

PAVLVM LACHRYMIS. In antiquis aliquot exemplaribus PAVLLVM LACRVMIS. habetur. Ac de Lacrumis quidē satis superq; dictum alibi. Quātū uero pertinet ad Aduerbium PAVLLVM duplici . LL. notatum, id ita scribendum esse constanter adeo affirmat Terentius Scaurus, ut eos peccare sine dubio, dicat, qui PAVLVM per unū . L. scribunt. Hinc in Veterum monumentis legas, HOSPES QVOD DEICO PAVLLVM EST ASTA AC PELLIGE. & eodē modo plerisq; locis tā pro Aduerbio q̄ pro nomine proprio PAVLLVM. PAVLLVS scriptū comperias. Missa uero facio nomismata, in quibus fere passim PAVLLVS legitur. LL. geminato.

DVM Fata Deusq; Sinebant. In aliquot antiquis cod. SINEBAT singulari numero legit; ut proximiori adcōmodetur. Sed magis placet plurale SINEBANT.

INIMICO A Fratre Recepi minime placet, quod in codicibus nonnullis manu scriptis legitur INIMICO FRATRE absq; præpositione.

ENSEMQ. CRVORE Spumantem. In Mediceo, & aliquot aliis ant. co. legere est CRVOREM quarto casu; ut plura sint mēbra ad exaggerationē, hæc .f. Collapsam aspiciunt comites, ensemq; aspiciunt, cruorem spumantem aspiciunt, sparsasq; manus. Vel Ensem spumantem cruorem transitiue non ineleganter. Sed enim magis omnino placet, Ensem Cruore spumantem.

RESONAT Magnis Plangoribus Aether. In Mediceo, & antiquis plerisq; cod. CLAMORIBVS habet. sed magis fœmineū est PLANGORIBVS. & paulo ante dictum est, It clamor ad alta Atria, quod non fuit tam cito repetendum.

NON Aliter Quam Si Immissis Ruat Hostibus. In cod. aliquot antiquis MISSIS legitur, absq; . IM . præpositione hostium impetum indicante. Quare quum IMMITTere pertineat ad hostilē uim. & alibi, Immissi Danai, & apud Historicos, Immissos equites, immissos hostes sæpe legas. nulla mihi reliqua fit dubitatio, quin IMMISSIS legendum sit.

AVT Antiqua Tyros. Veteres plerique codices TYRVS idiomate latino legunt. Sed non displicet TYROS. Cuiusmodi casum Valerius Probus in plerisq; aliis huiusmodi nominibus apud Virgilium agnoscit.

ATQVE Eadem Hora Tulisset. In codicibus aliquot antiquis FVISSET legit. Sed TVLISSET melius, ut assumat Accusatiuum AMBAS.

EXTINXSTI TE Meq; Soror. In ueteribus fere omnibus exempl. EXTINXI prima persona legitur; quasi fateatur Anna se manibus suis parasse instrumenta necis, admittatq; in se culpam ad maiorem doloris exaggerationem. Valerius tamen Probus EXTINXTI per Syncopen agnoscit, una cum Sosipatro Carisio, Qui, Syncope (ait) est, quum mediæ parti aliquid subducitur, ut Extinxti te, meq; soror, pro extinxisti.

STRIDET Sub Pectore Volnus. In antiquis aliquot codicibus STRIDIT, a tertia coniugatione est, ut in Georgicis; Stridere apes utero, & stridūtq; cauernis.

CVBITOQ. Innixa Leuauit. In plerisq; codicibus antiquis ADNIXA legit. Sed id magis animaduertendum, quod uetera quædam exemplaria CVBITV legunt quarto declinatu. Nisi sit, ut ACRV. & DONV. & pleraq; similia, quorum exempla superius adnotauimus.

INGEMVITQ. Repertam In antiquis aliquot exemplaribus REPERTAM legitur, pro Reperisse, quæ frequens apud eruditos elocutio.

DIFFICILESQ. Obitus. Vt missum faciam LIS terminationem in antiquis codicibus, id ponam ex eruditorum sententia difficiles obitus ideo a Poeta dictos; quia casu moriebatur, non autē fato, de quo apud Aulum Gell. L. xiii. cap. primo.

SED Misera Ante Diem. Apud Nonium Marcellum loci huius expositionem inuenies. & apud Seruium in libri Decimi commentario.

ABSTVLERAT. In codicibus aliquot antiquis APSTVLERAT per. P. legit. Nam quum Veteres. B. ante. S. durius sonare iudicarent, quod in ABSCONDIT Velius Longus notat. Eam litteram in. P. commutabant, quæ auditum exornaret. Nostra autem ætate nusq; reperi tam eruditas aures, quæ duriciem a mollicie in huiusmodi pronunriatione discerneret. In Veterum uero monumentorum inscriptionibus sæpe APSTVLERIT per. P. notatum obseruaui; quorum exempla aliquot indicasse non pigeat. Romæ apud. D. Eustachii.

AVT . HANC . ARAM . APSTVLERIT.

In. S. Celsi, epigrammate elegiaco. APSTVLERINT. In. S. Priscæ.

QVOD . TE . FESTINANS . APSTVLIT . ATRA . DIES.

IRIN Demisit. Quærebant Veteres cur IRIN non IRIDEM Virgilius dixisset, positumq; IRIN pro IRIDEM. C. Iulius Romanus ait. & ita alibi IRIN de Cœlo. Varronem tamen, Tullium, & alios, huius Iris, huius Serapis, huius Isis protulisse.

TRAHENS Varios Aduerso Sole Colores. In Mediceo, & codicibus quibusdā aliis peruetustis ADVERSA LVCE legitur. Sed Aduerso Sole signate ex ratione physica positum est.

ET DEXTRA Crinem Secat. In Longobardico peruetere codice CRINEM TVLIT habetur, ut sit pro Abstulit. Magis tamen placet SECAT, ut res ipsa pingi uideatur. Nam ut Pictura Poesis est.

Atq; hæc hoc libro dicta sufficiant.

IO . PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES

IN . QVINTVM AENEIDOS . VIRGILIANAE

NTEREA MEDIVM AENEAS IAM CLASSE TENEBAT
i CERTVS Iter. Antiqui admodum codices legunt mutato numero INTEREA AENEAS MEDIVM. Dactylis & spondeis alternatim collocatis, qui numerus artificiosior uidetur. Quamuis MEDIVM AENEAS ex plurium litterarũ collisione grauior habeatur. Sed enim suas quisq; aures consulat, nos enim id in medio relinquimus.

QVAE Iam Infelicis Elisæ Collucent Flammis. In codicibus aliquot antiquis legere est IAM FELICIS. ut sit IAM pro πάλαι. quod ipsa met antea confessa fuerat. Felix heu nimium felix, si litora tantũ Nunq̃ Dardaniæ tetigissent Nostra Carinæ, de priore uita sua loquens. Quod si INFELICIS placet, & IAM respicere ad uerbum Collucent, aliena non erit a ratione sententia. Nam & ea se identidẽ infelicẽ appellauit paulo ante. & infelix ab Aenea nuncupat' in Sexto.

COELVM Vndiq; Et Vndiq; Pontus. Lectio hæc in codice Longobardico, & quibusdam aliis manu scriptis. Sed enim in Mediceo; & plerisq; indem antiquis ita scriptum obseruaui, MARIA VNDIQ. ET VNDIQ. COELVM. Ex eruditis autem uiris hanc alii lectionem, alii alteram malunt.

HEV QVIANAM Tanti Cinxerunt Aethera Nimbi. Iouianus Pontanus summo uir ingenio, eruditioneq;, ut omnibus palam est, incomparabili, in libro de numeris Poeticis, Multis quidem rationibus legendũ esse HEV. QVI. NAM monosyllabicis dictionibus; nitit' adprobare. Aliquos uero codices inueni, in quibus paulo sequius detorto dictionis casu; per monosyllaba legatur HEV QVO NAM. In quodã alio QVID NAM. Sed.n.Seruius QVIANAM agnoscit, & in Decimo sermonem Ennianum esse dicit. Vetustioraq; omnia exemplaria, quæ habui, QVIANAM trisyllabũ legunt. Priscianus. L. de Constructione primo. QVIANAM ait interrogatiue poni, Virgilii testimonio hinc citato, idemq; significare, quod apud Græcos διατί. alibi uero ait. γάρ coniunctionẽ causalem per QVIANAM expressum a Virgilio HEV QVIANAM Tanti. Et QVIANAM aduerbium constare Tribracho hoc loco teste, Valerius Probus asserit in Artium institutis. Sosipater Carisius Vbi QVIANAM inter aduerbia interrogandi recenset. hunc eundẽ citat uersum, Heu quianam tanti cinx. æth. nim. Mihi uero non displicet Pontani sententia, Sed neq; ueteribus codicibus uno consensu legẽtibus eodem modo, & antiquis tot Grammaticis, quos tamen Pontanus eludit, ausim refragari; Quum præsertim Quintilianus ita libro Octauo dicat, Propriis dignitatem dat antiquitas. Eoq; ornamento acerrimi iudicii. P. Virgilius est usus OLLI, & QVIANAM. ad spargendam auctoritatem.

OBLIQVATQ. SINVS In VEntum. In Longobardico SINVM unitatis numero legitur, inemendate. Nam & si absq; ecthlipsi legeretur, absurdũ omnino nescio quid sonaret; & Sinus numero multitudinis, Vela, Poetæ libentius appellãt.

NEC Nos Obniti Contra. In antiquis codicibus plerisq; OBNIXI legitur; Q d adnotandum fuit, non quia OBNITI candidiorem esse lectionem non agnosceremus; sed quia pleriq; codices manu scripti. eodem modo legunt.

NEC Tendere Tantum. In aliquot ant. suauiore numero legitur NEQVE.

QVOQVE Magis Fessas Optem Dimittere Nauis. Antiqua pleraq; exemplaria cum Mediceo QVOVE legunt, particula disiunctiua.

AT Procul Excelso Miratus Vertice Montis. In ueteribus quibusdam codicibus ET PROCVL legitur, quod non ita placet; est & distinctis, inde dictionibus

præpositione & nomine EX . CELSO . Nonnulli tamen malunt,una legendû.

ADVENTVM Sociasq; Ratis. Non est excipiendû risu, quod in antiquis aliquot codicibus ATVENTVM per . T . consonante prima scriptum inuenitur. Fuisse siquidem Veterum morem nomen hoc ita scribere non inficiatur Victorinus; sed nos nunc per . D . scribere libentius uolunt.

ET Pelle LIBYSTIDIS Vrsæ. Sunt qui LIBYSSIDIS per . SS . geminatû non per . ST . legere contendant. Quam lectionem ego nusq̃ in exemplaribus antiquis inueni;neq; formam eam gẽtilis nominis,aut possessiui,aut patronymici,aut quauis alia uelint ea nuncupatione appellitare,traditã a Grãmaticis; quis id nomen in multas uarietur formas. Primo enim Libys est proprium nomen,cuius Genitiuus Libyos,a quo Libya. Inde nomina deducta uel gentem,uel quid huiusmodi significãtia hic & hæc Libys & hoc Liby. Libycus.ca.Libyssa sæ.a quo Libyssæus. a Genitiuo uero Libyos,ex pleonasmo Libystus. Libysticus. Libystinus. Libystias,& qđ in frequentissimo est Latinorum,& Græcorum usu LIBYSTIS . Et quoniã apud Stephanum legitur,Libyam a Liby dictam,non importunum fuerit,quid alii quidam super hoc nomine senserint apponere. Libyam ab eo dictam , quod inde Libs flat , putat Seruius,& plerięq; alii. Varro uero nomen confictum putat , quod Libya , quasi λιπουσα του υετ. dici crediderit , cui opinioni Sallustii etiam dictum accommodant , Cœlo , terraq; pœnuria aquarum. Eam tamen Isocrates a matre Busiridis ita uocatam dicit,ubi de nobilitate Busiridis his uerbis loquitur,

ὃς πατρὸς μὲν ἦν Ποσειδῶνος , μητρὸς δὲ λιβύης , τῆς ἐπάφου , τοῦ διός . ἣν φασὶ πρώτην γυναῖκα βασιλεύσασαν ὁμώνυμον αὑτῇ τὴν χώραν καταστῆσαι .

Fuit itaq; Busiris patre Neptuno matre Libye, quæ Epaphi filia fuit, qui Iouis. Eam autem , quum Mulierum prima regnare adgressa esset, suo de nomine regioni nomen indidisse proditum est.

AC Fessos Opibus Solatur Amicis. Vetera aliquot exemplaria legunt ET FES SOS . Sed magis placet . AC . quia sequellam quandam cum properatione subinnuit. Est & AMICOS legere in cod. aliquot antiquis,ut sit fessos amicos. Sed Amicis opibus,hoc est caris.gratis. Et opratis longe magis placet.

GENVS Alto A Sanguine Diuum. In cod. aliquot antiquis A SANGVINE TEVCRI legitur. Sed enim magis placet DIVVM . ut persuasurus diuinos honores celebrandos in honorẽ Patris, idem ipsi sibi sperarent, qui genus a DIS ducerent. Et in antiquioribus codicibus dubioprocul DIVOM habetur.

NI Fallor. In antiquis cod. NISI Fallor. Sed monosyllabum uenustius.

GETVLIS Agerem Si Syrtibus Exul. GAETVLIS cû æ diphth.prima syllaba scribi dictum. Est uero & EXSVL tam ex aliquot codicibus, q̃ ex antiquorum marmorum testimonio, ac Veterum Grammaticorum præceptis, per . X . & . S . scribendû,idq; nõ eo abusu quo MAXSVMVS . AVXSILIVM . ALEXSAN DER , & huiusmodi pleraq; in Veterum monumentis notata superius memorauimus. Sed quia Terentii Scauri, Capri, & quorundam Veterum Grammaticorum præceptû est , EXSVL cum littera . S . post . X . scribendum , ut scilicet nominis quod insertum est, uis appareat. Siquidem EXSVL extra solum esse significat. Quod uero intermitti cœperit & in hac dictione,& in aliis nonnullis,inde factum , Quia Thusci natura linguæ suæ . S . litteram raro exprimerent. Apud Latium uero unde Latinitas dicta,& ubi orta,& maior Populus ; & magis egregiis artibus pollens,Capri ipsius testimonio fuere Thusci;quos nos plurimum sumus imitati.

ET Vrbe Mycene. In codicibus aliquot antiquis MYCENAE cum diphthongo. In aliquot MYCENA legitur. Sed siue MYCENE legendum uelint, ut apud Iuuenalem Vetus Thebe;siue declinationem mutatam,ut Grammatici tradunt, Vt in erudito quodam carmine , MYCENA DITIS . aliorum sit iudicium. Nam

Priscianus inueniri quædam ait singulariter prolata idem significantia; Virgilius Quinto, Argolicoue mari deprensus & urbe Mycena. Mihi sane mirifice placet, qd in Romano codice legi MYCENIS. figura elocutionis admodum elegáti. Erát & alii codices, in quibus MYCENIS legebatur numero multitudinis, sed imperitorum hominum iniuria contaminati sunt, ultima abrasa syllaba.

ERGO Agite Et Cuncti Lætum Celebremus Honorem. In antiquis codicibus Traspositis dictionibus, ET LAETVM CVNCTI Celebremus. habetur.

ATQ. HAEC Me Sacra Quotannis. In antiquis aliquot cod. MEA SACRA legitur, a me.s.instituta. Sed quia subsequitur Ferre, magis placet ME ferre. Est & QVOT. ANNIS distinctis dictionibus, ut in Veterum monumētis CENTENI QVINQVAGENI. QVOT. ANNIS. DARENTVR. & alia huiusmodi.

AVT Iaculo Incedit Melior LEVIBVSVE Sagittis. In Ant. LEVIBVSQ. atq id expositiue positum.

SEV Crudo Fidit Pugnam Cōmittere Cestu. In antiquis aliquot codicibus transpositis uerbis legitur SEV PVGNAM CRVDO FIDIT. quod in medio relinquimus, eorum, qui arcanam hanc musicam adamant, iudicio perpendendum; ita etiam quod subsequitur transpositis tantum dictionibus uariatum.

ET CINGITE TEMPORA RAMIS. quod in Romano codice, & aliquot aliis ita habet. ET TEMPORA CINGITE RAMIS. nempe ad similiū syllabarum concursum euitandum. TE. TEM. & RA. RA. Verum huiusmodi syllabarum homophoniæ plerunq; de industria fiunt a Poetis, ut eo loco, Et nos fas Extera QuæREREREgna. de quo superiore libro dictum.

CEDIT QVINAS De More Bidentes. In Romano cod. legere est BINAS. neq; desunt, q ui Manibus pari numero hostias mactari solitas dicát. In quibusdā aliis exemplaribus scriptum obserues CEDITQ. BINAS, qd' mihi subindicat QVINAS legendum. Siquidem. V. sæpe mutari solitum in. B. litteram adnotaui. postea interiectum est punctum; quod. Q. a dictione sic scripta QBINAS dissepararet; ignariq; artis metrice. Cediteq; Binas legēdum putauere. QVINAS uero bona pars Veterum codicū habet. Iam uero BIDENTIS & NIGRANTIS per. I. passim scripta sunt.

DONA Ferunt Oneranrq; Aras. In antiquis aliquot codicibus absq; copulatiua particula legere est DONA FERVNT. ONERANT ARAS. Sed mihi copula ea inserta plurimum adridet.

SVBIICIVNT Verubus. In antiquis SVBICIVNT. duobus. II. in unum idq; figura oblonga coeuntibus. & VERIBVS per. I. in pene ultima, ex Veterum monumentis, & Grammaticorum præceptionibus.

FAMAQ. Finitimos Et Clari Nomen Acestæ EXCIERANT. In Romano codice, & in Longobardico EXIERAT legitur, quod non placet. Et Priscianus ut CII. præteritum comprobaret, EXCIERAT ex hoc Virgiliano uersu citat; scribendum uero singulari numero EXCIERAT etiam ex antiquis codicibus.

ARGENTI Auriq; Talenta. In cod. aliquot antiquis AVRI ARGENTIQ. legitur; Sed altera lectio melior, & numero, & ordine rei, ut illud, Argenti atq auri memoras quæ multa, talenta Gnatis parce tuis.

REMIGE Pistrin. In antiquis plerisq; codicibus PRISTIN legitur, quam πρὸ τὸ πρίζειν dictam uolunt, hoc est a secandis fluctibus. PISTRIN uero pro Nauigii forma No. Marcellus agnoscit (nisi codices corrupti sunt) ad similitudinem marinarum Pistricum, quæ longi corporis sunt. sed angusti.

TRIPLICI Pubes Quam Dardana Versu Impellunt. Est antiquus codex, in quo scriptū est IMPELLIT numero unitatis. sed altera lectio ex Mediceo & aliquot aliis magis placet, utpote figuratior.

CENTAVRO Inuehitur Magna. Codices aliquot antiqui MAGNO legunt.

Sed magis placet MAGNA fœm. ge. quod agnoscit Seruius. Esse uero Magno uirili genere librarii errorem ostendit lectio, quæ subsequitur, Scyllaq; Cloanthus Ceruleo, quod genus neq; Naui, neq; Scyllæ possis adcommodare.

GENVS Vnde Tibi Romane Cluenti. In aliquot exempl. antiquis CLOANTI legitur; quam primã crediderim cognominationẽ fuisse. Inde CLVENTIVM dici cœptum; quo modo sæpe apud Ciceronem habetur.

INTENTAQ. Brachia Remis Intenti Expectant Signum. Seruius quidem & INTENTA Brachia & INTENTI Iuuenes agnoscit. neq; tamen idẽ repetitũ, quum diuersa sit significatio; aliter enim brachia, aliter mentẽ intendimus, ait ille. Sed enim in codicibus aliquot antiquis legere est NVDATAQ. Brachia Remis Intenti. Quæ si placeat elocutio, ubi lectum erit. Cætera populea uelatur fronde Iuuentus, Nudatosq; humeros oleo perfusa nitescit. suspendantur illa duo uerba. Considunt Transtris. Inde per continuationem superioris membri, Nudataq; Brachia Remis Intenti expectant signum. Priscianus tamen INTENTA agnoscit cum Seruio, ubi Accusatiuo inquit inueniri passiua coniuncta, sed figurate, ut, lædit manum, frangitur pedem. Virg. Intentaq; Brachia Remis Intenti expectant signũ. atq; hoc alibi repetit, dictũq; asserit, ut, Nuda genu. & Lacerum crudeliter ora. Apud quem tamen etiã si Nudata, legas traditam ab eo regulam nihil immutabis; quũ de modo elocutionis, non de uocabulo sit sermo. Vtrobiq; autẽ in ueteribus Prisciani codicibus INTENTA scriptum est.

CONVVLSVM Remis Rostrisq; Stridentibus Aequor. Dissimulandum iam qđ in antiquis codicibus habetur CONVOLSVM. Et ut Victorinus scribendũ præcipit COMVVLSVM. Illud autem diligentius examinandũ, quod olim, quodq; nostra maxime ætate Grammaticoꝝ omnium ingenia perturbat. ROSTRISQ. STRIDENTIBVS. In quo uariãt & ipsi quoq; codices antiqui, torq; tibi offerũt lectiones, ut cui potissimum adhæreas, ambigere cogaris. Nam quũ post dictionẽ ROSTRIS. QVE. particula copulatiua multoꝝ omnino ueterum exẽplarium consensu subsequatur, ueriti pleriq; sunt STRIDENTIBVS adscribere, quod primam in eo uerbo syllabam produci persuasum haberent. Hinc in uetusto quodam codice ROSTRISQ. SONANTIBVS scriptũ est. Hinc alii .S. in STRIdentibus habundare putauerunt, quod omnino plerisq; aliis locis factum deprendi, in Romano præsertim codice; suspicatiq; sunt TRIDENTIBVS legendum. Alii RVENTIBVS adinuenere, qua in opinione litteratissimos ætate superiore Viros fuisse accepimus. Sed enim lectiones huiusmodi in nullo ex antiquis exemplaribus, quæ undiq; conquisita inspexerim, offendi. In Oblongo illo codice peruetusto, quem Pomponii Læti delicias fuisse dicunt, ROSTRISQ. RVDENTIBVS legitur, quod improprie dictum uideretur. Quum uero bona codicum antiquiorum pars ROSTRISQVE STRIDENTIBVS habeat, Eamq; lectionem agnoscat Apronianus, non absurdum forte fuerit dicere pedem insolitum, quippe Amphimacrum, uel molossum potius quarto loco positũ; nisi Poetam auctoritate sua primam in Strideo syllabam, quippe quæ ἰῶτα sit, uocalis dichrona, Corripuisse quis asserere uoluerit; neq; obstiterit, q̃, QVE, tribus consonantibus inhærentibus produci debere uideatur; quum .S. inter liquidas quoq; reiecta sit, Capri testimonio, & ab Etruscis inter eas litteras, quæ uix pronũtiarentur habita; Licet olim suæ cuiusdam potestatis, sonoq; suo etiam absq; uocalium adminiculo sonora uideretur. Sed quid obsecro magis proprium, q̃ in eo strepitu exprimendo, per eam syllabarum asperitatem, ut uastum nescio quid præter etiam rationem musicã audias, legere CONVOLSVM REMIS ROSTRISQVE STRIDENTIBVS AEQVOR. Quamuis neq; quidem ea mihi lectio displiceat, quam probant litterati pleriq; Viri ROSTRISQVE TRIDENTIBVS. Quam lectionẽ ab Academia Neapolitana profectam indicauit mihi Angelus Colotius, Vir apprime litte-

ratus. Videtur uero Tridentib. dictum a specie rostri, Tridentali effigie; cuiusmodi ea est, quæ in Agrippæ nümis habetur. Nam in honotibus Agrippæ habitis nümi etiam cum naui rostrata cussi. S. C. quod Virg. in clipeo tangit, Tempora nauali fulgent Rostrata corona. Mouet me præterea Valerii Flacci parodia ita dicentis.

Volat immissis caua pinus habenis,
Infinditq; salum; & spumas uomit ære tridenti.

NEC SIC Immissis. Veteres aliquot codices manu scripti legunt NON SIC Immissis; ut sit altera periodus. Sed uulgata lectio omnino receptior.

PRIMVSQ. Elabitur Vndis. In Romano codice, in Longobardico, in Mediceo & aliquot aliis legere est PRIMIS, ut sit, Primis Vndis.

ET Nunc PISTRIS Abit. In antiquioribus codicibus legere est ET NVNC PRISTIS HABET. Sed quis Pristin, ut paulo ante dicebamus ... dictam uelint. nihil me mouerit, utrum. R. prima an secunda syllaba collocetur, quum multa huiusmodi ex Metathesi tam apud Græcos, q̃ apud Latinos enuntiari soleát. Quod uero HABET legitur, ideo placet, quod intelligitur de priore loco, qué ambo superare cõtendebant. Sicui tamen ABIT magis placeat, illi sit integrũ suo iure legere; Eam sane lectioné ego raró in his cod. antiquis obseruaui, nisi subditiciá, priore abrasa lectione, quæ .s. HABET erat. Non ρteribo aũt esse ueteres cod. in quibus supra uerbum HABET adscriptũ sit loco paraphrasis, Victoriam.

ET LONGAE Sulcant Vada Salsa Carinæ. In Romano codice legere est. ET LONGA SVL. VA. SAL. CARINA. neq; obstat, quod duo sint, quum subintelligi possit, unusquisq; sua. In Mediceo quidem CARINA prius fuerat, sed aliena manu & atramento CARINAE factũ. Est ibidem LONGE absq; diphth. ut aduerbium uideatur, quãquam ea in aliis quoq; nominibus desideratur.

CVM Princeps. In antiquis aliquot codicibus scriptum est TVM.

HVC Dirige Cursum. Vulgata quidem exemplaria CVRSVM habent. Sed in Romano & plerisq; aliis uno exemplo legas GRESSVM. De nauigatione tamen CVRSVM potius dici passim obserues.

LITVS Ama Et Leuas. In Lõgobardico legere est LITVS AMET .: LEVAS, non qđ utrũq; de palmula dicatur, nam qui sensus in palmula ut amare possit, nisi figurate dicatur. Sed quia AM'ET per apostrophen una elisa uocali scriptũ fuerit in antiquis; Quam scriptionis rationem, aliquot Veterum inscriptionibus, quæ adhuc in marmoribus restant, alibi comprobauimus. Et quia forte dicerent aliqui apostrophen apud Latinos in uno tantum uerbo EST fieri solitam. Inuenimus HOR'VNC pro HORVM HVNC. In antiquissimo monumento ad Diui Bartholomei Pontem, qui iungit insulam Aesculapii Ianiculum uersus, ita luculentissimo scriptum Senariolo, GNATOS. DVOS. CREAVIT. HORVNC ALTERVM. Ibi .n. V. & .M. litterae una cum aspirationis nota elisae sunt. nisi quis maluerit Horunc pro horunce, positum. ut ex Hocce, Hocc. demum Hoc; de quo superius disputatum eo loco. Hoc erat Alma parens.

CVM Clamore Gyas Reuocabat Et Ecce Cloanthum Respicit. Multi expungunt ET, quod in antiquis codicibus particulam eam adserant non inueniri. Id qua ratione suffulciant, uiderint. Ego sane & in Vaticanæ bibliothecæ codicibus, & in plerisq; aliis, qui mihi præ manibus fuerũt, passim. ET. ipsum notatũ animaduerti; quare pro iis, qui Trochaeum quarto loco statuere in hoc uersu uolunt; nihil habeo certi, quod ex antiquis codicibus afferre possim.

SVBITVSQ. Priorem Praeterit. In Mediceo, & antiquis aliquot aliis codicibus SVBITO legitur. Sicui magis nomen faciat satis, integrum unicuiq; est, quam maluerit lectionem eligere.

PVPPI Deturbat Ab Alta. In antiqnis aliquot codicibus DETRAXIT, uetustate, & proprietate haud quaq̃ pari. Est & in Deturbat subitarius impetus.

REDDITVS Imo Est. In nonnullis codicibus antiquis EST uerbum desiderat; In aliquot aliis per apostrophen scriptum inuenias IM'EST. Sed hæc quoniam ætas nostra uidetur abhorrere, quis ita sæpe in codicibus antiquis scripta reperero, pluribus tamen locis, ne cuipiam fastidio sim, consulto dissimulabo.

SERGESTO Mnestheoq; Gyam Superare. In codicibus aliquot antiquis MNESTHEI legitur. ut in Georgicis; INferias ORPHEI. Eaq; est recta declinatio; quis MNESTHEO per Synizesin legi posse non negarim.

NEC Tota Tamen Ille Prior Præeunte Carina. Nonnulli eo syllabarum similium concursu offensi, qui apparet in TOTA TAMEN. neq; non aliqua omnino asperitate, quæ resultat, ex continuatione dictionum itidem duarum PRIOR PRAEEVNTE. Versum in uocaliorem quandam musicam redegere. Itaq; in antiquis plerisq; codicibus uersus hoc legitur ordine dictionum. NEC TAMEN ILLE PRIOR TOTA PRAEEVNTE CARINA. Sed utcunq; isti auribus ita suis adblandiant, nihil est in lectione illa peruulgata, qđ me uel tantillū offendat.

PARTEM Rostro Premit. In codicibus aliquot antiquis PARTIM legitur, nescio an mutatione ea familiari ex .E. in .I. an Aduerbium esse uoluerint, mihi sane magis placet PARTEM nomen.

NEQVE Vincere Certo Quanquam .O. In antiquis plerisq; cod. imperite, ineptecq; abrasa est castior lectio, scilicet, Quamquam o, Et eius loco repositum QVEM QVAM, ut ab eo pendeat, Vincere certo; quod ualde absurdum est, suos tñ habet (amatores.

AEREA Puppis. In Romano cod. PVPPES per .ES. nominatiuo casu numeri singularis habetur. Eamq; uerā esse lectionem ex Valerii Probi præceptione coniicimus, qui uocabulū hoc nominatiuum in .ES. mittere ostēdit, dum ait, Puppes, Valles, Rupes, Vulpes, Alpes nominatiuo singulari proferri. At nunc uix unum aut alterum ex his pronuntiari per .ES. uideas. Tot ea fuerunt quæ Grāmatici iuniores, usum ne secuti nescio, an abusum immutarunt.

NANQVE Furens Animi Dum Proram Ad Saxa Suburget. In cod. aliquot antiquis legere est NANQVE FVRENS ANIMIS. Sed .n. Arusianus Messus FVRENS ANIMI casu quippe Genitiuo, elocutionis modū loco hoc agnoscit. quanq̃ Virgilius alibi FVRENS ANIMIS dixerit, ut eo loco, Ecce furens animis aderat Tirynthius. Est & SVBVRGVET per .V. post .G. Attiano more in antiquis plerisq; cod. Sed Atrium Velius Longus Auctorem appellat uitiosum.

FERRATASQVE Sudes. In Mediceo, & antiquis aliquot aliis exemplaribus TRVDES legitur. Sunt uero TRVDES conti præacuta cuspide, quibus repelluntur & naues, & alia, a Trudendo dicti. Neq; uero timendum syllabæ, quum tam multa reperiantur, quæ deriuata a longis, breuia tamen ipsa sint, ut Duces a Duco, ita dicax. lucerna. sopor. fragilis. coma. & huiusmodi alia pleraq;.

DAT Tecto Ingentem. In codicibus aliquot manu scriptis. Plausumq; exterrita pennis dat TERGO ingentem legitur. Sed TECTO omnino melius.

ET Primum In Scopulo Luctantem. In codicibus aliquot antiquis AT. in aliis AC. sed hoc melius, nisi .ET. malueris.

SPOLIATA Magistro Est. Et hoc quoq; per apostrophen scriptum in antiquis aliquot exemplaribus hoc modo MAGISTREST. de qua scribendi ratione exempla Veterum alibi recitauimus.

ADNIXVS Viribus Vrget. In Longobardico ADNISVS per .S. scriptum. cuius scriptionis rationem alibi reddidimus. Et in aliquot aliis antiquioribus VRGVET. uti paulo ante Suburguet. Ex instituto Attii.

RESONAT Clamoribus Aether. In Romano codice antiquissimo, & in aliquot aliis manu scriptis legere est RESONATQ. FRAGORIBVS AETHER. Vt id totum de remigatione intelligatur, & plausu, qui per strepitum editur. Quanq̃ neq; CLAMORIBVS displicet, quum dictum sit, Cunctiq; sequentem instigant studiis,

studiis;quod per clamores fieri necessarium est . Sane in Mediceo Clamoribus habetur;Sed ibidem RESONATQ. scriptum est,quod rationem metricam uitiaret; nisi quis amphimacrum in hoc genere carminis ferre potest .

DII Quibus Imperium Pelagi Quorum Aequora Curro . In antiquis primũ cod. DI per arctationem litterarũ,ut apud Varronem est,uno fere legitur exemplo . In Longobardico mox una plus dictione IMPERIVM EST PElagi , ut etiã apud Seruium est. In oblongo Vaticanæ Bibliothecæ , In Mediceo,& in aliquot aliis omnino uetustis IMPERIVM PELAGI EST . Sed.n. iudicio meo recte factũ in Romano,ubi uerbum id tam inconstans locum non habuit . Demum in exemplaribus aliquot antiquis QVORVM AEQVORE septimo casu legitur . Sed AEQVORA quarto casu magis splendida uidetur elocutio .

VOBIS Lætus Ego Candentem In Littore Taurum Constituam . In Ro. codice absq; . IN . præpositione locali legitur , quod magis placet . In Mediceo una plus dictione legit . EGO HOC CANdentem In Litore,ut cito etiã soluturũ se uotũ

EXTAQVE Salsos Porriciam In Fluctus . Non sum nescius quid (innuat, Macrobius.L.III. Saturnalium super hoc uerbo,tradiderit . Antiqua tamen omnia exẽplaria,quotquot habere potui , uno eodemq; exemplo legunt PROICIAM . idq; unico . I . pro sui temporis consuetudine . Vt tamen uerbum hoc immutatũ sit,Macrobius Grammaticorum,& Librariorum imperitia factum ait .

TERNOS Aptare Iuuencos . In Ro. cod. legere est OPTARE . ut munera sint honestiora,quæ s.uictores ex sua possent libidine seligere. Eaq; lectio in quibusdam aliis uetustis exemplaribus habebatur.Qua abrasa APTARE inde suffectum est.

PVNICEIS Ibant Euincti Tempora Teniis . Hoc loco plerisq; cod. ant. TENIS unico . I . scribunt . Qui geminare malũt,alii Dactylicũ esse uersum;alii pro unico tãtum . I. accipi debere contẽdunt. Non dissimulabo qđ in antiquo cod. pro Teniis VICTIS scriptũ est,sed id sumptũ ex paraphrasi,quum oĩno Teniis hic agnoscant

QVVM Sæuo E Scopulo Multa Vix Arte Reuulsus . In Ro. (Docti omnes . codice EX SCOPVLO legitur . & REVOLSAM , quippe Ratem legas. Cui lectioni adstipulatur etiã Oblongus codex peruetus , ubi REVVLSAM habetur. In aliis REVVLSVS quippe Sergestus legitur,ueluti uulgata habent exemplaria.

ILLISAM Sine Honore Ratem . In antiquis omnibus exẽpl. IRRISAM uel INRISAM legi . tam &si superius Inlisa prora pependerat . Nam quæ in ludis male succedunt,risu excipi solent . Vt quum Nisus lapsum se lamentaretur , risit pater optimus . Et quum Menætes in aquas a Gya deturbatus esset . Illum & labentẽ Teucri , & risere natantem , Et salsos rident reuomentem pectore fluctus .

ARDENSQVE Oculis Et Sibila Colla Arduus Attollens . In Ro. codice legere est . PARS SIBILA COLLA ARDVOS ADTOLLENS . Sed quantum ad emẽdationem primam pertinet , quum iam dictum sit, Parte ferox ardensq; oculis, melior mihi uidetur illa continuatio,& sibila Colla Arduus Attollens . Loco uero suo est, Pars uulnere clauda retentat. Quod uero ARDVOS & hic & alibi scriptũ sit toto eo codice . Carisius eã scriptionẽ in pluriũ syllabarũ nominibus improbat. nempe ne aliqui ita inde aciperent pronuntiandũ,ueluti Diuos . Seruos . Viuos,& bissyllabũ esse ARDVOS existimarẽt;quare addit.Carduus, Arduus, triũ syllabarũ.

NEXANTEM Nodis . Vtrũq; NODIS . & NODOS . in antiquis habetur exẽpl. Sed ubi NODOS . ibi itidem NEXANTEM . a Necto nectis habes . Vbi uero NODIS . plurimum ibi NIXANTEM frequentatiua forma a Nitor; legere est, quod alibi nõ memini me legere. Sed.n.hoc citato loco NEXANTEM NODIS ut etiam in codice Mediceo est,agnoscit Priscianus . a Nexo nexas .

ET Plenis Subit Ostia Velis . Antiqua omnia quæ legerim hactenus exemplaria a uulgatis omnibus diuersa sunt , duarum dictionum transmutatione ET VELIS SVBIT HOSTIA PLENIS . Erunt tamen aliqui,qui uulgatam

lectionem OSTIA VELIS; ut suauioré magis probét, & OSTIA PLENIS ut duriusculam improbent. unusquisq; autem aures consulat suas.

SERVATAM Ob Nauem. Non adeo triuiale cupiá uideaf,si male legi in cod. plerisq; etiá ueteribus NAVIM per. IM. dixero; quú Varronis pceptú sit apud Fl. Sosipatrú,ut AVEM,& NAVEM per. E. dicamus.quoniá ab hac Aue,& Naue faciat,quibus Accusatiuus per. I. dari nő potest.Cicero tamen AVI INCERTA (dixit.

OLLI Serua Datur Operum Haud Ignara Mineruæ. Longe alio numero carmen hoc habetur in cod. quibusdá antiquis,in quibus ita legif OLLI SERVA OPERVM DATVR HAVD IGN. MIN. Puto uero ita tráspositas fuisse dictiones,quod aliqui pentimemerim ut breuem Poetæ nostro noluerint indulgere. Nam in priori eademq; uulgata lectione nihil est quod me offendat. Ne uero quis obseruationes huiusmodi ut inanes,& nullius pene momenti stomachef, sciant, eos qui uersus faciunt, eo curiosius huiusmodi numeros obseruare solere, quo peritiores sunt,& elegantiores haberi uolút. Neq; illud præterierim.qđ leue, HAVT. in antiquis plerisq; cod.per. T. scriptum esse;quod & Pontanus agnouit priscorp consuetudine. & HAVD. D. quidem littera terminari Sosipater dicit, admittere tamen sonú uocis,ut per. T. scribatur. Placuit tamen posterioribus, ut Aut Coniunctio,& Haud Aduerbium primis,& ultimis litteris differrent.

GEMINIQ. Sub Vbere Nati. In Ro. codice SVB VBERA quarto casu num. plurali legitur. Sed VBERE figuratius est, & magis placet.

EXTRVCTOQ. Resedit. In Ant. EXSTRVCTO. nulla detrita littera. Sed.n. id asperum omnino nimium uidetur,quattuor consonantibus, & earum una duplici inter duas uocales constipatis.

QVORVM Alter Acaman scribendum est acuto accentu in ultima syllaba ACARNAN. Oxytona.n. AKARNAN·AINIAN. ab oppido,qđ in Ponto Strabo memorat. ATINTAN. ATHAMAN. AIZAN. gentiú nomina,quæ aucta in Genitiuo in pene ultima circúflexum habent ΑΚΑΡΝΑΝΟΣ ΑΙΝΙΑΝΟΣ.

ALTER Ab Arcadia, Tegeæ De Sanguine Gentis. In Ro. codice ARCADIO quippe sanguine legif,quæ denominationis forma apud Val.Flaccum est, Arcadio cuius Armata ueneno tela. Sed.n. hic AB ARCADIA longe castior est lectio. Est & ubi legaf Alter ab Arcadio Tegeæ sanguine gentis,absq;. DE. præpositiua (particula.

HELYMVS Panopesq;. In Ro. cod. semper HELEMVS per. E. media syllaba, nő per. y. scriptum inuenias. Sed.n.Helymum Herois nomen memorat Strabo,& reliqui omnes antiqui cod. uno consensu Helymum legunt; nisi qui HELENVS, aut quid corruptius habent.

CNOSIA Bina Dabo. Vtrúq; & CNOSIA per. C. & GNOSIA per. G. scriptum inuenio,quod ex earum litterarum cognatione tantundem est.

LATO Quam Circumplectitur Auro Baltheus. In cod. antiquis plerisq; omnibus una plus dictione distincta legitur CIRCVM AMPLECTITVR. utrúq; placet.

INCVMBENS Humeris. In Ro. codice in Longobardico, & aliquot aliis HVMERO legitur,quod & Seruius agnoscit. Idq; uiciniorem ostendit, ut non tantú calcé calce tereret,uerú etiam humero antegressi Helymi incumbere, aut inhærere uideretur. HVMERO uero unitatis numero, ad exprimendum gestum illius.qui nihil socium declinet,ut liberius ꝑterire possit.Nam fparia,si plura superfint,tráseat (elapsus prior.

AMBIGVVMVE Relinquat. In cod. aliquot antiquis AMBIGVVMQVE. Sed. VE. disiũctiua particula magis placet;ut ex duobus alterp omnino futurú dicat.Aut quippe tráseat, aut,nisi transierit,ambiguú relinquat uter eorp prior fuerit.Si uero. QVE. legamus,sensus erit pari adeo eos gressu cócurrisse ut quis hic tráisisset,ambiguú tñ relicturus esset,quia socii uicinitas spectatores fefel (lisset.

SVB Ipsum Finem. In omnibus pene cod. ant. SVB IPSAM fœ.g. positum inueni;de cuius nominis genere plura alibi. Sane uero prætéritum nő sinä

locũ apud Liuium . L. iiii. pr. Dec. Finem ergo non fieri nec futurum . ita uulgara habent exẽpl. uirili genere. Vetus aurẽ codex FVTVRAM legit fœminino.

LEVI Cum Sanguine. In exẽpl. aliquot manu scriptis TVM habet. Sed CVM magis placet.

FVSVS Hami Viridesq; Super Madefecerat Herbas. In Longobardico quidem, & in Mediceo cod. HVMI legitur. Sed in Romano & aliis fere omnibus HVMVM Accusatiuo casu habet: ut sit ordo, madefecerat humũ & uiridis herbas.

NON Ille Oblitus Amorum. In ueteribus plerisq; cod. una plus dictione AMORVM EST legitur. Verum id uerbum ex paraphrasi mihi uidetur insertum. Missos facio codices, in quibus AMORIS unitatis numero legitur: quum longe uenustius omnino AMORVM numero multitudinis habeat.

HIC Totum Caueæ Consessum. In cod. aliquot Ant. CONSENSVM habetur. Sed puto CONSESVM fuisse notatum cum sicilico, de quo apud Victorinum haberi diximus, quod Librarii pro nota compendiaria . N . litteram significante transcripsere. Nam Consessum Caueæ omnino castior lectio uidetur.

SI Primi Salio Redduntur Honores. In exẽpl. plerisq; ueteribus legere est REDDANTVR Coniũctiuo modo. Sed Redduntur Finitiuo modo in emẽdatioribus.

ME Liceat Casum Miserari Insontis Amici. In cod. omnibus antiquis quotquot legi, CASVS habetur; Quorum nonnulli uerbum etiam alterius figuræ, quippe MISERERI ponunt; ut Casus sit Genitiuo casu. Sed.n. CASVM MISERARI satis magis facit auribus eruditis, ut, Miseratus agrestes.

GETVLI. scribendum GAETVLI cum diphth. AE. ut alibi ostensum.

ET Clupeum Efferri Iussit Didymaonis Artes. De Clipeo dictum alibi. In Ant. aliquot cod. OFFERRI est, quod non æque placet. Sunt etiam codices, in quibus DIDYMAEONIS media per. AE. diphth. notatum sit; quod nomen esset a cognomento Apollinis, qui etiam Didymæus appellatur. Sed hæc parui omnino momẽti sunt. Illud silentio minime prætereundum est, quod in Ro. cod. ARTEM unitatis numero, hoc est opus, legit. Quã lectionẽ etiã in aliquot aliis manu scriptis obseruaui.

QVO Maximus Occubat Hector. In uetustis aliquot exemplaribus MAXVMVS ADCVBAT. & ACCVBAT habetur. Sed OCCVBAT uel OBCVBAT. de sepultis rectius dici puto.

PERCVLIT Et Fulua Moribundum Extendit Harena. Antiquus admodũ codex PERCVTIT legit, quæ quidem antichronia esset pro Percussit. Nam percellere ad animum Grãmatici referre uolunt; quod tamen non usq; quaq; receptum uideo. Codicibus præsertim antiquis sæpe percussus pro Perculsus, ponentibus. Verum esto inter utrunq; uerbũ differentia loco hoc PERCVLIT omnino ad animũ referri potest, quũ significet ex ictu adeo consternatũ, ut abalienato animo cõciderer moribundus.

ERGO Alacris Cunctosq; Putans Excedere Pugna. In Ro. codice, & in Longobardico PALMA non PVGNA legit. qd ualde placet. Nam & apud Priscianum duobus antiquis cod., & apud Carisium litteris Longobardicis ita scriptum obseruaui. Ea ratione citato uersu, ut utrum Alacer per. ER. an Alacris per RIS dicendum sit, terminetur. placetq; uel Virgilio in primis auctore dici Alacris. Consuetudo tamen, ut ait Plinius libro dubii sermonis sexto ALACER dicit.

QVO Me Decet Vsq; Teneri. In Mediceo, & ueteribus quibusdam aliis codicibus MORARI legitur. Mora enim erat reliquis desidentibus. Sed magis placet TENERI; ut in Porcio exempl. est, propter suscepti muneris obligationem.

PROXIMVS Vt Viridante Toro Consederat Herbæ. In Ant. PROXVMVS. Vt. VI. TO. CON. HERBA. Sed HERBAE possessiuo casu omnino melius.

NON Laudis Amor Nec Gloria Cessit. In aliquot cod. antiquis NEC Laudis Amor nec Gloria. Sed in pluribus NON.

SANGVIS Hebet. Non placeret quod in Romano cod. legitur HABET. nisi lectionem eandem inuenissem apud Asperum ueterem Grammaticum in antiquissi

mo itidem codice; placet tamen & HEBET, ut uulgata habent exemplaria.

SI NVNC Foret Illa Iuuenta. In Ro. codice IVVENTAS legit, ueluti prius erat in Longobardico. Reliqui etiam codices ita sæpe soliti sunt scribere, ut in. viii. Tum mihi prima genas uestibat flore IVVENTAS. In aliquot aliis IVVENTVS est. Sed. n. Grammatici quid IVVENTVS, quid IVVENTAS, quid IVVENTA sit, suis singula differentiis finiunt. Iuuentutem mq; de iuuenũ multitudine dici uolunt, quum Iuuentas Dea sit, Iuuenta ætas. Quanq sunt qui duo hæc aliter accipiant. In nũmo tamen Aurelii, & alioꝝ quorũdam IVVENTAS inscribitur, qđ de Dea dici nemo dubitarit. Et No. Marcello Iuuentas Dea. Iuuenta ætas est. Nam & Catullus, Exercete Iuuentam. dixit, qđ nemo non de ætate dictũ affirmet. Qđ uero IVVENTAS pro ætate toties in antiquis exẽpl. inueniat, minime displicet, quum figurata sit elocutio, perinde ac illa, sine Cerere & Baccho.

HAVD Equidem Precio Inductus Pulchroq; Iuuenco. In Mediceo per disiunctiuam PVLCHROVE legitur.

OBSTVPVERE Animi. Non in Virgilianis tantum codicibus OBSTIPVERE per. I. secunda syllaba reperitur, uerum in Terentii, Horatii, & alioꝝ Auctorum antiquis exemplaribus uerbum id hoc eodem modo notatum inuenias.

ANTE Omnes. In antiquis OMNIS. Sed libet hoc loco clarissimoꝝ Hominũ testimonia proferre, qualesq; fuerint, qui de leuibus huiuscemodi quæstiunculis disputare operæprecium existimarũt. Sosipater Carisius integrũ sane libellũ, C. Iulii Romani de Analogia transcribit, in quo illud etiam adnotatur, quod Pomponius Secundus Poeta, ut refert Plinius, propter homonymiam Nominatiui Accusatiuo casu OMNES non putat dici, sed OMNIS. tamen idem Plinius in eodem permanet, dicens OMNES tum demum posse dici Accusatiuo, ut CANES. qđ Cenitiuus plur. hoꝝ Canum ante. VM. I. non habet. Ponunt inde exempla, uariatã esse dictionem apud unum eundemq; Auctorem, præcipueq; apud Sallustiũ, Eiusq; uarietatis Asperum Grãmaticum solicitum fuisse. Nam OMNES per. E. scriptũ esse in Catilinario eo loco, OMNES homines. P. C. qui de rebus dubiis consultant, ab odio, amicicia, ira, atq; misericordia uacuos esse decet. Per. I. uero tertiã uocalem OMNIS. in eodem cõmentario, OMNIS homines qui sese studẽt. Quæ quidem scribendi ratio quottidie nunc corrumpitur; neq; codex iam ullus extat, quem non Librarii arbitrio suo totum audeant contaminare.

IDQVE Pio Sedet Aeneæ Probat Author Acestes. In codicibus aliquot antiquis una plus dictione legit. SEDET AENEAE HOC PROBAT AVCTOR. Sed mihi nequaq̃ placet, qđ quidẽ ex paraphrasi inculcatũ puto Librarioꝝ inscitia.

DVPLICEM EX Humeris Reiecit Amictum. In ueteribus aliquot exempl. DEIECIT habet, hoc est demisit, ꝑpere, ut nudato apparuerit pectore, toraceq; omni, uestibus circa pudenda subligatis. Plura tñ exempl. uetusta REIECIT habent.

MAGNA Ossa Lacertosq; Exuit. In peruetri quodam cod. sententia non parum diminuta, legere est MAGNOSQ. LACERTOS EXVIT. qđ ueriti sunt hypermetrum facere. In aliquot aliis MAGNA OSSA LACERTOS absq; particula copulatiua enclitica: ut sit Magnos membroꝝ artus, ac lacertos, appositiue magna ossa. Sed. n. in ea nastitate, uisendaq; membroꝝ magnitudine, uersum & pleniorem esse, & numeris habundare ualde mihi uidet esse ex carminis dignitate; Quare libẽtius legerim Magna ossa, lacertosq; ut pleraq; habent exempl. tam impressa, q̃ manu scripta. Non præteribo, qđ in Actio Pontani MAGNA ORA LACERTOSQ. legitur, quod non crediderim temere positum, tam & si Magna OSSA corporaturam illam athleticam ostendere uideantur.

PVGNAMQVE Lacessunt. Antiqui aliquot cod. PVGNAS numero multitudinis habent; ut sit quædam iusti prælii similitudo, perinde ac si collatis signis dimicandum esset, antea enim q̃ directa acie concurratur, leues quædam pugnæ a præ-

missis equitibus,uel a funditoribus,nonnunq etiã ab exploratoribus cõmitti solēt.

NVNC Hos Nunc Illos Aditus. In Romano codice uariato numero legere est NVNC ILLOS NVNC HOS ADITVS. Sed loquendi modus frequentissime; Hunc & illum,dicit,& huc & illuc.& huiusmodi reliqua.Catullus, Et circumsiliens modo huc modo illuc. Puluinusq peræq & hic & illic. Ludebat numero modo hoc modo illoc. A uiciniori enim inchoandum est, utpote magis noto.

VIRES In Ventum Effudit. In antiquis aliquot EFFVNDIT præsenti tēpore. res enim nunc agitur. Aliis magis præteritum placet.

RADICIBVS Eruta Pinus. In Romano codice & aliquot aliis RADICITVS Aduerbium est. Sed RADICIBVS nomen longe plurium codicum consensus, & usitata loquendi figura libentius legit.

PRIMVSQVE Accurrit Acestes. In Oblongo codice peruetere OCCVRRIT legitur. Sed ADCVRRIT, uel ACCVRRIT omnino melius.

AD PVGNAM REDIT Et Vim Suscitat. Veteres pleriq codices AC VIM legunt; quod magis placet.

ORE Eiectantem. Antiqua aliquot exemplaria EIECTANTEM legunt. Alia REIACTANTEM uocali a Iacto non immutata. Sed REIECTANTEM Vulgata lectio magis placet.

IVVENILI In Corpore. In Romano codice, atq aliis plerisq omnibus IVVENALI per. A. in pene ultima notatum legas; neq id in Virgilianis tantum codicibus.uerũ & in aliis auctoribus. Est apud me Ouidii codex admodũ uetustus, in quo ea dictio passim per. A. scripta est,ut (ea nũc præ manibus erat) in epistola ad Maximũ,de Amore loquēs,Tu mihi dictasti IVVENALIA carmina primus. & ita alibi. Præterea. C. Iulius Ro. in libro de Analogia,nomen hoc Iuuenalis, si homo sic uocetur,ab altero nomine Iuuenalis sicut ait Maro, Iuuenali in corpore uires. qua dictione res non persona censetur, non alia ratione discernit, nisi ab Ablatiui singularis finali littera. Nam pro nomine proprio in. E. pro Adiectiuo in. I. finiri tradit,non taciturus,siquam aliam litterã facere differentiã agnouisset.

EFFRACTOQVE Illisit In Ossa Cerebro. Sunt qui ILLISIT OSSA absq præpositione legi debere contendunt, perinde ac illud etiam superius legunt absq ET. particula. Cum clamore Gyas reuocabat. Ecce Cloanthum. Sed enim in antiquis omnibus exemplaribus,quæ ad manus meas peruenere,uno exemplo scriptũ inueni ILLISIT. uel INLISIT IN OSSA. & hoc loco hypallagen figuram agnoscit Seruius,dum dicit,Fregit ossa,& Illisit in cerebrum cestus. Ac mihi quidem uidentur,qui ex hoc uersu. IN. praepositionem adimunt; uim etiam ex ictu illo pene omnem adimere, ita languere oratio, atq etiam imperfecta reddi, uersusq ipse flacescere uideretur. Non præteribo tamen legisse me in codicibus aliquot manu scriptis IMMISIT in ossa. Sed Illisit omnino melius.

HIC Victor Cestus Artemq Repono. In Romano codice, & in aliquot aliis admodum uetustis dicta uidentur hæc ex persona Poetæ, quia REPONIT persona tertia scriptum est. Verum minime displicet Entelli ea esse uerba,qui hac depugnata pugna uotũ nuncupet se nunq amplius in certamen descēsurum. Et REPONO persona prima in reliquis plerisq codicibus habetur.

QVO Tendant Ferrum. In codicibus aliquot antiquis TENDAT singulari numero scriptum est,ut ferrum sit suppositum. Sed longe magis placet TENDANT plurali numero ut sit de Certatoribus.

ET Primus Clamore Secundo. In Ro. codice PRIMVM legit; magis tñ placet PRIMVS .s.locus,ut in exemplaribus aliis antiquis,& uulgatis omnibus habet.

VOLVCRES Diuerberat Auras. Sunt qui ex Ti. Donato ALAS legēdũ autumēt. & paulo post timuit Exterrita pinnis Ales. Cæterũ in antiquis omnibus cod. quos inspexerim, AVRAS notatũ obseruaui.quare suũ unicuiq iudiciũ itegrũ relinquã.

ET Vincula Linea RVPIT. In antiquis aliquot RVMPIT est præsenti tẽpore Sed magis placet RVPIT. præteritum, ut Non Valuit.

ATQVE ATRA Volans In Nubila. In codicibus aliquot antiquis ADQVE ALTA VOLANS IN NVB. legitur. Sed.n.inferius est, Nigra figit sub nube Colũbam. quare ATRA Nubila potius legẽdum uidet; quis eadẽ alta, profunda,

VITAMQVE Reliquit In Astris Aereis. In uetustissimis plerisq; (nigra. exemplaribus AETHEREIS legere est. plura uero de uita ita in astris relicta, Macrobius. L.III. Saturnalium.

QVI Tamen Aethereas Telum Contorsit in Auras. hoc uero loco AERIAS legitur in codicibus illis, in quibus AETHEREIS ASTRIS paulo ante legebatur. Pro CONTORSIT uero CONTENDIT in Ro. & in Mediceo est, & plerisq; aliis antiquis exempl. & eodẽ modo Contendit Telum libro. IX. scriptũ inuenimus.

OSTENTANS Artem Pariter Arcumq; Sonantem. Nõnulli syllabæ, quæ in hephtimemeri sita est, timentes. QVE. illi particulam addidere, ita legentes ARTEM PARITERQ. ARCVMQ. SOnantem. Sed quanto magis placet quod in Ro. & in Mediceo, & plerisq; aliis cod. uetustis legere est OSTENTANS ARTEMQ. PATER ARCVMQ. Sonantem. Quam lectionẽ dubioprocul agnoscit Asper Grãmaticus, Scansionis etiã apposita ratione; quam, ut apud ipsum legimus, referre non pigeat, ut quo 'diximus modo legendum esse nulli dubium relinquamus. OSTEN. Spon. TANS AR. Spon. TEM QVE PA. Dact. TER AR. Spõ. plurimaq; eiusmodi recitat exẽpla. Deniq; id genus syllabæ. quæ pede quarto posita est. TER AR. uel inter longas censeri debere tradit, apud Auctores, uel parcissime metrum usurpare. Id tamen apud Virgilium frequentissimum reperiri.

SED LAETVM Amplexus Acesten. In Ro. codice ET LAETVM Amplexus legitur. In Lõgobardico LAETVS ultimæ syllabæ collisione, qđ alii uiderint.

EXORTEM Ducere Honorem. In Romano cod. EXSORTEM cum. S. littera scriptum est ut Exsul ex grammaticorũ scribitur præceptione, quod, extra solum, dictiones complectatur ita Exsortem extra sortem. Est etiam in eodem codice atq; etiã in Mediceo HONORES numero multitudinis, quod frequẽtissime inuenies apud Historicos eodem significato.

EPITIDEM Vocat. In codicibus aliquot antiquis AEPYTIDEM cũ dipthongo prima syllaba, & y. secunda scriptum est. Nam apud auctores Veteres AEpytus pro nomine proprio celebratur, & tam illi q̃ nostri patronymici formam solẽt usurpare. Est & ἐπιτιδης nomen apud illos, Sed rationi metrice non responderet.

SIC AIT Ipse Omnem. In ueteribus cod. quotquot habere potui scriptum inueni. DIC AIT quod si aliter legas imperfecta erit oratio, plena uero hoc ordine. Et ait
Dic Ascanio, si iam puerile paratum
Agmen habet secum, cursusq; instruxit equorum;
Ducat Auo turmas, & sese ostendat in armis.
Quibus imperatis, Ipse omnem longo decedere circo
Infusum populum, & campos iubet esse patentis.

PRAEFIXO Hastilia ferro. Codices antiqui omnes, quos inspexi PRAEFIXA Hastil ia ferro. Legunt. utraq; elocutio latina est.

IT PECTORE Summo Flexilis obtorti per collum circulus auri. Quamuis lectio hæc uulgata candidior uideatur, In quibusdam tamen codicibus antiquioribus ita legere est. ET PECTORE SVM. FLEXILIS OBTORTI PER COLLVM IT CIRCVLVS AVRI. quæ lectio nequaq̃ aliena est a uenustate.

TVA CLARA Polite Progenies. In Ro. & antiquis aliquot aliis exemplaribus. POLYTES Atticorum more scriptum est.

PORTAT Equus Bicolor. Non est silentio pretereundum, cur in uetustis aliquot codicibus. EQVS. Vnico tantum. V. notatum reperiatur. Nonnulli enim quia

Q. non litteram sed notam esse putabant duas in se litteras continentẽ . C . & .V. QIS, QAERET. & QID scribere instituerunt absq; . V . ut Velius Longus ait,quod alii. CVIS. CVAERET. CVID. scribere malebant.Sed utrũq; iam ex usu recessit. Quantum uero pertinet ad dictionem. EQVVS. dubitabant ueteres,utrum primum illud. V. consonans an uocalis esset,neutrum enim esse non concedebatur. Si consonãs,nõ alterius naturæ esse poterat q̃ . B. mutæ,In quã tam sepe abit nunc scriptura,nunc pronuntiatione.quocirca necesse erat primam positione longam in EQVO. fateri,quia . Q . pariter consonantem mutam esse nemo inficiaretur. Id uero Poetarum omnium exemplis contrarium inueniebatur quum Equus apud omnes primam corripiat. Sin uocalem esse cõcederent,uel nouã diphthongum facere ex duobus. VV (quod,ut sepe dictum, Attius in uocalibus natura longis factitare consueuit)necessarium esse,uel in duas syllabas diuidere. Atqui neutrum recte fieri posse manifestum est; quod Equus utranq; syllabam correptã habet, & pro dictione bisyllaba passim ponitur. Quare boni illi Viri,ne in has dilaberẽtur difficultates, EQVS unico. V. uti & QIS, & QID scribere maluerunt. Nonnullli autem inuenti sunt qui . Q . litteram adeo adamarint, ut eam pro . C . passim sufficerent. Ideoq; non tantum SEQVTVS, LOQVTVS, & similia per . Q . scribere instituerunt, uerum etiam ubicunq; . V . ante . C . positam inuenirent, pro litteris . C . & . V . unam tantum . Q . supponere minime ueriti sint. Hinc SECVI præteritũ a SECO. SEQI. & AQI pro ACVI scriptitabãt; aduersus quos Probus in Arte disputat. Sane quidẽ illi,uti paulo ante dicebamus, Q . litteram. & . C . & . V . præse ferre,siquis notam diligentius inspiceret, asseuerabant. post enim. C. uocalem. V. adplicitam esse. parte illa,quæ ad instar grauis accentus premitur,adcuruata,altera uero,quæ acuti accentus in morem surrigebat, subter lineam deiecta,uel ex librariorum cõmoditate,uel ne præcedentibus litteris esset impedimento. hæc; sibi inuicem figuræ successerunt .CV . Q . Q . Quare minime mirum est, si & EQVS, & EQI, & EQO, & huiusmodi pleraq; absq; . V . in Veterum inscriptionibus notata reperiantur.

ARDVVS Albam. Diximus iã in antiquis passim ARDVOS per . OS . haberi, quæq; Carisiũ ratio mouerit,ut huic nomini ita scripto,calculũ non adhiberet suũ.

ALTER ATYS Genus Vnde Atyi Duxere Latini. Scribendũ ATTI ex antiquis codicibus. In aliquot uero duplici . II . ATTII. ex Velii Longi sententia. Sed .n. de huiusmodi Genitiui ratione satis in primo dictũ. Qđ uero ATTIVS duplici . TT . scribatur,non autem per . CT . ACTIVS . Victorini alibi auctoritatem citauimus in libello de Orthographia præcipientis ATTIVS duplicato . TT . scribendum esse. Quodq; ita etiam in Veterum monumentis scriptum inueniatur, satis superq; fuerit unum ex multis indicasse.

D . M
ATTIAE . T . F . QVINTILLAE
ATTIVS . PHEGON . PATER . ATTIA
QVINTA . MATER . ATTIVS
T . F

& quæ sequuntur; quæ siquis oculata fide inspicere uoluerit, habentur hæc in D. Mariæ fano, quod est ad busta gallica Romæ situm. ATTIA præterea apud Græcos etiam duplici . TT . scribitur,quando Seruius ait dictum a Virgilio,Genus Vnde Attii dixere Latini,propter Attiam Augusti matrem, quo maternum etiam eius genus prædicaret antiquissimum. Sed ut leuem de scribendi ratione disputatiunculam grauiori aliquo examine pensemus, diuersi a Latinis abeunt Græci in historia de matre Augusti referenda. Nam Suetonius Attiam Augusti Octauiani matrem ex Balbo & Iulia sorore Cæsaris genitam ait. Dion historicus in . XLV.

οὗτος γὰρ ὁ τῆς ἀττίας τῆς τοῦ καίσαρος ἀδελφῆς υἱὸς ὠνομάζετο. ex quibus uerbis uidere est Attiam ab eo Cæsaris Sororem appellatam, nisi mendū sit in Græco codice, quem inspexi, & ἀδελφιδῆς esse debeat. Sed enim eadem Plutarchus in Ciceronis uita. Addat huc forte quispiā, quod in Liuiana libri .cxvi. perioche scriptum est. Testamento Cæsaris hæres ex parte dimidia institutus. C. Octauius ex Sorore Nepos, & in nomen adoptatus est, Vnde Seruius scripserit Augustum ex Sorore Iulii Cæs. natum. Sed enim uetus codex Liuianæ Perioches SORORIS NEPOS habet, non ex SORORE; id qđ cum Suetonio cōgruit.

SIDONIO EST Inuectus Equo. In antiquis aliquot codicibus SIDONEO scriptum familiari quadam mutatione ex .I. in .E. ut ætherius, & æthereus, qua forma uideo nunc Latinos libentius uti. Neq; uero mirū sit SIDONIVS secūdā a principio syllabam communem habere. Siquidem ea tam per .ω. magnum, q̄ per .o. paruū indifferēter scribi solita est, ut ait Steph. Byzantinus ex Hecatæo.

CAETERA Trinacriis Pubes Senioris Acestæ Fertur Equis. In Ro. codice legere TRINACRII, ut sit appositiue Cætera Pubes. Sed .n. in eo codice. S. littera finalis sæpe habundat, sæpe etiam desideratur. In Longobardico, in Mediceo, & plerisq; aliis TRINACRIAE Pubes. legit. ac præfixo puncto, uno inde mēbro legitur. Senioris Acestæ Fertur Equis. Nam qui dixerat aliquot ex Troianis pueris suis inuectos, mox cæteram Trinacriæ pubem, Equis senioris Acesti ferri subiungit.

EPITIDES. In antiquis, uti superius dictū AEPYTIDES per .AE. & .y. scribit.

ATQVE Agmina Terni Diductus Soluere Choris. In Romano codice, & aliquot aliis antiquis DEDVCTIS habetur participii uoce, plurali Ablatiuo. In Mediceo & aliquot aliis, qđ magis placet, DIDVCTIS. Sunt etiā codices manu scripti, qui legant TERNIS. sentētiaq; ipsa uidetur apertior, si dicamus tris illas equitū turmas, quæ uno agmine consessum omnem lustrauerant, ad flagelli sonitum in ternos choros diductas esse, unaquaq; turma sua spatia corripiente. Quod si Soluere agmina Terni diductus legas, frigidū nescio quid inuenias. Sed hoc ego in medio relinquam; eos libenter auditurus, qui militariū ludorū peritiam aliquā profiteant.

INFESTAQ. Tela Tulere. In Mediceo codice INSTRVCTAQVE TELA legitur. Sed INFESTA in aliis.

INDE Alios Ineunt Cursus Aliosq; Recursus Aduersis Spatiis Alternosq; Orbibus Orbes. In codicibus aliquot antiquis ADVERSI legitur. Sed uulgata lectio me nihil offendit. Id uero non improbarim, quod ALTERNISQ. ORBIBVS ORBES quædam habent exemplaria; licet tantundem sit.

ET NVNC Terga Fugæ Nudant. In antiquis aliquot FVGA est Ablatiuo casu; quod etiam superius obseruatum. Sed melius omnino uidetur Acquisitiuo

NVNC SPICVLA Vertunt Infensi. In uno tantum codice Ro. SPICVLA TORQVENT habetur. In aliis omnibus VERTVNT, quod ludicro certamini magis conuenire uidetur.

QVA Signa Sequendi Falleret Indeprensus Et Irremeabilis Error. In Romano codice, & aliquot aliis FRANGERET habetur. INDEPREHENSVS uarie scribitur. sed unico .E. INDEPRENSVS placere Velio Longo diximus. Est & INREMEABILIS integra præpositione. ut reliqua.

CARPATHIVM Libycumq; Secant Luduntq; Per Vndas. In Oblōgo illo cod. sane q̄ uetusto Vaticanæ Bibliothecæ, quem Pomponius Lætus delicias suas appellabat, & in aliquot aliis Dimeter hic Anapæsticus hypercatalecticus LVDVNTQ. PER VNDAS desideratur. Trimeterq; tantum Dactylicus hypercatalecticus notatus est CARPATHIVM, Libycumq; Secant.

HVNC Morem Hos Cursus. Vetera exemplaria HVNC MOREM CVRSVS plurimum habent; Sed altera lectio magis poetica est.

HIC Primum. In Ro. cod. & aliquot aliis HINC. Sed HIC. magis placet.

NEC DVM Antiquum Exsaturata Dolorem. Antiqui codices ANTIQVVM SATVRATA legunt. Sed melius, ut alibi, Odiis Haud Exsaturata Quieui.

SECRETAE TROADES. In antiquis aliquot codicibus TROEADES habetur per. OE. diphthongum, quæ in τροία primitiuo reperitur. Arbitrati enim sunt eundem in deriuatiuo etiã esse debere. nam. οι. in. œ. apud Latinos trãsire solet. Hinc in antiquis Terẽtii codicibus ADELPHOE non ADELPHI Comœdiæ nomen scriptum inuenies. Græce enim ut palam est ἀδελφοί. Sed enim in hoc nomine TROADES. nulla apud Græcos diphthongus, quum masculinum sit τρῶς ὁμόφωνον τῷ κλίεται fœmininum τρωὰς καὶ τρωϊὰς καὶ Τρῳάς. Neq; tamen inficias ierim nomen hoc cum. ωι. diphthongo impropria nonnunq̃ inueniri. quod si uulgata lectio sit inmutanda. TROIADES potius q̃ TROEADES scribendum esset, ut in aliquot antiquis codicibus scriptũ est. Sed TROADES frequentiori Doctorum usu lectio omnino acceptior est.

FIT Beroe Ismarii Coniux Longæua Dorycli. Quamuis in Longobardico cod. in Mediceo, & plerisq; aliis, pro Ismarii duabus minus litteris MARII legatur, nemo tamen ex Eruditis est cui nõ potius ISMARII faciat satis. Nam quid ad ea tempora Marii nomen? nisi MARII factũ sit ex ENARII uel INARII. quod aliquot in codicibus scriptum accæpi; quis huiusmodi lectionem nusq̃ ego uiderim oculata fide. Est & illud VEROE in exemplari antiquo, quod quidem præteriissem, nisi toties repetitum esset; nam inferius NON VEROE. & illud VEROEM DIGRESSA RELIQVI. Sed alibi diximus, Vnde frequẽtissima hæc mutatio ex. B. mutata in. V. digammon emanarit. curq; tot inscriptionibus VELISARIVS pro BELISSARIVS scriptum sit. Ita quod legi nuper in Aede. D. Martini, quæ in Exquilino est. MIRAVILI. BENIGNITATE. ET. INCOMPARAVILI. quare nunc hæc missa sint.

AC Sic Dardanidum. In antiquis aliquot coicibus DARDANIVM legitur, ut apud Græcos δαρδάνιον. q̃quam & δαρδάνιοι & δαρδανίδαι gens ipsa dicatur apud eosdem, quare DARDANIDVM recte.

SIDERAQVE EMENSAE Ferimur. In Ro. codice pro Ferimur TVLIMVS habetur. Sed FERIMVR longe figuratior elocutio. magisq; mouet præsentium malorum obiectione. In TVLIMVS autem aliqua finis esset.

QVIS Prohibet Muros Iacere. In Mediceo, & plerisq; aliis codicibus QVID legit', qđ magis amplũ est; ut non personã tantũ prohibentẽ, sed & caussã cõplectat'.

NVSQVAM Hectoreos Amnis. In Ro. codice NVMQVAM legit'. Superius enim temporis lõginquitatem dolere cœpit, quod septima post Troiæ excidiũ iam æstas uerteretur, quum per tot labores Italiam fugientem sequebantur. Placet tñ & NVSQVAM. quod & pariter questa est per terras omnis, & tot inhospita saxa ferri. In Ro. p̃terea codice MANES pro AMNES scriptũ per literæ trãspositionẽ.

IAM Tempus Agi Res. In Ro. codice, in Mediceo, atq; in nõnullis aliis uetustis legere est IAM TEMPVS AGIT RES. ut apud Papinium habet' eadẽ elocutio. Quin etiam apud Claudianum Rem peragit tempus. In peruetusto quodam codice pro IAM. NVNC. repositum est.

DEVS Ipse Faces Animumq; Ministrat. In Ro. codice ANIMVM legimus, pro uento quippe, quo in incendio opus est. Sed omnino ANIMVM magis placet. audacia enim opus erat in re tam atroci adgrediendа.

PRIMA Infensum Corripit Ignem. In Mediceo codice INFESTVM legitur. Sed lectionem alteram agnoscit Seruius.

QVI Spiritus Illi Qui Vultus. In codicibus aliquot antiquis legere est QVIS SPIRITVS ILLI QVIS VOLTVS. Sed. QVI. ex recentiorum Grammaticorum dictatis, magis proprium.

VOCISQVE Sonus VEL Gressus Eunti. Antiqua aliquot exemplaria legunt

VOCISVE SONVS ET GRESSVS. signa enim hæc omnia simul fidem faciebant, quæ singula dubitationem mouere potuissent.

TALI QVOD Sola Careret Munere. In antiquis aliquot cod. QVAE SOLA legitur, quod non displicet. In quibusdam aliis QVO. sed nitidum magis est si legas QVOD CARERET.

HAEC Effata. Sunt cod. antiqui, ubi HAEC EST FATA legas. Sed omnino magis placet EFFATA. apud hunc Poetam frequentissimũ uocabulũ.

MISERVM Inter Amorem Præsentis Terræ. In cod. aliquot admodũ uetustis PRAESENTIS TERRAS legimus Accusatiuo casu, ut omnia pendeat ab infinito, spectare. Sed longe magis placet. INTER Amorem Præsentis Terræ.

CVM Dea Se Paribus Per Cœlum Sustulit Alis. In cod. Mediceo TVM DEA.

VDO Sub Robore Viuit Stuppa. In codicibus aliquot antiquis legere est VDO SVB PECTORE, in locis .s. interioribus, quæ metaphora nõ satis mihi facit.

DA Flammam Euadere Classi. Antiqua aliquot exemplaria CLASSIS legunt, Accusatiuo casu, quod non placet.

TONITRVQ. Tremiscunt. In plerisq; ueteribus exẽplaribus & hic & alibi TREMESCVNT per .E. in pene ultima notatum est; ut etiam alibi dictum.

SEMVSTA Madescunt. In antiquis fere omnibus SEMIVSTA quadrisyllabum scriptũ est. Coeunt uero duæ mediæ syllabæ in unã ex Synizesi figura poetica.

CVRAS Mutabat Versans Siculisne Resideret Aruis. In antiquo admodũ codice legere est MVTABAT DVBIVS SICVLISNE. non tamen displicet VERSANS uulgata lectio.

HVNC Cape Consiliis Socium. In Mediceo, & in antiquis aliquot aliis codicibus manu scriptis CONSILII SOCIVM habetur, quod ualde placet, tametsi lectionem uulgatam non improbo.

VRBEM Appellabunt Permisso Nomine Acestam. In Ro. cod. & plerisq; aliis antiquis legere est PROMISSO Nomine, ut hoc sit præmium, quod polliceri debeat Aeneas, si Acestes Troianos recipere non recusauerit. Nam quod Acestes permittere debeat quasi rem grauem, aut difficilem, aut indecoram, Vrbem quod maxime honorificum est, suo nomine appellari, non ita satisfacere uidetur. Infensus enim Gaudet Regno Troianus Acestes. Quãuis etiam promisso ab oraculis intelligi possit, dictum, ut multa a Virgilio κατὰ σιωπώμενον. Neq; silentio prætereũdum, quod in codicibus aliquot antiquis ACESTEN per. EN. finales litteras habetur. ακέστην sane urbem eam a Græcis appellari non negarim. Sed eadem etiam αἴγεστα ab eisdem dicta, unde gentis nomen αἰγεσταῖος.

TALIBVS Incensus. In codicibus aliquot antiquis ACCENSVS habetur.

TVM Vero In Curas Animus Diducitur. In Ro. codice, in Mediceo, & plerisq; aliis peruetustis legere est ANIMO DEDVCITVR. Si uero magis placet ANIMVS. etiam DIDVCITVR legendum erit. Id enim est in diuersas partes scinditur, Homerica sententia.

SVBITO Tales Effundere Voces. Antiqua aliquot exemplaria duas transponunt dictiones VOCES EFFVNDERE TALES. quod non ita placet. Ita quod paulo inferius est, DEPVLIT ET COELO TANDEM. quod est DEPVLIT ET TANDEM COELO.

CONGRESSVS Pete Nate Meos. In Mediceo, & antiquis plerisq; codicibus AMPLEXVS habet pro Congressus, ut alibi, Ire ad Cõplexum cari Genitoris.

TARTARA Habent Tristesq; Vmbræ. Veteres aliquot codices disiunctiue legunt TRISTESVE VMBRAE. Romanus, Mediceus, atq; nonnulli alii TRISTES VMBRAE. appositiue, absq; ulla coniunctione. Verum hoc parui omnino momenti in medio relinquatur.

ELYSIVMQVE Colo, Huc Casta Sibylla. Nonnulli dant hoc aspirationi, quod

COLO. HVC absq; synalepha positum sit. Vim enim consonantis eam habere uolunt. Superius tamen nulla fuit adspiratio, quum scriberet Virgilius, Quid struit, aut QVA SPE INIMICA in gête moraf. & ita sæpe alibi. Dicêdû itaq; hæc ad Homeri, & Græcorum aliorum imitationem a Virgilio sæpe posita. Nam eam uocalium incolumitatem, altera subsequête, Latini Critici uix indulgêt.
QVEM Fugis. In cod. aliquot manu scriptis QVID legitur. Sed QVEM, legere multo melius, ob emphasin & pathos.
ACCERSIT Acesten. In antiquis plerisq; cod. ARCESSIT, de quo alibi latius
AMBESA Reponunt. In antiquis aliquot cod. AMBESSA gemi- (dictum nato. SS scriptum est. ut olim Aussus, Fussus, Odiossus, Impetiossus, & similia, quæ Victorinus. SS. geminato scribi solita testatur. Nos autem usum sequamur.
HOC Ilium Et Hæc Loca Troiæ Esse Iubet. In antiquis aliquot codicibus HOC ILIVM HAEC LOCA. absq; . ET. In aliquot aliis ILION, ut per se uersus stet absq; figura. In plerisq; uero antiquioribus HAEC LOCA TROIAM ESSE Iubet, quod eruditis auribus mirifice satisfacere uidetur. Quod uero dicebam us esse codices antiquos, in quibus ILIVM. HAEC LOCA absq; sinalephe scriptum sit, laudat Probus uigilantiam Virgilianam, q ubiq; fecerit. M. finalem a uocali excipi, aut ab aspiratione, ut esset sinalephæ locus, quod non obseruarit Ennius, qui scripsit, Millia MILITVM octo. Quare ex Probi sententia, si latine ILIVM scripserimus. ET. subiiciendum erit. Si uero ILION, ut Ouidius, Ilion & Tenedos, nulla opus erit copulatiua.
TVNC Vicina Astiis. Scribendû est omnino TVM ex cod. antiquis, & sentêtiæ
TVMVLOQVE Sacerdos Et Lucus. Antiqui aliquot codices (cõtinuatione. AC LVCVS legunt. Sed illud QVE. atq; ET. ut apud Græcos. frequentissimum est apud Auctores bonos, utraq; uero lectio non inuenusta.
ET Non Tolerabile numen. In Ro. codice COELVM, non NVMEN habet. Superius enim ferre se tam diu freta tot, & inhospita saxa, Sideraq; lamêtabantur. positum uero COELVM pro Cœli tempestatibus. Sed enim pleriq; alii codices manu scripti NVMEN legunt. Quæ lectio nequaquam expungenda est.
SOLVIQ. Ex Ordine Funes. In antiquis cod., quotquot uidi FVNEM unitatis numero legitur figurate.
STANS Procul In Proram. Varia admodum huius hemistichii lectio est in cod. antiquis. Aliquot enim legunt IN PRORAM, quod minime placet, qđ alibi Stare cum Ablatiuo & IN. præpositione positum habetur. In Longobardico exemplari TRANS PROCVL inusitata admodum lectione. STARE uero non nescimus adorantium esse, tam ex Poetarum, Historicorumq; testimoniis q ex Cynocephalo stante, in Sacris Aegyptiorum litteris. Est & alia lectio in antiquo admodum codice STANS CELSA IN PVPPI, sed illud alia ratione dictû est. Hoc loco Deos Maris allocuturum, uerisimile est in proram processisse, quæ iam mare prospectabat. hinc illud statim subiectû, Prosequit surgês a puppi uêtus eûtes.
PORRICIT In Fluctus. Legendum quidem PORRICIT ex Macrobii sententia contra omnium pene ueterum codicum fidem, in quibus passim PROICIT.
ALLOQVITVR Talesq. In antiquis ADLOQVITVR TALISQ. ut in Veterum imperatorum nummis ADLOCVTIO per. D. ante. L. notatum.
IVNONIS Grauis Ira ET INEXATVRABILE Pectus. In Romano cod. in Mediceo, & plerisq; aliis antiquis ita legitur & scribitur IRA NEC EXSATVRABILE. In Longobardico. & aliquot aliis NEQVE EXSATVRABILE, quis in Longobardico tantum. S. positum non sit iuxta litteram. X. Harum lectionum, quam quis selegerit, non laboro.
NEC Iouis Imperio Fatisue Infracta. In codicibus antiquis FATISQVE legere est. Rem enim magis exaggerat utrunq; coniungendo.

VRBEM Odiis Satis Est Nec Pœnam Traxisse Per Omnem. Qui TRAXISSE amant, summouent NEC. In antiquis tamen cod. omnibus, uel ante, uel post Pœnam id adpositũ obseruaui; Traxisse uero per syncopam in bisyllabam dictionẽ contractum. Id uero apud alios TRASSE geminato. SS. apud alios TRAXE per. X. scriptum inueni. ut in Ro. codice & aliquot aliis. Multa tamen exempl. uersum exlegem ostendunt, NEC POENAM TRAXISSE. Sed inemendate iudicio meo. Est & ea lectio non contẽnenda, quæ habetur in Mediceo & aliquot aliis codicibus. Vrbem odiis satis est, Pœnam Traxisse per omnem κατὰ διάλυτον. NEC. uero superne notatum est a Paraphraste.

QVAM Molem Subito Excierit. operæprecium est uidere codicum uarietates in huius hemistichii numero disponendo. Nam Ro. codex cum uulgatis conuenit. Oblongus. Quam subito molem excierit. Aliquot alii. Quam molem excierit subito. legũt, ut si plures essent dictiones, tot putarim numeri futuras mutationes.

PRO Scelus Ecce Etiam. Antiqua pleraq; exẽplaria cum Mediceo. & Porcio legũt PER SCELVS. ut inuidiosam magis Iunonem reddat.

SOCIOS Ignotæ Linquere Terræ. Antiqui aliquot codices IGNOTA LINQVERE TERRA Ablatiuo casu legunt. Vtrũq; uero agnoscit a Grãmaticis.

IMPINGERET Agmina Muris. Veteres quidam codices IMMITTERET habẽt. Sed longe plures IMPINGERET. qđ rem gestam horribiliorem facit.

MILLIA Multa Daret Læto Gemerentq; Repleti Amnes. Romanus codex DARENT legit numero multitudinis, ut ad amnes referatur, qui & ipsi suis opem allaturi magnam uim mortalium obruerunt, eo prælio, quod in. φ. ab Homero decantatur. Sed neq; displicet DARET singulari numero, quũ Achilles magnã eodem die Troianorum ediderit stragẽ in Xanthi Fluuii ripis, adeo ut eius libri argumentum sit. φ, μάχη παραποτάμιος.

ATQVE Euoluere Posset In Mare Se Xanthus. In Mediceo REVOLVERE legitur. Sed uulgata lectio candidior, & in eo numero picta uidetur difficultas.

NVBE Caua Rapui. Perueteres omnino codices aliquot RAPVI, legunt. Sed in Romano. & nonnullis aliis ERIPVI est, una plus syllaba.

MENS Eadem perstat Mihi. In Oblongo cod. & quibusdam aliis antiquis, legere est RESTAT MIHI, quod nequaquam placet.

AMISSVM Quem Gurgite Quæret. In exemplaribus omnibus antiquis, quot quot habui QVAERES persona secunda legitur. Quod Venerem ostendit pro salute omnium æque laborare.

IVNGIT EQVOS Curru Genitor. Nulla non exemplaria uulgata CVRRV legunt. Sed enim Vetera omnia manu scripta IVNGIT EQVOS AVRO GENITOR uno exemplo legunt. Quamuis elocutio ea, qua de prius memini mus, alio apud Virgilium loco inueniatur. Curru iungit Alæsus Equos. Sed hoc loco placet Auro, tum quia rem facit splendidiorem, & ornatum illustriorem, tum quia dictio Curru statim subsequitur. Cæruleo per summa leuis uolat æquora curru; quod tam cito repetere sermonis adscriberetur inopiæ, neq; quicq̃ tale est, ut colorẽ facere possit. Dum uero hæc uulgari iam cœpta essent, admonuit me Camillus Porcius Episcopus Aprutinus lectionem eam, Cui pharetra ex Auro, qua de superiore libro multa retuleramus, agnitam etiã Fr. Petrarchæ, multæ lectionis Viro; qui epistola ea, quæ Libro Sexto Octaua Senilium inscribitur, dixerit, unde est ille Didonis celeberrimus progressus; Cui pharetra ex Auro crines nodantur in aurum. qđ loco hoc inserere non fuit importunũ; quando, quũ illa scriberemus, nondũ hoc legeramus. & adhuc sunt, qui tot a me rationes eo loco allatas conenť oppugnare.

STERNITVR Aequor Aquis. In ant. aliquot EQVIS. Sed AQVIS melius.

INOVSQVE Palæmon. male omnino in codice Ro. legitur IONIVS. nulli enim non constat, Palæmona Inus filium. Aliquot alii codices INOIVS. ut Saturnius

ut Saturnius legunt. Sed ea forma mihi uidetur usitatior, quæ . INOVS . est.

ET MELITE Panopeaq; Virgo NESAEE SPIOQ. Quia corrupta sunt hæc nomina in omnibus fere codicibus; libuit quo pacto scriberentur apud Græcos apponere ex Hesiodo . καὶ μελίτη χαρίεσσα . inferius , νησαίη τε . ita apud Hom. πλωτώ νησαίη σπειώ τε . & paulo infra . καὶ μελίτη . καὶ ἴαιρα .

INTENDI Brachia Velis. In Ro. codice pro VELIS positū est REMIS. ut cū superiori elocutiōe cōgruat . BRACHIA REMIS INTENTI. Q d si VELIS legas, intelligēdū antēnas Velis esse brachiorū uice. Quū maxime sequat, Vna oēs

PLACIDA Laxarant Membra Quiete. In antiquis aliquot (fecere pedem. cod. LAXABANT . habet. Sed lōge plures LAXARANT habēt, exacta specie.

TIBI Tristia Somnia Portans. Multi quidē cod. antiqui uertūt illud SOMNIA TRISTIA PORTANS . Sed enim Tristia Somnia lenius omnino sonat.

PHORBANTI Similis. Codices nōnulli sane q̄ uetusti . FORBANTIS . habent. Grammatici tamen Genitiuum, ad mores, Datiuum ad faciem referunt.

FVDITQ. Has Ore Loquelas. Vetera oīa exēpl. quæ legi , FVNDIT . habent

ME NE Salis Placidi Vultum. In cod. aliquot antiquis legere (instāti tēpore. est ME NE SALIS PLACIDVM VOLTVM . quod forte non displiceat, quanq̄ & Placidi Salis admodum suaue est.

AENEAM Credam Quid Enim Fallacibus AVSTRIS . In cod. aliquot antiquis AVRIS habetur. Vtrūq; placet. Est & . AENEAN . per . N . finalē; de quo sic Priscianus, Accusatiuus primæ decl. fit mutando . AE . diph. Genitiui siue Datiui in AM. ut Poetæ, Poetam ; frequētius tū inuenimus in Græcis nominibus in . AS . & in ES. terminātibus, Actū græcū pferre Auctores. Virg. in Quinto, AENEAN credā.

COELI Deceptus Fraude Sereni. Antiqui codices uersum hunc uarie corruptum habēt. Nam & FRAVDE SERENA . & alibi COELO SERENO legit, utrūq;

FLVITANTEM Errare. Antiquiores codices . FLVVITANTEM . (male. uti superius, Fluuidum lauit inde cruorem. V . geminato legunt, altero tamen digammo, ut in fluuio est. Nunc placet eruditis unico. V . scribere.

NVDVS Et Ignota Palinure Iacebis Harena . In antiquis omnibus exempl. quæ uersare mihi cōtigit , NVDVS IN IGNOTA legit. De Harena cur adspiratio nem admittat, alibi disputatū. Nunc ad Libri Sexti castigationem adgrediamur.

IO . PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES IN . SEXTVM . AENEIDOS . VIRGILIANAE

SIC FATVR LACHRYMANS . Exigit hic locus, ut quū Lachyma uarie notet, de scriptionis in eo nomine ratione aliquid disseramus. In Ro. quidem codice, & aliquot aliis . LACRIMA . & . LACRIMANS . passim per . I . latinū, absq; adspiratione ulla scribitur. Qui uero . y . in hoc uocabulo uolunt, δάκρυα opponunt, græcam dictionē, a qua eodem significato lacrymæ ad nos defluxerint. Qui latinum. I. notant, a lacerando dictas contendunt. Latinā uero dictionē agnoscit Cicero , & adspirationē ex cōsuetudine illi accessisse. Antiqui pleriq; cod. neq; pauca Veterum monumenta . LACRVMAE . & LACRVMARE . absq; adspiratione per . V . uocalem ultimam scriptitant. ut illud, HAEC RIDENDA MIHI EST HIC LACRVMANDVS ERIT . Et,

Quæ tibi cumq; mei potuerunt pignora amoris
Natardari, populo sunt LACRVMANTE data.

neq; non illud, AELIVS . MACER . ANTE . SIGNATOR . TRIB. LA

CRVMAS . POS. In aliquot per . V . quidem scriptũ est sed inter . C . & . R . nota adspirationis est ea forma, qua Græci Veteres utebantur . Ͱ . ut in Aedibus Marii Maffei Volaterrani Romæ . HOSPES . STA . ET . LACͰRVMA . Minime uero crediderim in hoc uocabulo . V . scribi solitũ, per mutationẽ græcæ litteræ . y . in . V . uti in aliis INCLVTVS . CVMARVM . qđ adhuc in cod. aliquot antiquis . y . seruat. Sed ex illius ætatis usu, quæ . I . mutare in . V . mirifice gauisa est, ut ex Decimo . Maritimo . DECVMVS . MARITVMVS . & similia; quæ tam in uetustis . M. Tullii Ciceronis exemplaribus, q̃ in Liuianis & Plinianis & alioꝝ Auctorum, per . V . notata deprehenduntur. Sed nostra tempestate adeo inualuit consuetudo, ut LACHRYMARE per . CH . & . Y . notetur, ut si de I . latino mentionem feceris, risui pene omnibus habearis; Sed sit sane, ut Vnusquisq; sua nouerit ire uia.

ABSTRVSA In Venis. Antiqui aliquot codices OBSTRVSA legunt. Sed ABSTRVSA . receptior lectio.

DAEDALVS Vt Fama Est. Antiqui pleriq; codices . EST . non habent. Sed absq; eo uerbo uersus nimium elanguescere uideretur.

IN Foribus Letum Androgeo. Quáuis Priscianus & Seruius in Androgeω atticũ agnoscãt idioma, in ueteribus tamen plerisq; cod. ANDROGEI latino idiomate scriptum obseruaui. Quam lectionem improbat Probus, ne nouam hanc quis putet quæstionẽ, euenisseq; id ob græcæ declinationis, qua Virgilius usus fuerit, ignorãtiã dicit. Citat etiam Carisius locum hunc, ubi Genitiuum Androgeω . facere ostẽdit ex Nominatiuo, qui sit Androgeως, de quo Secundo libro plura diximus.

PARTEM Opere In Tanto Sineret Dolor Icare Haberes. In antiquis aliquot duo illa uerba ICARE HABERES desiderantur. Tetrametro dactylico codicibus tantum adnotato. PARTEM OPERE IN TANTO SINERET DOLOR . Sed siue Virgilius, siue alius quispiam uersum absoluerit, nihil mihi uidetur eo fine dici potuisse adcommodatius.

QVIN Protinus Omnem Perlegerent Oculis. In ueteribus nonnullis exempl. OMNEM omnino scriptum animaduerti. Et quia Picturam perlegerent Seruius exponit, putarunt multi Omnem ita positum, ut, picturam, subintelligeret, quæ quidẽ duricies a Virgiliana phrasi, a facilitate, candoreq; ipso plurimum aliena est. Sane uero Macrobius & Priscianus, & pleriq; alii . OMNIA . castiorẽ lectionẽ agnoscunt, proq; dactylico carmine locũ citant, neq; opus ut qui subsequit̃ uersus a uocali incipiat, ut fiat hypermetri synalepha. Nam & eiusmodi rationis uersus alibi etiam reperiunt̃, ut in Bucol. Nec tantum Rhodope mirantur & Ismarus Orphea, neq; nõ illud, Atria dependent Lychni laquearibus aureis. Quod siquis dactylicum non admittat, saltem Sinyzesin ex tã breuibus duabus ultimis in dictione . OMNIA . syllabis non reiiciat, quæ quidem tam exiles tamq; tenues sunt, ut uix pro una lõga sufficiant. At ueteres pleriq; codices partim OMNE una minus littera partim OMNES . legunt. Ac . OMNE . quidem in Romano est, quia ueriti sunt Librarii dactylum in fine ponere; genus tamen mutare non ausi sunt. Qui uero OMNES scribere maluerunt, subintelligi Duces Heroas, aut Viros ibi pictos uoluere. Sed pluris apud me fuerit Macrobii & Prisciani auctoritas, q̃ eorum coniectura, qui Veneres, quas præ se ferunt numeri, figuræq; huiusmodi admittere nesentur. Quod autem pertinet ad Seruium, tam &si exposuit ille: Perlegerent scilicet picturam non hoc ostendit, Omnem picturam, legendum esse; quum Seruius immoretur in eo, ut uerbum Perlegerent non alienum ostendat a uerbo γράφειν, quod & scribere, & pingere significat. Quantum uero pertinet ad uerbum PERLEGERENT, Terentius Scaurus (ubi de geminandis liquidis in compositione, si uerbum sequens ab aliqua earum incipiat, præcepta tradit) Virgilii locum hunc citat, apud quem . PELLIGERENT .

scriptum affetat, relictumq; ita ab Auctore ipso; Eosq; improbat, qui PERLEGERENT per . R . ut uulgata nunc habent exemplaria, legant; dicendumq; ait PELLIGO, ut ALLIGO . & COLLIGO . pro ut etiã omnes antiqui, ut ait ille, dicere consuerunt . Ad hæc Velius Longus . PER . præpositionem omnibus integram præponi dicit, nisi quum incidit in . L . litteram; tunc enim elegantioris sermonis Viri eam, ait, geminare malunt, q̃ . R . litteram exprimere . Hinc PELLABOR malunt dicere, q̃ PERLABOR . Aduerte uero in exemplis citandis Velii codices corruptos esse; de iis loquor, qui in manus nostras deuenere . Sed quanq; ita Grammatici legendum tradant, nullum tamen adhuc antiquũ codicem inueni, in quo non scriptum sit PERLEGERENT . præpositione incolumi. Ita plerunq; ADLIGO, & CONLIGO . Aetas uero nostra maiorẽ Grãmaticis q̃ antiquis scriptionibus fidem adhibet . Et tamen Scauri nullus adhuc, qd' sciam, sententiã est.

DEIPHOBE Glauci . Innumeros pene codices inuenias, in quibus (secutus. inemendate DEIPHOEBE . uel DEIPHEBE scriptum sit . Sed enim casta lectio Δηϊφόβη . DEIPHOBE . uti etiã Δηϊφοβος inferius, quod fere passim in codicibus antiquis Librariorũ inscitia DEIPHOEBVS . scriptum habetur .

NON Hoc Ista Sibi Tempus Spectacula Poscit . In Ro. codice POSCVNT numero multitudinis est; ut tempus sit appositum; quippe quod alii negotio sit im-

FVDITQVE Preces Rex . In antiquis pene omnibus exempl. (pendendum. FVNDIT . præsenti tempore scriptum est .

PENITVSQVE REPOSTAS Massyllum Gentis . In Ro. codice legere est PENISQVE REPOSTAS . hoc est ad Pœnos usq; elocutione insolita, quare lõge melius PENITVS . ut illud, Et penitus toto diuisos orbe Britannos .

VOS Quoq; Pergameæ Iam Fas Est PARCERE Genti . In codicibus aliquot antiquis PARCITE legitur deposcendi forma, quod forte non displiceat, q̃quam PARCERE infinitiuum sonat elegantius .

QVIBVS Obstitit Ilium, Et Ingens Gloria Dardaniæ . Veteres pleriq; codices ILION INGENS legunt . ut Ouidianum illud Ilion & Tenedos . Sed enim magis Virgilianum est ILIVM ET Ingens legere, grauiore numero, & sentẽtia

LATIO CONSIDERE Teucros . In Ro. codice CONSIS (dilucidiore. TERE legitur . Et in primo Aeneidos eandem huius uerbi uarietatem ostẽdimus eo loco, Vultis & his mecum pariter Considere Regnis. Nam aliquot exemplaria ibi etiã CONSISTERE legũt. Sed.n. CONSIDERE oĩno magis placet eruditis

SOLIDO De Marmore Templa INSTITVAM . In Ro. codice (Viris. TEMPLVM CONSTITVAM legitur . In Lõgobardico TEMPLVM quidẽ est . Sed INSTITVAM uerbum, ut etiam ad festos dies adcommodetur.

FOLIIS Tantum Ne NOMINA Manda . In antiquis omnibus exemplaribus quotquot uersare mihi contigit . CARMINA . non NOMINA . scriptum inueni. quæ quidem lectio Seruium non latuit .

SED TERRA Grauiora Manent . In codicibus quibusdam admodum uetustis TERRAE Genitiuo casu legitur; subintelligendo pericula, ueluti dixerat; Pelagi defunctæ periclis . Magis tamen placet TERRA . aduerbialiter .

IN REGNA Lauini Dardanidæ Venient . Vetera quædam exemplaria legunt ET REGNA . pro In Regna præpositione præterita; pro ut etiam factum statim in principio Libri Primi, Italiã fato profugus Lauinaq; uenit litora . Sunt & qui LATINI legendum autument. Seruio etiã super syllaba LAuini prima plurimũ dubitante . In codicibus tamen omnibus antiquioribus LAVINI scriptum obseruaui, præter nonnullos, in quibus LATINI . subditicia lectio est, priore abrasa dictione . Sed.n. plura de hoc in .vii. ubi uersum illum, Exsulibus ne datur ducẽda Lauinia Teucris, In codicibus quibusdam antiquis aliter legi ostensum est .

NEC Teucris Addita Iuno . Multi quidem codices ex antiquis ABDITA legũt,

sed inemendate. ADDITA uero uocabulum Lucillianum agnoscit Seruius.

SED Contra Audentior Ito Quam Tua Te Fortuna Sinet. In plerisque ueteribus codicibus. QVA. legere est, quod forte nō displiceat. Sed plus est QVAM dicere; quia id etiam adhortatur, ut Fortunam ipsam superare cōtendat, quum ex altero, ei tantum obsequendum præcipiatur.

CYMAEA Sibylla. Multa quidem ex nominibus græcis, quæ iure Latii donata sunt. y. in. u. commutarunt. In Ro. tamen codice pleraque ex iis, quæ uulgo per V. proferimus, per. y. scripta reperias, ut CYMAEA, quod etiam in Mediceo est, & superius CYMARVM. Contra uero, quæ usus nūc per. y. scribit, & enunciat, ibi per. V. uocalē latinam scripta esse, ut INCLVTVS; quæ quū inconstāter adeo posita sint, bonam eorum partem prætereire consilium fuit.

STIMVLOS Sub Pectore Vertit Apollo. In codicibus aliquot antiquis VERSAT habetur. Sed in hac sententia melius est VERTIT.

ET RABIDA Ora. Vetera pleraque exempl. RAPIDA legūt; quique lectionē eam noluit, Rabiem inquiūt ex Aristotele in Hominem nō cadere, minus uero in Deū. Sed enim hoc alterius est negotii; nos superius habemus de hac eadem persona, Et rabie fera corda tument.

O VIRGO Noua MI Facies. Ro. codex MIHI semper eodē modo scribit tam pro monosyllabo, quam pro soluta in duas syllabas dictione.

OMNIA Percepi. In Ro. codice & quibusdā aliis antiquis PRAECEPI legit; quod idem est, cum animo mecum ante peregi. Si uero PERCEPI placet, ut in Longobardico, & in Mediceo habetur. ANTE, præpositio utrique uerbo fuerit applicanda, Omnia ante percep, & omnia ante mecum animo peregi.

IRE AD Conspectum Cari Genitoris Et Ora Contingat. In Ro. codice perpetuus ille modus, IRE, pendet a uerbo, unū ORO. alio inde mēbro. ET ORA CONTINGAM legitur. In aliquot etiam codicibus inemendate CONTINGIT enuntiatiuo modo positū est. Magis tamen placet ORO CONTINGAT IRE, quod etiam Seruius agnoscit.

VT TE Supplex Peterem Et Tua Limina Adirem IDEM Orans Mandata Dabat. In plerisque omnibus antiquis exemplaribus inter hæc membra non habetur. ET. copulatiua particula. & IDEM ORANS uarie legitur. Nam codices nonnulli ID MEMORANS legunt, quod hoc loco mihi uidetur otiosum. Alii quidam ID ME ORANS. Vnde puto per Librariorum inscitiam illud ID MEMORANS emanasse. Mihi uero tam uulgata lectio IDEM ORANS, quam antiqua ID ME ORANS summopere satisfacit.

NATIQVE Patrisque. In antiquioribus exēpl. GNATI. quod nōnulli alii corrupte GENITI scripsere, Probus autem Valerius hoc citato loco Metaplasmum esse ait, κατὰ πρόθεσιν. Quare Gnati scribendū, ut etiā in Mediceo cod. habetur.

SI Potuit MANES Accessere. In antiquis MANIS. In Romano, & aliquot aliis ACCERSERE. Vtrūque uero ACCERSO. & ARCESSO recte dici alibi ex antiquis Grammaticis ostendimus.

COCYTVSQVE Sinu Labens Circumfluit Atro. In antiquis omnibus exemplaribus quotquot uersare contigit, uno exemplo scriptum legi CIRCVMVENIT. Vulgata quidem lectio minime displicet. Sed tot codices uariis locis & ætatibus scriptos, non temere conuenire credendum est.

AVRICOMOS Quam Quis Decepserit Arbore Foetus. In codicibus aliquot antiquis DISCERPSERIT scriptum est. auellendus enim erat Ramus; obiectaturque ita in conficiendo negotio difficultas; quum DECERPERE minus laboris quodāmodo polliceatur. Plura tamen exēplaria manu scripta DECERPSERIT habēt.

ALITER Non Viribus Vllis. In Ro. cod. NEC. ut sit repetitio cū eo, quod sequitur. Nec duro poteris conuellere ferro. Sed magis placet NON, ut in reliquis habetur.

SIC Demum Lucos Stygios Regna Inuia Viuis Aspicies. Antiqua omnino pleraq; exéplaria legunt. Lucos Stygios ET Regna Inuia Viuis. ut sit uersus eiusdé generis cum eo. Aut ouium fœtus aut urentis culta capellas. Sed enim ego hæc libentius missa fecerim;ni quibusdam sit obsequendum qui sibi omnia qualiacunq; sint,ex antiquorum codicum fide flagitant explicari. Sunt uero etiam codices manu scripti,in quibus LVCOS STYGIS ET Regna Inuia legat. Sed enim ea omnino lectio probabilior,quæ in Mediceo,atq; aliquot aliis absq; copulatiua particula. Regna Inuia appositiue scriptum ostendit.

INGREDITVR Linquens Antrum. Quia Seruius Ingreditur pro Graditur positum ait,ita ut .IN. uacare innuat. Fuere nonnulli,qui uetusta abrasa lectione in exemplaribus manu scriptis EGREDITVR facerent. Sed enim ingredi,pro Ire, non tam apud Poetas q̃ etiam apud Oratores sæpe reperitur.

MVLTA Inter Sese Vario sermone Serebant. Vetera quædam exemplaria FERE BANT pro Conferebant, Sed recte Seruius SEREBANT agnoscit,unde pprie

AC Voluunt Ingentis Montibus Ornos. Vulgatam lectionem AC. (Sermo. VOLVVNT cum particula coniunctiua & uerbo,cum Mediceo antiqua etiam aliquot habent exemplaria. Sed in Romano, & in Longobardico ADVOLVVNT uerbo cum præpositione AD. composito legitur, quod magis placet, ut in Georgicis, Aduoluere focis.

ET SIC Forte Precatur. In Ro. codice legere est VOCE PRECATVR. In Lõgobardico ORE. Sed.n. Seruius agnoscit FORTE. quod etiam in plerisq; cod. antiquis habetur. Addit uero Seruius uersum hunc ex eo genere esse,qui Tibicines appellantur,quibus aliquid additur ad solam metri sustentationem. Vacare enim aduerbiũ FORTE putat. Sed.n.intelligo,posteaq̃ hæ uariæ lectiones,nostra cura collectæ per manus hominum circũferri cœptæ sunt,aut ORE, aut VOCE, peritorum iudicio magis approbari. nos uero hoc in medio ponimus.

TVQVE O Dubiis Ne Defice Rebus Alma Parens. Antiqua pleraq; exempl. cũ Mediceo legunt DIVA PARENS. In Romano & aliquot aliis ALMA.

SEDIBVS Optatis,Gemina Super Arbore Sidunt. In Longobardico GEMINAE legitur,ut sit de columbis. Sed omnino melius GEMINA Super Arbore. cuiusmodi species tantopere optabatur.

DISCOLOR VNDE Auri Per Ramos Aura Refulxit. In Ro. codice AVRO legitur casu septimo,ut sit Refulxit aura splendore aureo,uel propter aurum. Seruius tamen agnoscit AVRI. legitq;. Auri,hoc est splendor auri.

QVOD Non Sua Seminat ARBOS. Interesse plurimum ait Caper in libello de elegantiis,utrũ ARBOS an ARBOR dicatur. Siquidem ARBOR omne lignũ dicitur. ARBOS uero non nisi fructifera. Veteres tamen codices huiusmodi differentiam non seruant.

TERETES Circundare TRVNCOS. Antiqui aliquot codices CIRCVMDARE RAMOS habent. Sed TRVNCOS nihil,quicq̃ displicet.

SIC Leni Crepitabat BRACTEA Vento. In Ro. codice, & in Longobardico BRATTEA duplicato .T. scriptũ est. Iuniores BRACHTEA per .CH. densã scribi uolunt,contra omnes orthographiæ regulas,etiam si τῆς ὁ βραχυ bractea dicatur. Qui BRATTEA duplici .TT. scripserunt,eo decepti sunt, quod in characteribus Longobardicis, c. & t. litteræ eadem pene forma figurantur. Vnde etiam errorem illum apud Martialem prouenisse crediderim, quod IVVENTVS pro IVVENCVS scriptum est eo uersu.

Cæsaris atq; Iouis confer nunc schema. Iuuencus
Par onus ut tulerit, altius iste tulit.

Ita.n.scriptũ est in antiquo satis codice,quẽ mihi dono dedit Valerius Victor Viterbiensis,Adolescens ingenio & eruditione supra ætatẽ admirabilis. Quid.n,illic agat,

Iuuentus,hac adinuenta lectione,non uideo. Vt uero ad Virgilium reuertamur. In Longobardico,& aliquot aliis CREPITABANT corrupte omnino legitur; non enim folia Bractea dicimus epitheti forma. Est uero Bractea non tantum de Metalli lamina, uerum etiam de quacunque materia. Plinius. ut una arbor sæpius ueniret, Excogitatæ sunt ligni Bracteæ.

SVPREMA Ferebant. In Ro. codice SVPPREMA duplicato. PP. notatum est hoc loco. Nempe quod ueriti sunt mutam cum liquida non esse satis ad primã syllabam producendam,& eodem sane modo in Basilica D. Mariæ, cognomento Maioris antiquo marmore notatum aspeximus,

SVPPREMVM . VERSVS . MVNVS . DONATVS . ET . ARAM.

Sed enim exempla huiusmodi non sunt imitatione digna.

CVI Frondibus Atris Intexunt Lateta. In antiquis aliquot codicibus pro CVI. suppositum est TVM. quod si diligenter aduertas, non displicebit.

FERALES Ante Cupressos. hoc quoque originationis græcæ in Ro. codice & quibusdam aliis,uocalis eius naturã retinet,qua notat apud Græcos. CYPRESSOS itaque scriptum inuenitur, quum tamen omnes uulgo nunc CVPRESSOS per V. latine proferant & scribant.

FIT Gemitus Tum Membra Toro Defleta Reponunt. In antiquis aliquot codicibus propter characterum similitudinem scriptum inuenias CVM MEMBRA TORO. Sed magis placet TVM.

LVSTRAVITQVE Viros. In Ro. codice LVSTRAVITQVE DOMOS legitur; quod improprie positum est. Classem enim totam non domos funere incestauerat Misenus. Sed enim potuit classem domos appellare,quia de sacrificiorum more; quum uera in promptu non sunt,simulata pro ueris haberi soleant. hinc in Quarto, Sparserat & latices simulatos fontis Auerni.

INGENTI Mole Sepulchrum Imposuit. Antiqua omnia exemplaria quæ legi, IMPONIT præsenti tempore scriptum ostendunt.

VNDE Locum Graii Dixerunt Nomine AORNVM. Inoleuit his temporibus consuetudo,ut AORNVM scribatur etiã a litteratis Viris. Sed enim in antiquis codicibus omnibus quotquot habui, AVERNVM notatum obseruaui.

PINGVE Superque Oleum Fundens. In antiquis aliquot exẽplaribus PINGVE SVPER OLEVM habetur absque ulla interiecta particula, quæ intrusa uidetur hic metri necessitate, ut sæpe alias perperam factum; potest tamen non inuenuste legi per figuram ἐν διὰ δυοῖν. Pingue superque oleum, ut molemque & montes. Sed si etiam,pingue oleum,dicas QVE particula secundo loco non inuenuste ponit.

VISAEQVE Canes Vlulare per Vmbram. In codicibus aliquot antiquis VISI uirili genere legitur; quod non ita placet. Nam & Visæ fœm. ge. apud Senecam habetur; Vbi etiam illud obseruauimus,Pro iuga cœpta moueri Siluaque. IVGA CELSA scriptum esse; ut participium illud Visæ omnibus respondeat. Visum,sub pedibus mugire solum. & Iuga celsa Siluaque moueri uisa,uisæque Canes ululare.

LOCA Nocte Silentia Late. In Romano cod. quia superiore carmine legebatur Vmbræque silentes,quasi eiusdem uocabuli insulsa esset repetitio,quæque ariditati,atque inopiæ sermonis potius q̃ elegantiæ adscribi posset. pro SILENTIA, reposuere TACENTIA, qd' nescio quid Catullianum sapit, Quum tacet nox. SILERE autem est Cornelio Frontoni,quum loquentis sermo comprimitur. ab ipsa significatione litteræ .S. Tacet uero qui nec loqui quidem cœpit. SILENTIA tamẽ Seruius agnoscit. & ita reliqua omnia legunt exemplaria.

PANDERE Res Alta Terra Et Caligine Mersas. In codicibus aliquot antiquis legere est RES ALTAS TERRA Et Caligine Mersas. Sed quanto melius est ALTA TERRA. ut emendatiores habent codices.

IBANT OBSCVRI Sola Sub Nocte Per VMBRAS. In cod. quibusdam anti-

quis ita legitur . IBANT OBSCVRA SOLI SVB NOCTE . Sed Donatus ait solam esse noctem, cui lux nulla succedit. Et lectionem eandem agnoscere uide. Seruius, dum hypallagen figurā notat. Est & PER VMBRAM unitatis numero in pluribus exemplaribus, quod nocti magis conuenire uidetur . Siquidem VMBRAE aliud quiddam significant.

QVALE Per Incertam Lunam. Antiqui codices nonnulli cum Mediceo IN COEPTAM legūt. Sed & Inceptam, & Incertam eodē recurrere putat Seruius. Nam & alias super hoc eodem loco dubitatum a Grammaticis.

PRIMISQVE In Faucibus Orci. In codicibus plerisq; sane q̄ ueteribus non inuenuste legitur PRIMIS IN FAVCIBVS absq; copulatiua particula, sed ea inserta uersum reddit canorum magis.

MALE Suada Fames Et Turpis Egestas, In Ro. cod. in Mediceo, ac plerisq; aliis antiquis AC TVRPIS habetur, ut quodammodo iungat egestatem una cū ipsa (fame.

LETVMQVE Laborq;. Antiqua fere omnia exempl. legunt LABOS per. S. Quod uero sequitur soporem cōsanguineum esse Mortis ex Hesiodo sumptum, qui in Theogonia Somnum & Mortem noctis filios fuisse dicit. quod uero Consanguineum dixit, ita eum Claudianus imitatus, Te consanguineo recipit post fulmina fessum Iuno sinu. Ea enim Iouis & Soror & Coniux.

COCYTO Eructat Arenam. In aliquot antiquis codicibus COCYTI legitur possessiuo casu. Sed prior lectio magis recepta est. & Harenam cum adspiratione ex Vartonis obseruatione, uti alibi dictum.

TERRIBILI Squallore Charon. In nonnullis omnino ueteribus exemplaribus TERRIBILIS habetur nominandi casu. Sed Ablatiuo magis receptum.

STANT Lumina Flamma. In Ro. codice & aliquot aliis antiquis FLAMMAE legitur. Siue id Genitiui casus sit, quod nequaq̄ placet, siue appositiue dictum, ut duo lumina, duæ flammæ uideantur. Siue quod magis placet, facta est duarū uocalium transpositio, cum FLAMMEA uellent scribere, ueluti in antiquis aliquot exemplaribus scriptum obseruaui. Sed id postea corruptum, uelut etiam illud, qd supra dicebamus. Protinus omnia, uersu dactylico.

SORDIDVS Ex Humeris Nodo Dependet Amictus. Valeāt qui NVDO legendum esse contendunt, quum NODO passim in antiquis codicibus tota libraria fide legatur. Et antiquæ statuæ tot ubiq; spectentur, in quibus ornatus ex humeris nodo religatus pendeat.

LONGE Summotos Arcet Harena. In antiquis aliquot codicibus SEMOTOS legitur. Cui nonnihil suffragari uidetur aduerbium Longe pro Valde. Magis tamen placet SVBMOTOS, quod & proprie & eleganter dictum est.

REMIS Vada Liuida Verrunt. In Ro. codice VADA LIQVIDA legit, neq; timēdū esset syllabæ ex auctoritate Lucretii, nisi & Seruius LIVIDA agnosceret. Et Epitheton id inferis amnibus, quippe turbidis & cœnosis conueniret. Præterea VERTVNT in aliquot habetur exempl. Sed VERRVNT magis poeticum est.

NEC RIPAS Datur Horrendas, Nec Rauca Fluenta. In antiquis omnibus exēplaribus, quotquot habui, pro NEC Rauca legere est . ET Rauca.

QVAM Sedibus Ossa QVIERVNT. In Mediceo, & aliquot aliis QVIERINT legitur. Sed finitiuus modus eleganter etiam cum, q̄, iungitur, ut alibi ex Grammaticorum præceptis, & ex Auctorum usu ostendimus.

EN HAEC Promissa Fides Est. In codicibus aliquot antiquis EN HAEC PROMISSA FIDESQVE. Sed uulgata lectio magis satisfacit.

PAVLATIM Adnabam Terræ Iam Tuta Tenebam. In codicibus aliquot Ant. legere est ADNABAM TERRAE ET IAM TVTA. quæ quidem particula eo loco inserta, narrationis cursum quodammodo uidetur impedire.

VERSANTQVE In Litore Venti. Exemplaria quædam uetera IN LITORA

Accusatiuo casu legunt qđ nescio quid magis miserabile præ se ferret; dū cadauer scopulis illidi sæpius ostenderet. Quamq̃ in Litore casu sexto minime displicet, ut longe plures habēt codices. Litus enim non tam de sicco,q̃ etiam de aspergimibus & extrema maris ora intelligitur.

PER Spem Surgentis Iuli. In antiquis omnibus exemplaribus quotquot habui, SPES numero multitudinis legitur,non Poetis tantum, uerum & Oratoribus notum. Fab. Quintilianus, O meas spes inanes.

NEQVE ENIM CREDO SINE NV. DI. Antiqui plerique cod. CREDE legunt imperandi modo. ut asserendo adesse numen Aeneæ. argumentetur ab eo, quod facile fieri possit. Sed enim huiusmodi lectio satis mihi nequaq̃ facit.

RIPAMVE Iniussus Abibis. Placet Seruio ABIBIS legere, & elocutionem eam. ABEO IN TVSCOS. figura simili superius cōmendauit, super eo uersu Quo regnum Italiæ Libycas auerteret oras. Sed enim antiqua pleraq; exēplaria non minus hic ADIBIS. q̃ superius ADVERTERET legunt. Opinio uero Seruii, ut ABIBIS legendum sit; cuiusmodi lectio in Mediceo,& nonnullis antiquis aliis exemplaribus inuenitur;mihi,ut elegantior & eruditior figura,sane quidem placeret;nisi Valerius Probus ADIBIS legendum admoneret, loco hoc in testimonium citato,ubi . AD. præpositionem semper breuem esse tradit, siue loquelis, siue casibus inseruiat.

GAVDET Cognomine Terra. In antiquis porro omnibus exemplaribus quot quot uersare contigit,scriptum animaduerti TERRAE Genitiuo casu. Nempe ut Cognomine substantiuum sit. aliter ex Prisciani præceptione Ablatiuum in . E. mittere non posset. Sed enim alia quoq; adiectiua in . IS. quorum neutrum exeat in . E. Ablatiuū casum in . E. & in . I. mittere reperiunt,ut a cœleste sagitta dictū (ab Ouidio.

VMBRARVM Hic Locus Est Somni Noctisq;. In Ro. codice absq; uerbo substantiuo legitur HIC LOCVS . ET SOMNI .

NEC Vero Alcidem Me Sum Lætatus Euntem Accepisse Lacu. Nec Thesea. In codicibus aliquot antiquis legere est NEC VERO ALCIDEN NEC SVM LAETATVS. ut sit ordo, Nec uero sum lætatus acccepisse lacu nec Alciden, nec Thesea. Sicq; negatio illa,quæ superhabundare uidebatur ad maiorem intensionem,ut apud Græcos frequentissimū. Qđ uero non procedere ait Seruius Alcidæ nomē ἀπὸ τῆς ἀλκῆς impositum fuisse;quia cognomina dētur ab accidentibus, & Hercules id nominis a prima ætate habuerit. Quid obsecro obstat, quin cognomen id Herculi & a prima infantia, & ab accidētibus indiuum agnoscamus; qui passim legamus eū in cunabulis,haud multo postq̃ est natus. Geminos angues suis manibus suffocasse;magnasq; ea ætatula præ se tulisse uires,& indomitū robur.

DEDVCERE Adorti. In antiquis plerisq; exemplaribus ADORSI legitur; bonaq; eorum pars, in quibus ADORTI legitur. T illud suppositicium habet, abrasa prius . S. littera.

QVEM Contra Breuiter. In antiquis plerisq; codicibus QVAE legi. ut sit,cōtra Quæ. Ea scilicet,quæ Charon obiecerat. Sane in Mediceo QVAE scriptum apparet ex nota diphthōgi,licet superinducto apice,lectionē aliquis mutare tētauerit.

NVLLAE Hic,Insidiæ Tales. Veteres aliquot codices HINC de loco legunt, ut sit Hinc.s.a nobis. Placet tamen & HIC. ut in Mediceo est.

LICET Ingens Ianitor Antro. Apud Senecam nisi codices corrupti sunt, legere est LICET INGENS IANITOR ORCI. Reliqui codices ANTRO legūt.

ET Medicatis Frugibus Offam. Sunt codices admodum uetusti, in quibus ME DICATAM Frugibus Offam legas. Sunt qui ultimam syllabam abrasam ostentent, ut incertum sit utrum MEDICATIS . an MEDICATAM scriptū fuerit. Seruius tamen MEDICATIS agnoscit.

ET AB Vbere Raptos Abstulit Atra Dies. Male RAPTO legitur in codicibus

nonnullis sane q antiquis. Sed quod . ABSTVLIT VNA DIES. in uetu stis itidem habetur exemplaribus, lectorem ambiguum faceret, nisi longe plures codices ATRA legerent, & epitheton id longe plura, & quid magis proprium; Et huic sententiæ adcommodatius significaret.

FATA OBSTANT Tristisq Palus Inamabilis Vnda. In Ro. codice FAS OBSTAT uidetur esse debuisse. Nam. S. tantum littera desideratur in uerbo OBSTAT. Et Seruius in castigatis exemplaribus FAS OBSTAT agnouisse uidetur, quum præsertim exponit. FAS. iura naturæ. Quanq neq ea lectio displicet. FATA OBSTANT. Quod uero sequitur TRISTISQ. PALVS. lectionem eam reprehendit Seruius, ne duo sint epitheta, mauultq TRISTI VNDA legere ut in codice Mediceo, & in Porcio est. Sed enim plerique codices antiqui TRISTIS legunt, & in aliquot etiā VNDAE cū diphth. ultima syllaba; ut duæ primæ dictiones in recto sint. TRISTISQVE PALVS. reliquū possessiui INAMABILIS VNDAE. Sunt & qui legant. INNABILIS. a No, nas, quod in ueteribus exemplaribus non memini me legere. Sed nescio cur ea lectio Tristisq Palus, appositiue inamabilis unda quenq offendere debeat. tam &si longe elegantior ea est, quæ legit palus inamabilis, addita ratione cur inamabilis, Tristi quippe unda, quā στυγερὸν Homerus appellat, ubi fluuius Acheron, eiusdem ethymologiæ.

NEC Procul Hinc. In Ro. codice, & aliquot aliis manu scriptis HIC habetur; magis tamen placet HINC, ut est in reliquis exemplaribus.

CRVDELI Tabe PEREDIT. In antiquioribus aliquot exemplaribus PEREMIT legitur; quod minime placet, quum PEREDIT ideo proprium sit, quod Amantum est mollis flamma medullas.

IS Phædram PROCRINQVE Locis. Neq illud placet, quod in Ro. codice PROCNIN legitur. Non enim Procne locū habet inter amantes. Sed Procris Cephali uxor. Præterea sumptum hoc ex Homero est, apud quem Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον legitur.

HIS LAODOMIA It Comes. In Ro. codice & plerisq aliis manu scriptis recte notatum est per. A. uocalem primam in media syllaba LAODAMIA. ita.n. λαοδάμεια apud Græcos scribi neminem uel mediocriter doctum ignorare crediderim. Quod uero Latini uocalem eam in. O. mutarint, adhuc mihi nō cōstat. Auditurus uero haud grauate sum, siquis ab antiquo aliquo Auctore traditum id (ostēderit.

FATO Reuoluta Figuram. In codicibus quidem omnibus uulgatis, & aliquot ex his antiquioribus REVOLVTA scriptum est. In Romano REVOCATA legitur.

PRIMO QVIS Surgere Mense. In antiquis plerisq codicibus QVI legitur. Sed & QVIS reperitur.

NEQVE ASPECTV Ne Subtrahe Nostro. Quamuis nonnulli dicāt codices esse ueteres, in quibus ASPECTVI scriptum inueniatur ea, quæ apud Virg. frequētissima est, figura; magis tamen placet ASPECTV per. V. quia multa ea terminatione, acquisitiuo casu posita reperiuntur apud Virg. Ciceronem, & Cæsarem.

LENIBAT Dictis Animum. In codicibus aliquot antiquis LENEIBAT per EI. diphthongū, in pene ultima scriptum obseruaui, ut in Veterum iscriptionibus DEICO. AMEICVS. & similia. Quo loco. super Priscianus ait, Tertiæ & Quartæ coniugationis præteritum imperfectum a prima præsentis formari. O. in E. mutata & addita. BAM. excepto Eo, quod IBAM facit, & deriuatis. Antiquos uero, in his præsertim quartæ, loco uocalium transmutato. pro. I. & E. EI. diphthongum proferre solitos ut LENEIBAM. POLEIBAM. Sed enim quum huiusmodi scriptionem non in uerbis tantum eius coniugationis & temporis, uerum in aliis etiam, & in syllabis a formatione non pendentibus, atq

etiam in nominibus, in præpositionibus, & in aduerbiis reperiamus. Magis mihi placet Victorini sententia; qui refert Næuium & Liuium Andronicum, quum lõga syllaba scribenda esset, duas uocales posuisse, præterq; quæ in . I . litteram inciderat eam enim per . EI . scribere maluisse. Quam uero differentiam in his Lucillius ponere commentus sit, quo distingueret similia uoce, alibi ex Velio Lõgo retulimus.

OCVLOS AVERSA Tenebat. In codicibus aliquot antiquis ADVERSA legitur, quod minime placet.

NEC Magis Incepto VOLTVM Sermone Mouetur. In codicibus aliquot antiquis VOLTV casu septimo legitur. Sed VVLTVM quarto casu figuratius est.

TANDEM PRORIPVIT Sese. In Ro. codice, in Oblongo, in Mediceo & plerisq; aliis antiquis legere est CORRIPVIT SESE, tam&si PRORIPVIT placere magis uideo eruditis auribus.

CASV PERCVLSVS Iniquo. Veteres omnes cod. quos legi, fere passim PERCVSSVS legunt. Videnturq; mortales tot ætatibus differentiam neglexisse, quã inter Perculsum & Percussum, Grammatici statuere.

PROSEQVITVR Lachrymans Longe Et Miseratus Euntem EST. Vltima huius carminis dictio . EST. nusq; in antiquis exẽplaribus habet. In Ro. codice uersus totus ita legitur PROSEQVITVR LACHRIMIS LONGE ET MISERATVR EVNTEM. Erat uero etiam in codice Longobardico . MISERATVR . sed inde abrasum fuit, & MISERATVS repositum. In Mediceo Prosequitur Lacrimas longe & miseratur euntem. Sed LACRIMAS pro Lacrimans scriptum; ut sæpe repetitur in Veterum monumentis.

CERERIQVE Sacrum Polybetem. Nominis huius proprii pene ultima uarie scribitur in antiquis cod. Nam & POLYPOETEN . & POLYBVTEN. & POLYBOIEM legas, pter uarietates alias, quæ uulgatis in cod. existũt. Sane quidẽ πολυποίτης propriũ Viri nomẽ apud Græcos. Sed hic Peirithoi filius, ut Ho.

ιλ. μ. τοῦ μὲν πειρίθοου υἱὸς κρατερὸς πολυποίτης.

Qui quidem in Troianorum comitatu quid agat, non uideo; neq; succurrit nunc inter Troianos nomen id positum; alia uero forma & significato πολυβούτης est unde sibi forte Virgilius nomen ex cõmodo suo confinxerint. Neq; enim ita & Latini Græcis addixere, ut non ius sibi esse uoluerint, non tantum litteras & syllabas, uerum totum etiam interdũ nomen, quod ab ipsis mutuo caperent, uariandi.

IDAEVMQVE Etiam Currus Etiã Arma Tenentem. In Ro. codice CVRRVM unitatis numero absq; ulla collisione legitur, & ita prius in quibusdã aliis legebat; qui nunc abrasi sunt, non ita tamen, ut non CVRRVM antiquam lectionem inspicias. Probus tamen, ut alibi diximus, Virgilium ait huiusmodi concursum, nisi faceret synalepham summa uitasse diligentia.

VENIENDI Discere Causas. In antiquis codicibus, Romano; & aliquot aliis POSCERE CAVSAS legit, eodem modo quo etiam in primo legi ostendimus.

VASTA De Cede. Antiqui omnes cod. legunt VASTA TE CEDE. pronomine secundæ personæ Accusatiui casus interposito.

RHETEO In Litore. In Ro. codice absq; præpositione RHETEO LITORE scriptum est; non ita in aliis, & longe melius ea inserta sonat.

NOMEN Et Arma LOCVM Seruant. In Longobardico codice LOCVS nominatiuo casu legitur. Sed ita . SERVAT . etiã singulare esse debuisset. LOCVM tamen quarto casu castiorem esse lectionem ostendit locus alter in . VII.

Et nunc seruat honos sedem tuus, ossaq; nomen
Hesperia in magna, siqua est ea gloria, signat.

ATQVE Hic Priamides. In Ro. codice, & in quibusdam aliis admodum antiquis legere est. AD QVAE PRIAMIDES. In Longobardico . AD QVEM . quorũ utrũq; pluribus magis placere uideo, q̃ quod in uulgatis habetur exẽplaribus.

NIHIL O Tibi Amice Relictum Est. In nullo ex his ueteribus codicibus inueni uerbum . EST . quæ phrasis magis Virgiliana uidetur .itut .

GRAVIS Attulit Aluo. In Ro. codice ALVEO legitur. Sed magis placet ALVO . ut in aliis habetur. & in Secundo eodem modo dictum, Nota condunt

CONIVX. Dictum iam neq; codices antiquos, neq; ueteres inscri- (in aluo . ptiones ullam huic nomini scribundo legem præfixisse; Veteres tamen Grãmaticos VX. litteris, ut NVX . terminandum id adnotasse.

IRRVMPVNT THALAMO. In Ro. codice, ac plerisq; aliis INRVMPVNT THALAMOS Accusatiuo casu legit. Sed THALAMO dandi casu, magis poeti-

COMES ADDITVR Vna. In codicibus antiquis pene omnibus (cum uidet. ADDITVS participii, nõ uerbi uoce scriptum est; ADDITVR tñ nõ displicet.

DII Talia Grais. In antiquis codicibus & . DI . & GRAIS unico tantum I. notata sunt, de quibus alibi.

PIO Si Pœnas Ore Reposco. In Romano codice PIOS legitur; sed id Librarii potius imperitia, q̃ ita quis legendum autumet.

ACE Fare Vicissim ATTVLERINT. In antiquis aliquot . ATTVLERVNT finitiuo modo habetur. & (ACE FARE VICISSIM) per interpositionẽ sequitur enim, Pelagine Venis, non Venias; quanq̃ puncta ipsa figurã elocutionis

ET In Verbo Vestigia TORSIT . In Ro. codice PRES (mutare possunt. SIT legitur. Est uero idem premere uestigia atq; ingredi. Quia tamen de digressu loquitur, melius est TORSIT .

SVBITO Et Sub Rupe. In aliquot codicibus antiquis uersus hic non habet. ET. copulatiuam. Sed locus hic particulam eam omnino exigere uidetur .

TORQVETQ. SONANTIA Saxa. In Ro. codice TONANTIA SAXA legitur, quod non æque placet.

NON Ipsi Excindere FERRO Cœlicolæ Valeant. In Ro. codice & aliquot aliis antiquis BELLO pro FERRO habetur, hoc est magno quãtumlibet conatu. Sed lectionem uulgatam FERRO . nunq̃ ego mutauerim .

VESTIBVLVM INSOMNIS. In Longobardico, in Mediceo, & aliquot aliis ueteribus exẽplaribus EXSOMNIS legitur. Et in aliquot detrita. S. littera post. X. EXOMNIS . Id enim in plerisq; aliis dictionibus asperitatis euitandæ caussa, multi facere consueuerant.

ET Sæua Sonare Verbera. Sunt antiqui codices, in quibus SONORE . hoc est sonitu legatur, quo uocabulo etiam alibi usus est Virgilius. Sed & illud etiam. Verberaq; insonuit, dixit.

STREPITVMQ. Exterritus Hausit. In Ro. codice HAESIT habetur. & ita legebat in Longobardico, qđ transuerso calamo deletũ est, appositũq; HAVSIT. aliena manu & attramento. Seruius HAVSIT agnoscit, & hypallagen figuram.

QVIBVS VE VRGENTVR Pœnis. Velius Longus quum Attii consuetudinẽ improbet, de subiicienda. V. uocali post litteram .G. in plerisq; uerbis, Virgilium absq;. V. VRGENTVR scripsisse, hoc loco teste contendit.

QVIS Tantus Plangor Ad Auras. In Ro. & Longobardico . QVI Tantus Plangor legitur. Et alibi dictum, ab eodem Virgilio, Qui casus agat res, contra Grãmaticorũ præceptiones Carisius obseruat. Sunt & codices, ubi pro AVRAS scriptum inuenias . AD AVRES . quod non æque placet.

TVNC Vates Sic Orsa Loqui. In Ro. codice TVNC VATES HINC ORSA. Sed magis placet. SIC ORSA . ut in aliis habetur.

TORVOSQ. Sinistra Intentans Anguis. In antiquis aliquot exẽplaribus TORTOS legitur. Sed TORVOS in pluribus habetur.

TITANIA PVBES. In Ro. codice PROLES legitur. Sed non displicet PVBES. Quia Hesiodus ait eos centesimum adhuc annum agentis in sinu matris

lactentis decubuiſſe;q̃quam ,etiam ſi non reſpicias ad Heſiodum, Pubes pro quali-bet Iuuenum manu non indecenter poſitum eſſe dixeris .

DIVOMQ. Sibi Poſcebat HONORES . In antiquis omnibus, quos habuerim HONOREM unitatis numero legitur;ut de una tantum fulminădi.ſ. prærogatiua intelligatur. Sane uero HONORES numero multitudinis,pro titulis & dignitatibus poni uideas ab Auctoribus , Honores habiti,honores decreti .

ET CORNIPEDVM Curſu Simularat Equorum . In codicibus pleriſq; uetuſtis CORNIPEDVM PVLSV legitur. & . SIMVLARET . uti etiam in Mediceo eſt,eleganti elocutionis forma,quam lectionem e multis exemplaribus inique ſublatã animaduerti . E. litteræ ueſtigio mẽbranis adhuc pertinaciter adhæreſcẽte .

NON Ille Faces Non Fumea . In antiquis exemplaribus NEC FVMEA .

TERRAE Omnipotentis Alumnum . Vetera omnino exemplaria pleraq; OMNIPARENTIS cum Porcio legunt ; quanq̃ in aliquot ex abraſis literarum apicibus OMNIPOTENTIS ſcriptum animaduerti . In Mediceo cõpendioſe ſcriptũ eſt OMNIPOTENTIS . Sed aliena manu correctum OMNIPARENTIS . Sane uero Aruſianus Meſſus,niſi codex mẽdoſus eſt . OMNIPOTENTIS . uidetur agnouiſſe . Vtcunq; uero,nequaquam mihi diſplicet. OMNIPARENTIS

ROSTROQVE Immanis VVLTVR OBVNCO . In Ro. (uulgata lectio. & aliquot aliis codicibus antiquis . VOLTVR ABVNCO . legitur . In Mediceo . ADVNCO . habetur .

IECVR TVNDENS . In antiquis fere omnibus exemplaribus , quæ tractarim , TONDENS habetur;pro decerpens,& leuiter abrodens . Sunt tamen , quibus TVNDENS . ut in Mediceo eſt , magis placeat ; nempe quia eiuſmodi eſt geſtus auium paſcentium . Vel ut cum eo conueniat , quod dictũ eſt immortale Iecur, adeo ut non abrodi,ſed tundi tantum a Vulture uideretur .

SILEX Iam Iam Lapſura Cadentiq; Imminet Aſſimilis . In codicibus pleriſq; ueteribus . QVE . particula poſt participiũ . CADENTI . uel minime notata eſt,uel ſublata , in aliquot aliena manu adſcripta . Eſt & . LABSVRA . per characteriſticon ſui thematis;de quo alibi .

EPVLAEQ. Ante Ora Paratæ . In Ro. codice legere eſt . PATERNAE . quaſi adſimulata eſſet ea edulii ſpecies,quam pater ex filio DIS condierat . Sed omnino PARATAE magis eruditis auribus ſatisfacit .

ATQVE Intonat Ore . Nonnulli codices INCREPAT legunt . Sed multo maioris horribilitatis eſt . INTONAT dicere .

DOMINORVM Fallere Dextras . In antiquis aliquot exempl. DEXTRAM unitatis numero . Sed melius DEXTRAS . quum Dominorum itidem multitudinis numero poſitum ſit .

PERCVRRERE Nomina Poſſem . In ant. pene omnibus . POSSIM . nõ in-

ACCELEREMVS Ait Cyclopum Educta Caminis . Prætereo qd̃ in (uenuſte. aliquot antiquis exemplaribus . HAC CELEREMVS . legitur , quaſi uiam alteram,qua progrediendum eſſet,indicarit Sibylla . Illud non fuit diſſimulandũ, quod uarie legitur . EDVCTA . Nam codices aliquot . OBDVCTA . hoc eſt circumducta , habent . Aliquot abſq; præpoſitiua compoſitione . DVCTA . tantum, ut alibi, Pars ducere muros;& apud Liuium, Murum duxit . Sunt tamen quibus EDVCTA ſatisfaciat magis utpote numeroſius, & qd̃ Caminis de loco

ADVERSO In Fornice Portas . Vulgata aliquot exẽplaria (poſitum ſit. IN FORNICE . Sed cod. omnes antiqui , quotquot habui . ADVERSO FORNICE . abſq; ea præpoſitione interiecta legunt .

HAEC Vbi Nos Præcepta Iubent Deponere Dona . Antiqui nonnulli codices HIC VBI legunt . Sed HAEC Dona magis omnino placet .

ET AMOENA VIRETA . In antiquis exemplaribus VIRECTA per . CT . & a uiridi

& a uiridi actu VIRECTVM dictionem esse Grammatici tradunt.

LARGIOR HIC CAMPOS AETHER Et Lumine Vestit Purpureo. In codicibus aliquot antiquis legere est. LARGIOR HIC CAMPVS. inde altero membro. AETHER Et Lumine Vestit Purpureo. In quibusdam aliis. LARGIOR HIC AER CAMPOS. quod ueriti sunt ponere Aethera apud inferos, quum tamen & solem suum & sua sidera norint. Sed uulgata lectio, quæ est LARGIOR HIC CAMPOS AETHER magis placet.

CVRRVSQ. Virum MIRANTVR Inanis. In antiquis fane omnibus cod. Longobardico excepto. MIRATVR. est singulari numero, ut de Aenea tantū id dicatur. Quid enim Sibylla miraretur, quæ sibi alias innotuerant.

STANT TERRAE Defixæ Hastæ. Antiqui pleriq; codices STANT TERRA Defixæ legunt Ablatiuo casu. Vtrunq; enim dicitur eleganter.

PER CAMPOS Pascuntur Equi. In antiquis aliquot exēplaribus. CAMPVM legitur unitatis numero. Sed non displicet. CAMPOS, pluraliter, ad amplitudinem indicandam.

QVE GRatia CVRRVM Armorumq; fuit. Sunt antiqui codices, Mediceus, & alii, in quibus CVRRVVM integra dictione scriptum habeatur. Prisciano placet syncopam fieri, neq; tamen negat VV. duplex scribi posse, ut fiat synalepha cum subsequente uersu.

SVI Memores ALIOS Fecere. Non placet quod in exemplaribus plerisq; ueteribus. ALIQVOS. legitur. Plus enim est. ALIOS dicere.

ET Prata Recentia RIVIS. In Romano codice. SILVIS. pro Riuis legit. Sed enim Riui in caussa sunt, cur prata sint recentia.

SI Fert Ita Corde VOLVNTAS. In cod. aliquot antiquis VOLVPTAS habet. Errore, ut puto, quia alibi simili indiligētia Voluptant, Pro Volutant scriptū animaduerti.

ET FACILI IAM Tramite Sistam. In codicibus aliquot antiquis. FACILI VOS Tramite legit. Sed. IAM. in antiquioribus habetur.

QVAS EGO TE Terras. Romanus codex, & aliquot alii uetusti QVAS EGO PER Terras legunt. Mihi prior lectio facit satis, quia etiam si. PER. legas, TE. pronomen desideraretur.

HAEC Limina TENDERE ADEGIT. In codicibus aliquot peruetustis legere est. ADIRE COEGIT. Sed omnino lectio hæc ex aliqua paraphrasi desumpta est; pedestris enim & exilis est. Illud uero. TENDERE ADEGIT. longe sublimior phrasis & elegatior.

SIMVL ORA RIGABAT. In antiquis plerisq; RIGABANT plurali numero est. Sed de Aenea tantum hoc dictum uolunt multi, quod absurdum dicūt dare lacrimas Anchisæ in Beatorum iam numerum adscito. Sed fecit hoc Poeta ad affectum mutuæ Pietatis exprimendum.

SECLVSVM Nemus. In Ro. codice. RECLVSVM. legitur. Sed enim Virgilius huius dictionis primam libentius corripere solet.

VIRGVLTA Sonantia SILVIS. Seruius. SILVAE. legit. & Romanus illi codex adstipulatur. Reliqui etiam uariant. Aduertendum autem. SILVAE apud Seruium accipi Genitiuo casu. In Mediceo. SILVIS. habetur.

QVI VE Viri Tanto Complerint Agmine Ripas. In uetustis quibusdam exemplaribus legere est. QVID VE. hoc est quorsum, quanam de caussa. Sed nō ita placet. In aliquot aliis. QVIQ. Viri. habet, qd' rectius mihi succedere uidet, Quæ flumina, Quiq; Viri. Est &. COMPLERVNT. finitiuo modo in bona codicum antiquorum parte. In aliquot, ut in Mediceo COMPLERENT per. E. Nusq̄ uero. COMPLERINT. per. I. legi.

QVO MAGIS ITALIA TANDEM LAETERE REPERTA. In cod. aliquot antiquis. LAETARE. imperatiuo modo, deq; re præsenti, ad solidiorē gaudii caussam. In omnibus deinde pro. TANDEM. uno exēplo. MECVM,

scriptum est. In Romano totus uersus ita mutatus. QVO MAGIS ITALIAM MECVM LAETARE REPERTAM. Iam enim in Italiam descẽderat Aeneas, eamq; repertam esse plurimum gaudebat. Sed eo magis gaudendũ ait Anchises, quod nõ tantũ erroribus finis sit impositus, quodq; sedes fato debitæ iam apprehensæ. Sed qđ præter hæc tot illustres Viri sint ex suo genere propagãdi, totq; & tantæ sanguini suo accessiones præparatæ; Quocirca, Latare ait nũc magis (ac magis.

IERVMQVE AD Tarda Reuerti Corpora. In codicibus aliquot antiquis IN TARDA legere est. Vtrunq; placet.

QVAE Lucis Miseris Tam Dira Cupido? In codicibus aliquot antiquis CVPIDO EST. una plus dictione legitur. Sed absq; ea suauius.

SVSPICIT Anchises. In probatioribus codicibus antiquis. SVSCIPIT. habetur. quod significat respondet. Et in Euangelica lectione multa eo modo teponenda animaduertas, recte quidem prius traducta, sed imperitia sæculi postmodũ corrupta. Huic uero lectioni Prisciani etiam subscribit auctoritas dicentis, ἰλλ ὑπολαμβάνω pro respondeo. ὁ δὲ ὑπολαβὼν εἶπε. Nos suscipiens inquit. Hinc Virg. Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit. pro respondit ad interrogatio. (nem Aeneæ.

PRINCIPIO Cœlum Ac TERRAS. In Romano codice TERRAM. unitatis numero scriptum est. Alibi tamen eadem pene sententia dictum Deum ire per omnes, Terrasq; Tractusq; maris, cœlumq; profundum.

NEC AVRAS RESPICIVNT. In antiquis omnibus codicibus quos uiderim, eodem exẽplo legitur. NEQ. AVRAS DESPICIVNT. Alicubi etiam RESPICIVNT. habetur.

ATQ. AVRAI Simplicis Ignem. Antiqua omnia exempl. quæ legi. AVRAE quidem legunt, uersumq; absq; collisione scandendum offerunt. Sed enim ab eruditis omnibus. AVRAI. trisyllabum receptũ uideo. Et unum hunc inter eos quattuor locos, quibus ea dieresi Virgilius sit usus, enumerat Valerius Probus.

SVPERA VT Conuexa Reuisant. In codicibus aliquot antiquis SVPERA IN Conuexa. est, quod non ita placet.

LONGO Ordine POSSIT. In antiquis plerisq; codicibus. POSSET. habet. Et Longo Ordine, secus a Seruio No. Marcellus interpretatur, ingẽti multitudine.

ITALO COMMIXTVS Sanguine Surget. Sunt codices admodum antiqui, in quibus legere est. ITALO MIXTVS DE SANGVINE. Vulgata tamen lectio plures fautores habet.

ET Qui Te Nomine REDDET. In Ro. cod. REDDAT legit, optatiuo modo

AT QVI Vmbrata Gerunt Ciuili Tempora Quercu. (non inuenuste. Antiqui omnes codices quotquot legi. ATQVE VMBRATA. per coniunctionem copulatiuam, non per. AT. & relatiuum. QVI. scriptum habent.

POMERIOS. In antiquis omnibus codicibus, quos habuerim. POMETIOS per. T. non per. R. legitur.

VIDEN Vt Geminæ STENT. In antiquis STANT finitiuo modo est. Ita SIGNAT in inferiore uersu, qđ male quædam exẽplaria. SIGNET. scribũt.

AVGVSTVS Cæsar DIVOM Genus. In Ro. codice, in Mediceo, & plerisq; aliis legere est DIVI GENVS. id quod in nomismatum etiam inscriptionibus inuenias ut in nũmo pulcherrimo, a cuius altera parte. C. Cæsaris caput habet, titulus est. DIVOS IVLIVS. ab altera uero parte Augusti Octauiani caput, cũ inscriptione. AVGVSTVS DIVI. F. ad quem titulum crediderim hoc loco Virgilium adlusisse. Præterea uero lapidũ inscriptiones, quæ sunt & in Capitolio, & alibi, in quibus DIVI. F. scriptũ obseruaui. Sane etiã in Porcio cod. DIVI Genus prius fuit. In eo uero, quẽ Ianus Vitalis præstãtissimi ingenii, neq; uulgaris eruditionis Iuuenis mihi tradidit, dubio procul DIVI GENVS legitur.

LATIO REGNATA PER ARVA. In Ro. codice legere est nõ inepte fortitan

REGNATA PER Annos. Vt sit sæcula Regnata, non Arua regnata. Vulgata tamen lectio adhuc in precio est.
HVIVS IN ADVENTV. In Ro. codice, & quibusdam alijs legere est HVIVS IN ADVENTVM. Quam lectionem spero eruditis auribus placituram.
ET MAEOTICA Tellus. Alibi. MAEOTIA. absq; C. littera passim in antiquis codicibus scribi adnotauimus. Ita hoc loco habetur.
FIXERIT Aeripedem Ceruam Licet. In Ro. codice & quibusdam alijs FIXERAT Aeripedem legitur. & exacta specie. FIXERAT. hic positum Carisius agnoscit. Ita enim ipse præteritum plusquamperfectum appellat, quæ quidem figura græcanica est, & elegantissima. Neq; tamen ierim inficias ubi. AERIPEDEM Episynalephen esse notat. FIXERIT. scriptum esse. Sed quũ superius tempus & modus sit expressus, errore alterũ hoc Librarij oino transcriptũ esse credendũ est.
AVT Erimanti PLACARIT Nemora. In Mediceo & plerisq; alijs ueteribus exemplaribus PACARIT habetur. Si Placarit, ad monstri feritatem referri debet. Si Pacarit, ad loci quietem, qui hoste ueluti sublato quiescere cœpisset.
AVT Lernam TREMEFECERIT Arcu. Veluti superius. FIXERAT. in codicibus aliquot antiquis legebatur, ita in iisdem etiam TREMEFECERAT. habetur, eadem specie modoq;.
VIRTVTEM EXTENDERE FACTIS. In Ro. codice Hemistichius ita legitur VIRTVTE EXTENDERE VIRES. Pleriq; uero alij, qui priorem lectionẽ offerunt, abrasi sunt; nam & apex supra ultimam uocalem in VIRTVTE. & dictio tota. FACTIS. aliena manu & atramento notata inspiciuntur. Sed quis plurimum ita ueteres codices legant, non tamen peruincunt, ut ea uulgata lectio VIRTVTEM EXTENDERE FACTIS displicere possit.
REGIS ROMANI. Multa quidem ueteta exemplaria, mutato numero, Tritimemerim faciunt. ROMANI REGIS. Sed uulgata lectio, Spondeo suspenso multo plus omnino uidetur habere grauitatis.
PRIMVS Qui Legibus Vrbem Fundabit. In plerisq; codicibus antiquis PRIMAM legitur, hoc est adhuc recentem. Nam ante Numam Romulus leges tulit. In Mediceo, Primum, est. & addita paraphrasis, In principio.
CVI Deinde Subibit Otia Qui Rumpet. In aliquot ueteribus exempl. QVOI. scriptum. Cuiusmodi lectiones plerasq; missas facio, quum tam paucos uideam, qui rerum huiusmodi eruditione delectentur.
ET IAM DESVETA TRIVMPHIS AGMINA. Totum hoc in Ro. codice longe diuersa lectione habetur, quum ibi scriptum sit ET MAGNVM DEINDE TRIVMPHVM AGMINA. quod quo pacto quadrare possit, non intelligo; quum neq; ordo structuræ ullus neq; sententia congrua discernatur; quare me ad uulgatam refero lectionem.
VIS ET TARQVINOS Reges. In codicibus omnibus antiquis TARQVINIOS quadrisyllabum legitur, ut si, quæ pene ultimam præcedit, syllaba non corripiatur ratione numeri polisyllabici, certe κατὰ συνίζησιν duæ ultimæ in unam coeant, quando sunt, qui secundam a principio syllabam longam existiment. Hoc eodem modo sæpius apud Ouidium in ueteribus codicibus legi.
Illic Tarquinius mandata latentia nati. Et eodem poemate.
Vltima Tarquinius Romanæ gentis habebat.
Qui si dicant his quoq; locis TARQVINVS trisyllabum scribi debere; certe quadrisyllabũ in eo pentametro nõ negabũt. Natus ait Regis, Tarquiniusq; uocor.
NATOSQ. Pater. Pleriq; codices antiqui. GNATOS. una plus littera scribũt, ut solitos esse Veteres, ait Victorinus. At Cornelius Fronto tã asseuerantet Gnatum a Nato distinguit, ut Gnatum cum. G. filium dicat, Natum uero, uel pullum, uel quid huiusmodi, cũ significatione tẽporis, ut sit potius participii uox, q̃ nominis.

INFELIX Vtcumque Ferent EA FATA Minores. In antiquis omnibus exemplaribus, quotquot habere potui. EA FACTA. sub uoce participii scriptum animaduerti. Quam lectionem Diuus etiam Augustinus. III. de Ciuitate Dei uidetur agnouisse; cuius uerba, quod ad Virgilianæ sententiæ declarationem faciũt, subiicere non pigeat. Quod factum Virgilius postquam laudabiliter commemorauit, continuo clementer exhorruit; Quum enim dixisset

Gnatosq; patet noua bella mouentis

Ad pœnam pulchra pro libertate uocabit, Mox exclamauit & ait.

Infelix utcunq; ferent ea facta minores. Quomodolibet inquit ea facta Posteri ferant, idest post ferant, & extollant, Qui filios occidit, infelix est. Et tanquam ad consolandum infelicem subiunxit,

Vincet amor Patriæ, laudumq; immensa cupido.

NVNC ET Dum Nocte PREMVNTVR. In antiquis codicibus legere est PREMENTVR. futuro tempore, quod multo magis placet; quum præsens per aduerbium, NVNC, sit iam expositum.

QVO FESSVM Rapitis Fabii. In Ro. codice QVO CRESSVM Rapitis habetur, ut ex hoc tacite ad Trecentos illos adludat, una pugna trucidatos; Quos omnes ad bellum missos, ut apud Ouidium est, Abstulit una dies. Sed elocutio illa, Rapere Cressum, insolita uidet, magisq; placet. Quo Fessum Rapitis. legere, ut uariata in orationis genere figura loquendi. Non Anchisem tantum longa ea nomenclatura delassatum leuet, uerum etiam lectori consuluisse uideatur.

CVNCTANDO RESTITVIS Rem. In Romano, in Mediceo, & aliis quibusdã antiquis exemplaribus. RESTITVES. futuro tẽpore positũ est, qđ nõ displicet.

PACIQ. Imponere Morem. In Longobardico, & quibusdam aliis codicibus uetustis. PACIS. Genitiuo casu legitur; quam lectionem Seruius agnoscit.

SISTET EQVES Sternet Pœnos Gallumq; Rebellem. Parum me mouet, quod in Ro. codice EQVIS legatur; quum eadem sit sententia, siue eques, siue equis dicas. Illud curiosius animaduertendum, quod in plerisq; ueteribus exemplaribus coma preiecta est dictioni. EQVES. ut clausula superioris mẽbri sit SISTET. totũq; id simul legatur. Hic rem Romanam magno turbante tumultu Sistet. Inde altero membro. Eques, siue malis, Equis sternet Pœnos, Gallumq; Rebellem. Nam quum ad eam diem rem Punicam equitatu potiorem esse, pluribus prœliis compertum esset. Marcellus is, qui primus Hannibalem terga ostendere docuit, equis rem gessit, hostẽq; ab obsidione Nolæ turpiter recedere coegit; & eo genere pugnæ sæpius res hostiles adflixit.

TERTIAQ. Arma Patri Suspendet Capta Quirino. Non placet qđ in Romano codice legit. TRISTIAQ. ARMA. quũ ex Numæ Regis lege Tertia spolia opima Quirino suspendenda essent; quod Interpretes tangunt. Apud Liuium quidem legimus Flamines institutos a Numa Marti, Ioui, & Quirino. Nihil ibi de spoliis. Idem Quarto ab Vrbe condita de Cosso ait, Spolia in Aedẽ Iouis Feretrii prope Romuli spolia, quæ opima appellata sola ea tempestate erãt, cum solenni dedicatione dono fixit. Vbi adnotandum est uulgata exemplaria una plus dictione legere QVAE PRIMA OPIMA APPELLATA. Sed in ueteri cod. PRIMA non habetur. Satis enim est dixisse Sola.

QVANTVM Instar IN Ipso Est. In Ro. & aliquot aliis cod. antiquis. EST. non habetur, sed appositum addit ornatum orationi.

LACHRYMIS Ingressus ABORTIS. Ro. codex, uti etiam superius obseruatũ, & hic & alibi. OBORTIS. legit. & LACRIMIS more suo per. I. latinum absq; adspiratione.

NEQVE Vltra Esse Sinent. In pluribus antiquis codicibus. NEC. monosyllabũ est. Sed enim. NEQVE Vltra. ea uocalium collisione nescio quid mi-

ferabilius ostendit, uersu etiam eiulatum quodammodo emittente.
NIMIVM Vobis Romana propago Visa potens Superi. In Ro. codice SVPERIS legitur. Sed neq; id placet. Longe enim melius est. Visa Potens Vobis O SVPERI. q̃ Vobis SVPERIS.
IN Tantum SPE Toller Auos. Neq; id satisfacit, qđ in Ro. codice legit SPES. quis antiquo declinatu Genitiui casus esse potest, ut sit, In Tantum Spei.
HIS VBI Tum Natum. In Ro. codice: & aliquot aliis ueteribus legere est HIS IBI TVM. quod si aduertas, melius quadrabit.
ILLE Viam Secat Ad NAVES. Quod antiqui codices. NAVIS. per. I. scriptũ ostendunt, id etiam in ueteribus Prisciani codicibus eodem modo scribit. Fessas non uincula NAVIS. Quoq; magis fessas cupiam demittere NAVIS. Muneraq; in NAVIS. & ita reliqua.

IO. PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES IN . VII . VIRGILIANAE . AENEIDOS

TV QVOQVE LITTORIBVS NOSTRIS. Quod LITVS ubiq; simplici. T. scripserim, id me mouit, quod in antiquioribus cod. ita scriptum inueni. Et uetera quædam monumenta nomen id unico. T. notatum ostendunt. ut illud apud Aedem. D. Laurentii in Lucina.
LITORE . PHOCAICO . PELAGI . VI . EXANIMATAS
Non enim abraduntur, aut transcribuntur marmora ueluti codices. Præterea uti per unum. T. scribatur, deposcere uidet analogia, siue a Lido lidis forte descẽdat, quippe quod assidue fluctibus illidatur; siue ut multi uolunt, a Lino. Nam Litus est ex. M. Tullii Arbitri sententia quousq; maximus fluctus a mari prouenit. Ti. Donatus aliquanto simplicius, ubi aqua maris finitur, ita & finis terræ, quæ litore iungitur; ideoq; alibi dixit Virgilius. Nauis sicco litore subductas, quia est, & udum litus. Sed hoc etiam animaduertendum tris continuos uersus uocabulum idem repetere. Tum se ad Caietæ recto fert LITORE Portum.
Anchora de prora iacitur, stant LITORE puppes;
Tu quoq; LITORIBVS nostris Aeneia Nutrix.
Quod siquis tertium hoc nihil facere ad superiora dixerit, quia sit alterius libri principium; uideant unum esse corpus totam Aeneida, duodecim ueluti membris compactum; neq; ita ut in Georgicis eterogeneum, quod ibi ostendunt procemia distinctas materias, argumentaq; dissimilia diuidentia. Agrorum quippe cultum, Arborum naturam, Armentorum curam, Apum studium. At Aeneis uno tantum comprehenditur argumento. De rebus ab Aenea gestis, librią; ipsi ita inuicem colligati sunt, ut uerborũ etiam structura uniuscuiusq; finem cum alterius principio connectat. Hinc omnes conticuere; quamprimum audiuere Dido poscere ab Aenea, ut ab origine prima ederet insidias Danaum, casusq; suorum. Et postquam iam non spes opis ulla dabatur, Resq; Asiæ, Priamiq; gens, superbũq; Ilium, & omnis Troia conciderat. Diuersa exilia, & desertas quærere Terras DIS auspicibus coactus est Aeneas. Qui ad finẽ usq; tertii libri Fata renarrabat Diuom cursusq; docebat. At Regina graui iamdudum saucia cura Vulnus alit uenis. Cui dum Iris Iunonis iussu dextra crinem secat, omnis & una dilapsus calor, atq; in uentos uita recedit; Interea medium Aeneas iam classe tenebat Certus iter. Qui Palinuro mox in mare excusso, quum amisso fluitantem errare

habui . VENIENT . legere est futuro tempore. Quanq . VENIVNT . In stanti tempore magis efficax uidetur,& magis Interpreti Seruio satisfacit; nisi quis dicat oracula de futuris esse debere.

HAEC Responsa Patris Fauni. Sunt codices antiqui, in quibus HAEC PRAECEPTA scriptum est. Illud enim præcipiendo dictum fuerat, Ne pete cõnubiis natã sociare Latinis.monendo uero externi uenient Generi. & quæ sequuntur. Sed enim Latinus superius RESPONSA petierat; & huiusmodi oracula eleganter & usitate Responsa nuncupantur.

ET Adorea Liba Per Herbas Subiiciunt. In antiquis plerisq cod. PER HERBAM . unitatis numero legitur; & ita in ueteribus Prisciani codicibus scriptum est,eo citato uersu. Sed HERBAS legere magis nunc placet eruditis Viris.

SIC Iupiter Ipse Monebat. Priscianus agnoscit . IVPPITER ILLE . Quæ quidem lectio prius erat in codice Mediceo. Ait uero Prisc. ILLE demonstratiuum est. Teren. in Eunuco, Viden tu illum Thais? Relatiuum,Virg. in Septimo; SIC IVPPITER ILLE MONEBAT . Apud Seruium . IPSE . scriptum est. Sed nihil prohibet,quin . ILLE . illic etiam esse potuerit,& ita legi, ILLE qui per Harpyiam uaticinatus est.

ET Vertere Morsus. In plerisq ueteribus codicibus MORSVM singulari numero scriptum est. Sed parui hoc momenti.

HEVS Etiam Mensas Consumimus Inquit Iulus. In Mediceo codice, & aliquot aliis antiquis . CONSVMPSIMVS . præterito tempore scriptum est.

ERIPVIT Pater Ac Stupefactus Numine Pressit. In codicibus aliquot antiquis ET STIPEFACTVS . habetur,ut,Obstipuit,& similia.Sed nos usum sequamur.

ACCISIS Coget Dapibus Consumere Mensas. In codicibus aliquot antiquis AMBESIS legitur,ut in .III. Ambesas subigat malis absumere mensas. Seruius, ACCISIS agnoscit,& particulas .AC.OC.AN. idem apud nos præstare dicit, qđ apud Græcos .αμ. & crediderim ego .AMBESIS. loco hoc ex paraphrasi

HAEC Nos Suprema Manebat. In Ro. codice SVPPREMA (desumptũ esse. MANEBANT. Ac de Supremo quidem alibi;quibus locis,quibusq marmorum testimonis aliquãdo gemino .PP. scribi solitum. Quod uero . MANEBANT plurali numero scriptum sit,subintelligendum esset, aduersa. Nam Celeno, quum multa horrenda moneret, supremum hoc addidit, ut grauissimum infortunium. Fuitq semper Aeneas super obscena ea fame sollicitus, qua quidem aduersa omnia terminanda Helenus pollicetur; futurũq ut sit requies ea certa laborum. Placet & MANEBAT . quod esset ea fames exitiis positura modum. Nam quo ad labores, Terra grauiora manent.

DEDITVR HIC SVBITO TRO. PER. AG. RV. In antiquis DIDITVR. quo sæpe utitur Lucretius pro Spargitur,diffunditurue.

QVO Debita Mœnia Condant. In antiquis aliquot codicibus . CONDENT . habetur futuro tempore modi finitiui. Sed CONDANT eodem tẽpore modi Optatiui elegantius est,& uocale magis.

POSTERA Cum Prima. Vetera aliquot exemplaria .PRIMO. legunt,aduerbialiter. Sed PRIMA Lampade,multo magis placet.

TVRRES Ac Tecta Latinorum. In codicibus nonnullis admodũ uetustis TVRRIS AC TECTA LATINI legitur. Seruius LATINORVM hypermetrum agnoscit; quód etiam in Mediceo codice habetur. In plerisq aliis aliena id manu scriptum,priore abrasa lectione. In Porcio .ORVM. ultimæ duæ syllabæ derasæ sunt. Sed fuit hæc eorum imperitia,qui figuratum id genus in carmine nõ intelligebant. Porro Asper Grammaticus, ita LATINORVM . Virgilianum putat,ut uersum etiam in suos pedes diuidendo,neq syllabam,neq litteram ullam deerrare permittat.Exemplaq insuper alia oggerit,quibus Virgilium Hypermetro

libenter usum ostendat;est etiam in aliquot antiquis TVRRIS ET TECTA pro AC TECTA. quod in aliorum sit arbitrio.

MVROQ. Subibant. In Ro. codice MVROS Per Accusatiuum est, quod secundum naturam esse ait Seruius. MVRO uero per Datiuum figuratum.

CVM Prouectus Equo Longæui Regis Ad Aures Nuntius. In codicibus omnibus antiquis quotquot habui uno exemplo legitur. PRAEVECTVS. Quod magis ostendit anticipationem. Est & ubi, loco particulæ. QVVM. scriptum sit TVM Sed hoc ob similitudinem litterarum. C. &. T. quæ eadem pene forma sunt in notis longobardicis. ut alibi dictum.

VRBE FVIT Media ueteres codices nonnulli una cum Mediceo SVMMA nonnulli MEDIA legunt. Vtrumq; placet. Si Summa propter Arcem quæ solita est editiori loco poni, si Media, quia domus Regia in medio esse debet, ut de angue in orbem uoluto cum domo in medio sita, quod Imperatorem significet, in commentis Aegyptiorum habetur.

HINC Sceptra Accipere. In antiquis plerisq; codicibus HIC SCEPTRA ACCIPERE, hoc est in loco consistentibus. Quanq; placet & HINC de loco aduerbium ueluti etiam omen erat coronas laureas Cæsaribus triumphaturis, ex eo carpere Laureto; quod in Veientano Liuia post Augusti statim nuptias pangi iusserat, de quo plura Suetonius. Neq; uero illud dissimulabo esse codices ueteres, qui SCEPTRVM. unitatis numero legant, quod aliorum arbitrio relinquimus.

HAE SACRIS Sedes Epulis. In Ro. codice. HAEC. unitatis numero legitur, ut sit Hæc Sedes. In reliquis plurale est. In Mediceo SACRAE Sedes. Sed melius. SACRIS. ut in Porcio.

ANTIQVA EX Cedro. In ueteribus codicibus quos legerim, uel ANTIQVA E CEDRO. absq; .X. littera, quod omnino suauius uidetur; uel absq; ulla præpositione ANTIQVA Cedro, ut in Mediceo habetur.

MARTIA QVI Ob Patriam pugnãdo uulnera passi. In Ro. codice. MARTIA QVE legitur per particulam copulatiuam ut cum regibus eos etiam pati propemodum honore decoratos indicet, qui pro patria pugnando uulnera passi fuerint. Sed longe omnino magnificentius id ornamenti Regibus ipsis addere.

TALI INTVS Templo Diuum patriaq; Latinus. In antiquis nonnullis exemplaribus legere est TALI INTVS TEMPLOQ. DEVM PATRIAQ. Sed illud. TEMPLO DIVOM. In pluribus habetur, aut TALI INTVS DIVVM TEMPLO. ut in Mediceo est.

QVALIA MVLTA Mari Nautæ Patiuntur In Alto. Veteres aliquot codices QVALIA SAEPE Mari legunt. Sed .MVLTA. Interpretes agnoscunt.

VETERISQ. Dei Se More TENENTEN. Sunt ueteres codices, in quibus. FERENTEM. pro Tenentem scriptum inuenias. Sed quum superiore uersu facta sit mentio uinculi & legum, TENENTEM magis placet.

AVRVNCOS Ita Ferre Senes. Quanq; non sum nescius, quod subiiciam risui multis excipiendum esse, dicam tamen in codicibus aliquot antiquis. AVRICOMOS. positum ab iis, qui forte quid sibi uellet AVRVNCOS, minus intelligebant.

IDEAS PHRYGIAE PENETRAVIT. In Ro. codice, & quibusdam aliis PENETRARIT legitur; quod melius quadrat. Vt Penetrarit.

ACCIPIT Et Numerum Diuorum Altaribus Auget. In nõnullis antiquis codicibus. ADDIT. legitur, ut alibi, Decus addite Diuis. Sed enim melius. AVGET. dicendo numerum.

VESTRIS Succedere Terris. Sunt & qui TECTIS legant. Codices tamen emendatiores .TERRIS. plurimum habent.

CONCVRRERIT Orbis. In Ro. codice CONCVRRERET habetur, siue familiari uitio, .I. mutarit in .E. siue, uel tũc auditum dicat, quum res gereretur.

Vtcunq; autem magis placet . CONCVRRERIT . perfecto præterito.

AVDIIT Et Siquem Tel. Ex. Re. Sub. Oce. Prætenbo AVDIT unico I. quod pro duplici oblongiore nota scribi solitum est. In Romano codice SIQVAM legitur fœminino genere, ubi intelligendum esset Terram, aut plagam. Sed enim uirili genere melius.

SIVE Fide Seu Quis Bello EST Expertus Et Armis. In Mediceo absq; uerbo EST. legitur SIVE FIDE SIVE QVIS BELLO Expertus Et Armis; in qua lectione, Pentimemeris ratione cæsuræ produceretur.

VITTAS AC VERBA PRECANTVM. In codicibus plerisq; ueteribus legere est, uel ET, uel AC VERBA PRECANTIA. hypermetro uersu. In aliquot uero aliis satis inemendate, Proferimus Manibus VITTASQ. PRECANTIA VERBA. Nam quum Precantia omnino legerent, neq; hypermetrum agnoscerent, ita carmen intertutbare sunt adgressi. Quoniam uero non temere credendum tot in codicibus. PRECANTIA. scriptum esse, eam ego lectionem minime reiecerim. Sane uero in colloquiis de pace precari uerba dicuntur, ut illud apud Liuium libro. x. de. II. bel. Pu. Itaq; infecta pace, ex colloquiis quum se ad suos recepissent, frustra uerba precata renuntiant, armis decernendum esse. PRECATA .n. in ueteri codice habetur, quod in uulgatis PACATA substitutum est.

IMPERIIS EGERE Suis. In codicibus aliquot antiquis COGERE legitur, quod forte COECERE fuit κατὰ συνίζησιν, ut illud; Troiæ opulētia deerit, & Vir gregis ipse Caper deerrauerat. Vtcunq; uero. IMPERIIS EGERE. castior mihi lectio uidetur.

HINC Dardanus Ortus Huc repetit Iussisq; Ingentibus Vrget Apollo Tyrrhenum Ad Tybrin Et Fontis Vada Sacra Numici. Quia plerique sunt, qui uel Neuos ex Romano præsertim codice requirūt, subiicienda ex eo lectio est, quæ mihi minime probatur, Hinc Dardanus Ortus HVNC Repetit Iussisq; Ingentibus Vrguet Apollo Tyrrhenum & Tybrin Et Fontis Vada Sacra Numicii.

FAVNI VOLVIT Sub Pectore Sortem. In cod. aliquot antiquis VOLVENS legitur, qđ usq; ad uerbū. AIT. protraheretur; id uero mihi satis nequaq̄ facit.

EXTERNA A SEDE Profectum. In antiquis omnibus codicibus AB SEDE. Et in aliquot PROVECTVM. sed syllaba repugnante, prima enim in prouehor longa est, Prouehimur Pelago.

HINC Progeniem Virtute Futuram Egregiā. In oblongo cod. Vaticanæ bibliothecæ, & in Mediceo HINC aduerbium scriptum obseruaui. In reliquis omnibus. HVIC. quod apte quadrare uidetur. Hunc portendi generum. Huic futuram progeniem uirtute egregiam. Sed neq; inconcinnum est HINC legere.

SOCIVSQVE Vocari. In Romano cod. & aliquot aliis antiquis SOCIVSVE legitur, quod magis placet.

INSTRATOS Ostro Alipedes. Non placet, quod in plerisq; legitur exemplaribus INSTRVCTOS. quū equos insterni dicatur, & stragula quæ dorso insternuntur.

IAM FIDERE Terræ. Antiqui pleriq; codices SIDERE Terræ legunt, ut eo significato Confidere sæpe dictum, quod enim proxime futurum uidebatur, iam actu esse sibi proponit; ideoq; etiam illud eodem modo dictum, Moliri iam tecta uidet. Priscianus tñ FIDERE Terræ agnoscit, perinde ac illud etiā, Fidere nocti.

ODIIS Haud EXATVRATA Quieui. In Oblongo illo peruetusto Vaticanæ Bibliothecæ codice EXATIATA legitur, præter differentiam, quam Cornelius Fronto ponit, ut Satiatus uentris, Saturatus animi sit. Contra quem Fl. Sosipater ita, Saturitas in cibo tantum dicitur. In cæteris uero Satietas. Sed Virgilius, Odiis haud Exsaturata quieui, dixit, superstitiosa nimirū utriusq; obseruatione, quū & Saturo, & Satio, Saturitas, & Satietas ad omnes sensus pertinere. M. Tullii, Sallustii, Columellæ, & aliorum Auctorum testimoniis comprobetur, quæ ideo non

appoſui, quod ea omnibus in promptu eſſe ſatis ſciebam.

TOTO ME OPPONERE Ponto. In antiquis aliquot codicibus EXPONERE habetur, quaſi ipſa quoq; Iuno ſeſe periculis obieceirit. Sed OPPONERE, qđ in pluribus habetur, omnino melius, & conatū aduerſus Troianos ingentē oſtēdit.

QVID VASTA Carybdis. Sunt quidem antiqui codices, in quibus DIRA Carybdis habeatur. Sed. VASTA. longe decentius dictum, idq; ex Synepeia Catulli. Quæ Syrtis, quæ Scylla mihi, quæ VASTA Carybdis.

QVOD SCELVS AVT LAPITHIS Tantum Aut CALYDONE MERENTE. Priſcianus, ubi non ſemper copulatiuas eoſdem caſus ſibi adiungere differit, teſtimonium hinc citat, Vbi ſcriptum agnoſcat. QVOD SCELVS AVT LAPITHIS Tantum, Aut CALYDONA MERENTEM. Vtrunq; tamen melius, Accuſatino uel Ablatiuo caſu quibuſdam in codicibus inueniri; ut ſit Conceſſit uerbum. Cui ſubiiciatur per repetitionem. Quod ſcelus, aut Lapithas tantū aut Calydona merentem. Vel in modo conſequentiæ (ut iam paſſim legitur) QVOD Scelus aut LAPITHIS tantum; aut CALYDONE MERENTE.

NON Dabitur Regnis Eſto Prohibere Latinis. In Mediceo codice ita legitur Non Dabitur Eſto Regnis Prohibere; Latinis, forte mutatum ab iis, qui Tritimemerim breuem aufugiebant.

AT Licet Amborum Populos EXCINDERE Regum. In Mediceo codice EXCIDERE legitur. Sed Exſcindere plus eſt.

TOT PVLLVLAT ATRA Colubris. In ueteribus pleriſq; codicibus. PVLLVLAT ORA. figurate poſitum inuenias; quamuis ATRA magis placeat eruditis. Eſt & illud more quodā ſuo ſcriptum in Romano codice. POLLVLAT ORA COLOBRIS. cuius ſcriptionis rationem alibi retulimus.

HIS Acuit VERBIS. In antiquis aliquot codicibus. DICTIS. legitur.

HVNC Mihi Da Proprium Virgo Sata Nocte LABOREM. In Romano cod. LABORVM legitur, quippe hunc ex laboribus tuis; ſed elocutio non placet. Caſtior.n.lectio. HVNC LABOREM .i.hāc operam, qđ expoſitiue ſtatim ſub.

TV Potes VNANIMES. In antiquis pleriſq; codicibus VNANI (iungit. MOS legitur, & VNANIMIS. utrūq; recte, ex proba Grāmaticorū diſciplina.

DISIICE Compoſitam Pacem. In antiquis omnibus codicibus, quotquot legi, DISSICE. S. geminato, & unico. I. ſcriptum obſeruaui & hic, & in aliis locis ea forte ratione ut concitatius enunciaret, qđ in imperioſius, in auſſus, in odioſius fieri ſolitum a Veteribus oſtendimus.

ARMA Velit Poſcatq; Simul RAPIATQVE Iuuentus. In antiquis quibuſdā codicibus legere eſt Arma Velit Poſcatq; Simul TROIANA Iuuentus. quod ſi admittendum ſit, magnitudo rei, quam petit, demōſtrabitur; ſi, qui placida nunc pace quieſcunt, & quibus iam certa laborum requies promiſſa eſt, Arma uelint poſcantq; ſimul. Quanq; poſito Velle; & Poſcere, tumultuantium furorem oſtendat, addito Rapiatq;. Nam & antiqua paraphraſis eſt, Contra Troianos.

ET LEVIA PECTORA Lapſus. In quibuſdā antiquis codicibus LAEVIA CORPORA LABSVS legitur. Sed Pectora receptum magis.

AC DVM Prima Lues Vdo Sublapſa Veneno. In codicibus aliquot antiquis AT DVM legitur. Miſſum uero facio VNO SVBLAPSA VENENO. quod habetur in Romano codice. quum VDO Seruius agnoſcat; cui reliqui ueteres codices adſtipulantur.

NEC Dum Animus Toto PERCEPIT Pectore Flammam. In Ro. cod. qđ minime diſplicet. TOTO CONCEPIT PECTORE. legiť. & ſi plus eſt, Percepit.

EXVLIBVS NE Datur Ducenda Lauinia Teucris. In antiquis EXSVLIBVS per. XS. Veteribus Grammaticis adſentientibus. Præterea totus uerſus in nonnullis codicibus antiquis ita legitur. EXSVLIBVS DVCENDA DATVR

LAVINIA Teucris. In Sexto enim dubitatũ est, utrũ LAVINI prima correpta poni debeat. eo loco. IN REGNA LAVINI Dardanidæ Venient; quod nonnulli LATINI. legere malunt. Siquis uero orationem absq; . NE. languere dixerit, Poeta ipse tradit Amatam initio mollius locutam esse. Inemendate uero codices aliquot. EXVLIBVS ABDVCENDA. legunt; nam collisionem eiusmodi in principio Virgilius non admisisset; qui uel parcissime, uel fere nunquam ea utatur; uel in medio, ubi plus licentiæ esse solet. Sed enim quantum pertinet ad syllabam, in Primo. PROMISSA LAVINI MOENIA. & paulo post. REGNVMQ. AB SEDE LAVINI. & a Tibullo. Ante oculos Laurens Castrum Murusq; Lauini est. prima nimirum breui positum est. Et apud Asprum Grammaticum antiquo codice. DVCENDA LAVINIA legit.

AT NON Sic Phrygius. In aliquot codicibus AN NON habetur. Sed AT. magis placet eruditis.

CEV Quondam Torto Volitans Sub Verbere Turbo. Turbonem ait Sosipater Carisius a Virgilio uocari, qui apud Tibullum Turben est. Nanq; Agor Vt Per Plana Citus Sola Verbere TVRBEN. ut obiter locum etiam apud eum indicemus. esse uero qui passim, hic Turben dici debere putent; quia & homo, & tempestas, & buxum eodem possint nominatiuo perhiberi. Sed hoc stulte dictum aiunt nõnulli. Nam alii sic distinguunt, ut Turbo Turbonis, si proprium sit hominis nomen; cuius modi apud Cornelium Tacitum inuenias. Turbinis si procellam uoluerimus exprimere, aut in eo, inquit Plinius nominando, qui est in lusu puerorum. Sed Cæsar de Analogia Secundo, Turbonem, non Turbinem etiam in tempestate dici debere ait, ut Caro, Caronis, non ut Homo Hominis.

ILLE Actus HABENA. In antiquis aliquot codicibus. HABENIS. numero multitudinis. Sed HABENA magis placet.

STVPET Inscia Turba IMPVBISQ. Manus. Sunt qui legant. SVPER INSCIA TVRBA. Sed enim in Mediceo & aliquot aliis antiquis codicibus legere est. STVPET INSCIA SVPRA IMPVBESQ. MANVS. quanq; & IMPVBIS. recte, quorum neutrum Priscianus excludit.

QVIN Etiam IN SILVAS Simulato NVMINE Bacchi. In codicibus nonnullis peruetustis legere est. IN SILVIS Simulato NOMINE Bacchi. ut Euolat absolute ponatur, & in siluis res geratur. Sed enim prior lectio mihi castior uidetur, remq; magis augere numinis ui intercedente, nisi NOMINE eo modo scriptum sit, quo FONVS in legibus duodecim Tabularum.

MAIVS ADORTA Nefas Maioremq; ORSA Furorem. In antiquis quibusdã exemplaribus. ADORSA. legitur, uti superius etiã obseruatum. Præterea etiã in Ro. cod. MAIOREM EXORSA Furorem. absq; particula copulatiua habet.

EVOHE Bacche Fremens. Sunt in EVOHE, qui unam tantum adspirationem notent, eamq; interiiciant inter ultimas uocales duas. Sunt qui statuant in medio, duabus hinc inde uocalibus adnotatis EVHOE. Sunt qui etiam dictionem incipiant ab adspiratione. HEVHOE. Apud Carisium una tantum in medio sita adspiratione scribitur EVHOE. Sane apud nos. OE. ex. OI. diphthongo græca factum est. Nam qđ illi εὐοῖ, nos EVOE dicimus. Demosthenes in oratione contra Ctesiphontem, βακχικόν τι ἐπίφθεγμα ἐστι τὸ εὐοῖ. quare potius Euœ spondeum esse dicendum. Hor. secundo Carminum Euœ recẽti mens trepidat metu. & alibi, Euœ, Bacche precor. Catullus, Euœ Bacchantes, Euœ capita inflectentes.

TE Lustrare CHORO. In plerisq; ueteribus codicibus cum Romano & Mediceo legitur CHOROS. non tamen displicet CHORO.

DESERVERE DOMOS. In codicibus aliquot antiquis. DOMVS. forma declinationis quartæ, nisi mutatum sit. O. in. V. ut SACERDVS DEI BRO

TONTIS In antiquo marmore in æde sancti Martini in Montibus.

IO MATRES Audite Vbicunq; Latinæ. Sunt, qui ex Prisciano legant VBI QVAEQVE. atq; ita in Mediceo, & antiquis omnibus codicibus Vaticanæ Bibliothecæ legere est. Verba uero Prisciani ponere non pigeat, O MATRES AVDITE VBIQVAEQVE LATINAE, pro quæcunq;. Potest tamen hic, & ibi pro Vbicunq; accipi. Atq; ego crediderim ex hac Prisciani paraphrasi supra dictionem scripta credidisse multos. VBICVNQVE pro VBIQVAEQ. Reponendum esse, atq; ita legitima sublata dictione adulterinam insertam.

CONSILIVMQVE Omnemq; Domum Vertisse Latini. Prætereamus, quod in plerisq; codicibus est. CONCILIVM. non enim id placet. Legitur etiam EVERTISSE Sed hoc quoq; minus proprium.

LOCVS Ardea Quondam Dictus auis & nunc magnum tenet ardea nomen. Antiqui aliquot codices legunt. LOCVS ARDVA QVONDAM. Vt non temere dictum a Seruio sit. Bene allusit; Nam Ardea quasi Ardua dicta est. Est & pro Tenet. MANET ARDVA nomen in Mediceo & aliquot aliis antiquis codicibus.

IAM MEDIAM Nigra Carpebat Nocte Quietem. Codices nõnulli peruetusti legunt. IAM MEDIA NIGRA. ut utrunq; sit noctis epitheton, alterum temporaneum, alterum propriũ. In aliis inuenio. IAM MEDIA NIGRAM. Sed uulgata lectio magis placet.

ALECTO TORVAM FACIEM ET FVRIALIA MEMBRA EXVIT IN VVLTVS SESE TRANSFORMAT ANILES. In ueteribus aliquot codicibus legere est. FVRIALIA MEMBRA EXIT ET IN VOLTVS Sese Transformat Anilis. In aliquot aliis, quod minus placet, EXVIT ET VVLTVS. absq;. IN. Sed illud mihi adridet, ut figuratum magis. EXIT ET IN VOLTVS. Quanquam non improbo EXVIT. cuius antitheton subiunctũ statim uideam. INDVIT ALBOS CVM VITTA

REX Tibi Coniugium ET Quæsitas. In antiquis aliquot (Crinis. codicibus non habetur. ET. sed id Librarii negligentia. ET. enim eo loco positum addit uersui grauitatem.

Tyrrhenas. I. sterne acies. Veters aliquot codices legunt. Tyrrhenas ET sterne. Vt Textilis & rapido. Sed. I. geminatum uerbũ longe uenustius & elegantius.

ET DICTO Parere Fatetur. In codicibus aliquot antiquis PARERE IVBETVR legere est, quod non ita receptum mihi uidetur.

CLASSES Inuectas Tybridis Vndam. Romanus codex Porcius, & aliquot alii ueteres legunt TYBRIDIS ALVEO. Sed VNDAM plerią; malunt.

BELLA Viri Pacemq; Gerant. In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui GERENT. Futuro tempore scriptũ obseruaui, quod multo magis placet, quia ex affirmatiuo modo sententia uidetur absolutior. Si GERVNT malueris, sentẽtia difinitiua est, ex morum consuetudine.

SVBITVS Tremor Occupat Artus. In antiquis aliquot exemplaribus SVBITO aduerbium est, sed epitheton receptius.

DIRIGVERE Oculi. In Romano codice & in quibusdam aliis scriptum est. DERIGVERE per. DE. significat uero utcunq; legeris induruere, quod est insaniæ signum. Inde apud Plautum in Menechmis, interrogat Medicus eum, quem insanum esse credebat, Solent ne tibi unq; oculi duri fieri?

TVM FLAMMEA TORQVENS LVMINA. In Ro. codice. FVMEA. Sed enim hic FLAMMEA lectio castior; nisi uelimus ad pineam facem adludere, quam intorserit, quæ alibi eodem modo circũscribitur a Virgilio, Nec Fumea tedis Lumina. Nam & Ouidius, & eum secutus Claudianus fingunt Furias etiam facem gestare. & inferius Virgilius ait, Sic effata facem Iuueni coniecit, & atro Lumine fumantes fixit sub pectore tedas. Sed utcunq; hæc accipiantur, placet hic de oculis

de oculis dictũ,ut in.vi. Lumina Flammea, nõ sine codicũ uarietate legi diximus.

RAPIDOQ. Hæc Addidit Ore. In Ro.& paucis aliis . RABIDO . legit per .B.

FALSA Formidine Ludit. In Ro. codice . FALSO . aduerbialiter scriptũ est. Sed longe melius . FALSA Formidine . ut obiecta per uerba eadem eludat.

OLLI SOMNVM INGENS Rupit Pauor. In Ro. codice,& in quibusdã aliis legere est . ILLI INGENS SOMNVM RVMPIT Pauor . Sed uulgata lectio uenustior habetur; & . OLLI . agnitum a Grammaticis.

OSSAQVE Et Artus PERFVDIT Toto PRORVPTVS COR. SV. & hic PERFVNDIT . eodem præsenti tempore . Alibi enim adnotauimus rem gestã per præsentis temporis formam enarrari,maioris esse uehementiæ,nisi putare uolue rimus . N . illud in antiquis fuisse accentus notã . Præterea sunt uetusti codices, in quibus . PRAERVPTVS . legit,sed . PRORVPTVS . omnino melius.

FVRIT INTVS AQVAI Fumidus Atq; Alte Spumis Exuberat Amnis . Satis Seruius . AQVAI . repositũ a Tucca,& Varro asserit,quũ Virgilius . AQVAE AMNIS . scriptũ reliquisset,ut in uulgatis est Seruii Cõmentariis,quod an sit fide dignũ;alii uiderint. Nã Probus Valerius quũ Virgiliũ quattuor locis tãtũ Diezeuxi usum ex . AE . diph. in . A . & . I . asseueret,unũ ex his recẽset. FVRIT INTVS AQVAI . In antiquis uero cod. omnibus quotquot uersare cõtigit . FVRIT INTVS AQVAE VIS . scriptũ animaduerti;neq; tot codices temere conuenire crediderim . Præterea si,Virg.usq; uarietatis amator fuit,in hac pcipue cõparatione eam affectasse uidet . Aquam enim efferuescentẽ dicere cũ uelit,modis circiter senis eandẽ sententiã uariauit; Mira eloquẽtiæ uis,& sermonis copia,ubertasq; facundiæ uere redũdãs,dũ enuntiat . Vndantis Aheni . Exultant æstu Latices . Furit intus Aquæ uis . Fumidus atq; Alte spumis exuberat amnis . Nec se iam capit Vnda . Volat uapor ater ad Auras . Quo circa quũ ueteres cod. AQVAE VIS . legãt, & unũ plus membrũ in hac uarietate,neq; id idecorũ acquirat,si aliter q̃ . AQVAI legẽdum sit (Valerio enim libenter suas partes integras relinquo) eo modo Virgilium crediderim scriptum reliquisse. Præterea ita habetur in Seruii Commentariis manu scriptis quæ mihi Petreius Zancus Iuuenis utraq; lingua optime peritus legẽda dedit; quis uulgata . AQVAE AMNIS . habeant,

HVNC Decus Egregium Formæ Mouet Atq; IVVENTAE. In cod. aliquot ant. IVVENTA . legit.Sed oino melius Decus formæ,& Decus Iuuentæ legere.

HVNC CLARIS Dextera FACTIS. In Mediceo codice . CLARI FACTI . scriptum est cum paraphrasi, Virtutis . Sed melius uidetur . Claris Factis . ut sit hypallage pro dextera clara factis.

QVAE Prima MALORVM Causa fuit . In Ro. codice,in Mediceo, & aliquot aliis ant. . LABORVM . legit.Eo.n.uocabulo Virg. aduersa solet exprimere.

ET LATE Custodia Credita Campi . In Romano codice . LATI . sed familiari uitio. nam . LATE . aduerbium omnino melius iudicatur.

PECTEBATQVE Ferum . In codicibus aliquot antiquis . POTABAT . legit, quod non ita uenustum uidetur; neq; adeo cicurationi adcommodatum.

ILLE MANVM Patiens . In cod. aliquot . MANVVM . ubi manifesta Synizesis , subtractum tamen . V . alterum plerinq; malunt; & ita codices emendatiores habent . Quanq̃ nihil prohibet Manum quarto casu inseruire participio.

RAPIDAE Venantis Iuli Commouere CANES . In cod. aliquot ant. RAPIDI . uirili genere. Sed in Romano,atq; in Porcio,significatione,& genere mutato RABIDAE . legit,quod ideo placet,quia superius rabiẽ canibus obiectã legimus.

RIPAQ. Aestus VIRIDANTE LEVARET . Missum faciam,quod pleriq; cod. antiqui . LAVARET . legunt;quũ magis omnino placeat . LEVARET . Id minime dissimulauerim,quod in cod. aliquot manu scriptis inuenit . Ripaq; æstus VNDANTE LEVARET . nihil.n.hoc displicet;quis.Viridante.gratius,& lasciuius.

NEC Dextræ Erranti Deus ABFVIT. Hoc uarie repetitur in codicibus antiquis scriptũ. Nam. AFFVIT. &. AFVIT. & ADFVIT. & etiã ATFVIT legitur. Vera tamen lectio, & antiqua magis. ABFVIT est.

OLLI (Pestis Enim) Pleriq; cod. antiqui cum Mediceo legunt. ILLI. Sed puto hoc ex paraphrasi emanasse, quæ. OLLI. uocabulum uetus interpretaretur.

ARMATVS OBVSTO. Exẽplaria uetera Palatina legunt. ABVSTO. Sunt tñ alia, in quibus. ADVSTO. legere est. sed. Obusto. nulli displicet, ut in Mediceo.

QVOD CVIQVE REPERTVM Rimanti Telum Ira FACIT. In omnibus Vaticanæ Bibliothecæ cod. REPERTVM EST. habet; & pro. IRA FACIT. in cod. aliquot ant. IRA FVIT. legitur, quod aliorũ iudicio relinquimus.

VOCAT Agmina TYRRHVS. In codicibus aliquot antiquis legere est. TYRRHEVS. eaq; de caussa superius in Romano codice scriptum est. TYRRHAEDAE. Sed .n. pene ultima. EI. esse deberet; est uero passim in obliquis. TYRRHEI, ut. ORPHEI. ILIONEI. eodem codice.

AT Sæua E Speculis. In plerisq; cod. manu scriptis, non habet. E. sed id male.

INTENDIT Vocem. In Ro. codice. INCENDIT. quod non æque placet; pleraq; uero ita imutata sunt in oĩbus pene Auctoribus; quia ut alias admonuimus, plerisq; in libris manu scriptis. C. & . T. eadem pene forma notata repeiuntur.

SILVAE INTONVERE. In Romano codice & quibusdã aliis antiquis. SYLVAE INSONVERE. legitur. Sed. INTONVERE. melius.

AVDIIT Et Triuiæ Longe Lacus AVDIIT Amnis. In Ant. cod. plerisq;. AVDIT. unico. I. utroq; loco scriptũ est, quod tñ pro duobus pronũtiari debeat, ut antiquo marmore. FILIS. pro Filiis. scriptũ obseruauimus, & alia quædam huiusmodi. Neq; pterierim in Ro. codice & quibusdã aliis. AVDIT ET AMNIS. legi. Sed omnino magis placet. AVDIIT. Dactylus, una dictione.

SVLPHVREA NAR Albus Aqua. In Ro. codice. SVLPVREA. per. P. scribit. ut alibi etiã. SVLPVRA. ex quo patet SVLPHVR aliquãdo per. PH. scribi solitum, quũ tñ dictio latina sit; id .n. græce θεῖον, & θειάφιον dicitur.

RAPTIS CONCVRRVNT Vndiq; Telis. In ueteribus aliquot cod. OCCVRRVNT. nõ ita pprie legit. Sed dicam ne illud, Curro uerbũ eandẽ olim habuisse pronuntiationem, quæ nunc in ore Vulgi est. CONCORRVNT. enim in antiquissimis codicibus notatum animaduerti; ne credamus sola illa TORVOM DIVOM. SAEVOM, & alia huiusmodi. V. in. O. mutasse.

STIPITIBVS Duris Agitur Sudibusue Præustis. Nõnulli. STYPITIBVS. per Y. prima syllaba scribũt, ut ἀπὸ τοῦ στύπου ueniat. idẽ .n. significat. Quidã malũt per. I. latinũ, uti etiam Stipare per. I. quis στυπεῖον, unde uerbum deductũ uolunt, per. Y. scribatur, quæ apud nos in. V. transit, Stupam .n. dicimus. Est & illud animaduersione dignum; quis & hoc κατὰ πάρεργον, apud. T. Liuium libro Primo Primæ Decadis desiderari lectionem castam. SVDEM PRAEVSTAM. Nam ita in codice uetusto legimus, Vt Fecialis hastam ferratam aut sudem præustã ad fines eorũ ferret. Vulgata .n. exẽplaria legunt Hastam ferratam, aut sangineam.

ET LVCEM Sub Nubila Iactant In cod. aliquot antiquis. LVMEN. legitur. Sed. LVCEM. melius. In aliquot aliis. LVCEM SVB LVMINA. habet cum paraphrasi, Solis. Sed. NVBILA. ob antitheton magis receptum est.

CEPIT Cum Albescere VENTO. In Ro. cod. PONTO. legit, hoc est prima parte Ponti; sed magis placet oĩno. VENTO. quo spirãte crispãt in spumas undæ, & (ita albescunt.

NATORVM Tyrrhi Fuerat Qui Maximus ALMON. Veteres quidam cod. uersum ita scribunt. GNATORVM Tyrrhei Fuerat Qui Maximus ALMO. dicitur uero. ALMO. per. O. finale, ut Plato, Solo; nullum enim nomen latinũ. ON. litteris finiri, ait Sosipater. Plinius quædam designat usu recepta, ut PLVTON. XENOPHON. Iuniores Grammatici plura recepere.

HAESIT Enim Sub Gutture Vulnus In antiquis aliquot codicibus . EXIT legitur ; ubi Volnus pro telo ponetur, ueluti superius, Illum infesto Volnere Pyrrhus Insequitur. Est huic simile TRASABIIT costas, de quo suo loco dictum. HAESIT tamen Medicei codicis lectio haud quaq̃ contemnenda.

SENIORQVE CALESVS . In Ro. codice & hic, & inferius CELAESVS . scribit per . E . prima syllaba, & . AE . diph. pene ultima. In reliquis GALESVS.

DITISSIMVS ARVIS. In Mediceo . AGRIS . Sed . ARVIS . hic receptũ.

COELI CONVEXA Per Auras. Sunt qui . CONVECTA . legant . Sed id in exemplaribus non inueniri Seruius attestatur.

EN Perfecta Tibi BELLI Discordia TRISTI . In cod. aliquot antiquis legit BELLI DISCORDIA TRISTIS . Sed magis placet BELLO TRISTI, quo medio Discordia perfecta esset.

DIC In Amiciciam Coeant . In codicibus aliquot antiquis legere est . SIC IN Amiciciam Coeant . ironice . Seruius tñ, & alii agnoscunt . DIC . idq; late exponunt.

QVANDOQVIDEM Ausonio Respersi Sanguine Teucros. In Ro. cod. legit . QVANDO EQVIDEM . Sed Quandoquidem in aliis oĩbus habetur.

ET Fraudis ABVNDE EST . In Romano codice per apostrophen ABVNDEST . legitur, ut IN TEST . & huiusmodi pleraq; in antiquis marmoribus scribi solita adnotauimus .

TALIA CONVBIA . In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui, CONIVGIA . legi. & alibi obseruatum pro CONVBIO , CONIVGIO . haberi in manu scriptis exemplaribus plerisq;.

HAVD PATER IPSE Velit . In antiquis omnibus cod. PATER ILLE . uti etiã mutatũ superius pronomen hoc adnotauimus, eo loco, Sic Iuppiter ILLE Monebat.

FORTVNA Laborum EST, In plerisq; cod. ant. EST . nõ habet .

ITALIAE IN Medio . Ant. oĩa exẽpl. legũt ITALIAE MEDIO absq;. IN. Succurrit uero ad hoc ex Solino, qđ Varro tradidisse fert Italiæ umbilicũ in agro Reatino esse.

AMSANCTI Valles. In Ro. codice AMFRACTI legitur inemendate . Nam Seruius, & alii ueteres Grammatici AMSANCTI agnoscunt ; cui quidem lectioni Claudianus etiam adstipulatur.

MEDIOQ. FRAGOSVS Dat Sonitum Saxis, Et Torto Vortice Torrens. In cod. aliquot antiquis . FRAGOSIS . ut cum saxis iũgatur; sed lõge magis placet Torrens Fragosus saxis, Et Torto VORTICE . In antiquis uero aliquot VERTICE . quod uti dictum superius, tantundem esse uult Arusianus.

SPECVS HORRENDVM ET SAEVI . In antiquis plerisq; non habetur . ET . dictũ uero per appositionẽ SAEVI spiracula Ditis, ostẽdit uerbũ unitatis numero positum . MONSTRATVR . in iisdem cod. Sed.n. exemplaria pleraq; MONSTRANTVR legunt numero multitudinis.

QVEIS CONDITA ERYNNIS . In Mediceo codice . CONDIT . uerbi uoce scriptum est ; Quam lectionem non ignorauit Seruius.

TERRAS Cœlumq; LEVABAT . In aliquot antiquis cod. TERRAM legere est unitatis numero, & LEVAVIT præterito tẽpore, quũ tñ imperfectum Seruius agnoscat.

MEDIOQ. In Crimine CEDIS ET IGNIS . In Ro. codice IGNI legitur, quippe medio. Sed CEDIS ET IGNIS melius.

CONTRA OMINA Bellum . In Ant. aliquot cod. oĩno legere est CONTRA OMNIA . quam lectionem agnoscit Seruius, q̃uis ibi mutilus uideatur, Interpretesq; auguria subaudiendum aiunt; sed utcunq; illi . OMINA magis placet. & antiquorum exemplarium bona pars ita legendum persuadent.

CERTATIM Regis Circunstant TECTA LATINI . In Mediceo TECTA TYRANNI scriptũ cum paraphrasi . Latini . Dubitarunt forte aliqui Nugationẽ esse Regis Tyrãni, atq; ideo paraphrasin admisere. Verũ hoc ego in medio relinquo.

ILLE VELVT Pelagi Rupes Immota. In antiquis nonnullis cod. legere est PELAGI MOLES, propterea quod statim subsequitur. VT PELAGI RVPES. Verú huiusmodi repetitio magno cũ decoro, & uenustate summa facta mihi uidetur;& probatiora omnia exẽplaria. RVPES. habent. Nam de Mole statim subiicit, Quæ sese multis circũ latrantibus undis Mole tenet scopuli nequicq & spumea circum saxa fremunt. Vbi Seruius TENET distinguendum dicit, ut SCOPVLI. Nominatiuus fit casus. In antiqnis tamen cod. distinctio est post dictionem SCOPVLI, ut legatur. MOLE SCOPVLI. sequitur uero absq ET. in iisdem cod. uetustis. NEQVIQVAM SPVMEA CIRCVM Saxa Fremunt. Sed copulatiua ea inserta, multum habet uenustatis, & gratiæ.

LATERIQ. ILLISA Refunditur Alga. Variat hæc lectio in cod. antiquis, aliis ASPERSA, aliis INFVSA, aliis aliter legẽtib⁹. Sed.n. ILLISA uulgata lectio magis placet.

COECVM EXSVPERARE Potestas Consilium. In aliquot antiquis codicibus EXPVGNARE. Sed Exsuperare in pluribus habetur.

NVTV Iunonis EVNT RES. In Ro. codice una dictione legitur. EVNTES quippe populos. Sed enim. EVNT RES. longe uenustius, & figura apud Auctores frequentiori dictum uidetur.

TESTATVS INANES. In antiquis aliquot codicibus TESTATVR INANIS legitur. Sed alterum illud magis placet, ut cum uerbo Frangimur connectatur.

FERIMVRQVE PROCELLA. In antiquis aliquot codice. PROCELLIS. est numero multitudinis. Sed. PROCELLA. suauius.

OMNISQVE IN Limine Portus. Nonnulli ueteres cod. absq particula. QVE. OMNIS IN LIMINE legunt. Sed. OMNISQVE. multo melius.

SEPSIT Se Tectis. In Ro. codice. SAEPSIT. cum diphth. ueluti etiã SAEPTA superius adnotauimus. Eiusdem enim analogiæ. Sæpe, Sæpes, & Sæpio.

MOS ERAT HESPERIO IN LATIO. In codicibus aliquot antiquis legere est. MOS ERAT IN LATIO HESPERIO. quod non æque placet.

HIRCANISVE ARABISVE PARANT. In Mediceo codice & plerisq aliis per copulatiuam. QVE. scriptum est HIRCANISQVE ARABISQVE. Aduertendum uero, quod a Genitiuo græco Ἀραψ Ἄραβος, Latini Nominatiuum, Arabus, faciũt, ut Elephantus ab ἐλέφαντος. ita Delphinus, Abacus Titanus, q̃q̃ & græco etiam declinatu interim delectemur. Agnoscit Sosipater Arabs Arabis. & Arabus Arabi utrũq positum a Virgilio; Cinnamq ait in propemptico Pollionis Belidis dixisse, ut Virgiliũ Arabis, atq hæc ex Plinio subiungit. ES. nu. plur. finita Nominatiua Datiuo. BVS. recipiunt, idq cõmentatores iubẽt. Quid ergo si sic declinauit, ut Plautus in Bacchidibus, Arabus. & in Penulo, Murrinus odor Arabus. Lucillius. xxv. Arabus Artemo. Deniq &. C. Cassius in epistola, quam de Dolabella scripsit, Arabi mirifico animo erga nos fuerunt, inquit. Arabs, Mato, Omnis Arabs, omnes uerterunt terga Sabæi. Florus ad Hadrianum, quasi de Arabe, aut Sarmata manubias. Hæc a magnis Viris accepta ideo libenter retuli, ut eorũ calũniis obuiá irem, qui sæpe incusant me. nimis ad humilia nõnunq declinare, uideátq summos Viros hæc eadẽ nõ incuriose pertractasse, quæ delicata nostra ætas quodammodo fastidit.

CINCTVQ. GABINO. In plerisq cod. ant. inemendate legiť. SABINO. quũ GABINO sit omnino legendũ; de quo Cinctu, ut obiter locũ apud Liuium corrigamus, ita habeť in ueteri cod. Parrhasiano. Sactificiũ erat statutũ in Quirinali colle Genti Fabiæ. ad id faciendum. C. Fabius Dorso, Gabino cinctu sacra manibus gerens, cum de Capitolio descẽdisset. Vulgata exẽplaria habent. Centis Fabiæ Grõ casu, & pro. C. Fabius Dorso, corrupta uerba. Claudius Fab. Dorsum.

LVCIDA TERGVNT. Quãuis cod. nõnulli TERGVNT legát, plures tñ & pbatiores TERGENT legũt; & Tergo tergis ex usu penitus recessisse Seruius adfirmat.

ARVINA Pingui. In antiquo codice solita mutatione ex. V. digammo, in. B. mutam ARBINA scriptum est, perinde ac IVBENTVTIS, pro IVVENTVTIS. In antiquis aliquot marmoribus notatum inspicitur.

EX . LONGO . TEMPORE . IVBENTVTIS.

Et ita IVBENTIVS CELSVS, pro IVVENTIVS. Iam uero BIXIT. pro Vixit sexcenties notatum obseruaui. Sed illud non præterierim ob uitæ longioris memoriam, quod in Aede. D. Ceciliæ Transtyberim legitur

T. FIELLENIVS . IANVARIVS
SE . VIBO . FECIT . SIBI . QVI
VIXIT . ANNIS . LXXXXVIII

VOMERIS Huc Et Falcis Honos Huc Omnis Aratri. Valerius Probus in Artium institutis, Honos habere ultimam natura longam tradit, hoc loco citato.

REQVOQVNT. In codicibus aliis RECOQVVNT. secunda syllaba per C. In Romano RECOCVNT. utraq; per. C. Nam superius diximus referente Velio Longo. Q. litteram olim a multis exclusam fuisse; neq; a Nigidio Figulo unq̃ in Commentariis suis positam, teste Victorino. Præterea diximus placuisse aliis, quoties post. C. sequeretur. V. semper. Q. adnotare, ut MEQVM. TEQVM. SEQVM. scribendum procurarent. Quocirca REQVOQVNT. hi scriberent.

QVAE QVENQVE Secutæ COMPLERINT Campos Acies. In antiquis plerisq; cod. QVEMQVE. per. M. & COMPLERVNT. Sed quia Floruerit sequitur, placet COMPLERINT. Taceo Compulerint, quod alibi legitur (inemendate.

QVIBVS ITALA TANTVM Floruerit Terra Alma Viris. In antiquis omnibus exemplaribus legere est QVIBVS ITALA IAM TVM Floruerit, quod mirifice placet, ut non modo nunc dicat Italiam Viris florere; uerum ab eo iam tempore florescere cœpisse.

CONTEMPTOR DIVOM MEZENTIVS. In antiquis cod. DIVOM. Cur uero Diuum Contẽptor habitus sit, caussam ponit Macrobius. Eum quippe Rutulis imperasse, ut sibi offerrent, quas Diis Primitias offerebant.

Quoniam uero passim in Romano codice. MEZZENTIVS. geminato. zz. notatum inuenitur, & Grammaticorum pleriq; scriptionis eiusmodi rationem grauiter improbarunt libuit inuestigare, nunquid temere id a Librariis, an ex usu temporum factum esset. Quũq; usum fuisse comperissem, pro antiquissimi illius codicis auctoritate tuenda, uisum est, quod bona lectorum uenia factum uelim, aliquanto latius euagari. Nam ueteres etiam Grammatici super huius scriptionis ratione diu multũq; decertarunt. Confidenter uero Terentius Scaurus eos dubioprocul falli dicit, Qui. MEZZENTIVM. per duo. zz. scribunt; ignorantes duplicem litteram non debere geminari. Verum idem non inficiatur colligere quosdam duplicẽ non esse eam. Negat & Valerius Probus. z. dupliciter scribi posse, eadẽ obiecta ratione, quoniã duplex sit; Quam tamen siquis aure sinceriore uoluerit explorare non esse, forte duplicẽ inueniet ea ratione, qđ duplices pronuntiatione ipsa quas contineant intra se litteras ostendunt, ut. ξ. &. ψ. de quibus nemo dubitarit. Nam quũ DIXIT. proferimus. C. quæ fuit in Dico, cis, &. S. quæ formã præterito dat, articulatim discernũtur, non aliter q̃ siquis. DICSIT. prout in Longobardicis aliquot exemplaribus notatũ est, pronuntiauerit. Ita in. FINXIT G. &. S. audiunt. Habet uero. G. magnã cũ. C. cognationẽ ut apparet in Negotio, qđ a Nec Otio factũ est, ob quã scribẽdi rationẽ Val. Probus ait quosdã existimasse. X. litteram superuacuam. Id uero quod de duplicium sono quærimus, liquidius apparet in. ψ. ut quũ ψιλας græce protulerimus scriptũ, apud Latinos

in eas litteras resoluetur, quæ auditu excipiebantur . P . scilicet & . S . Est quædam nomine Dipsas Anus . Hinc nõnulli OPSTITIT per . P . nõ OBSTITIT per . B . scribendum præcipiunt, quod eius pronuntiationis sonus sit . ψ . Sed enim eadem affinitate copulatæ sunt . B . & . P . qua . C . itidem & . G . itaq; . ξ . nunc CS . nunc . GS . uno eodemq; sono uidetur auribus inferre . ψ uero nunc . PS . nunc . BS . repræsentare. Missas facio litteras alias, in quas duplices ipsæ multipliciter resoluuntur, quum de iis tantum, quæ auditu discernuntur, nunc sermo sit . Sed enim quum ὄζω dicimus, aut φράζω , uel alia eiusmodi , nullas in . z . pronuntiato distinctas litteras , auribus quantumlibet arrectis excipimus . Sed unum eundemq; sonum simplicem, & eius litteræ propriũ; neq; uero quis huc . σδ . δωρικῶς . & φράσδω , uel μάσδας , uel κωμάσδω obiiciat, quæq; multa Grammatici de quartæ coniugationis futuro , deq; præterito medio , & Aoristo secundo dicere consuerunt ; nihil enim horum in φράζω , μάζα , & κωμάζω , aurium sensu percipimus . Sed esto cognoscat ex resolutione uis dupliciũ . z . quidem siquãdo in alias abeat litteras, aut in . C . aut in . S . aut in . G . resolui uidemus . Nam qđ eam in geminum . SS . resolui dicunt , nondum liquet . in . C . quidem eam abire ex eo manifestum est, quod Zethum & Cethum , pro Amphionis fratre promiscue Græci scribere consuerunt , ut Martianus Capella se obseruasse tradit . Quin etiam nomen idem per . S . notatum Sethum nonnulli prodidere . Sane Smyrna unico S . quæ prius, ut idem Martianus auctor est . Zmyrna . z . ante . M . præposita dicebatur; Cuiusmodi inscriptionis exempla & nos in antiquorum monumentis obseruauimus Romæ enim in Diuæ Anastasiæ antiquo marmore legitur.

CASSIA . L , L . ZMYRNA . NVTRIX . V . A . XXIX.

Et in Campo Floræ.

POMPONIA . ZMYRNA . TESTAMENTO

Eadem porro ratione Smaragdum & Zmaragdum scriptum animaduertimus. Vt in Veientibus in Arce Castri noui Vrna Vetus admodum indicat, ita inscripta

DIS . MANIBVS
OSSVIS
ZMARAGDI

Et in hortis Ioannis Coritii, quos in Fo. Traiani Academiæ Ro. Genio consecrauit, antiquissimo lapide legere est .

M . AEMILIO . M . F . APRONIANO . FILIO . DVLCISSIMO
M . AEMILIVS . ZMARAGDVS . ET . SPERATA . PARENTES

Quid uero Lesbia? nõne & LEZBIA p . z . scribi solita est ? Sane apud Mariũ Maffeum Volaterranũ, Aquinatũ Antistitẽ monumẽtũ est sane q̃ antiquũ ĩ quo scriptũ

LEZBIAE . OSSA . HIC . SITA . SVNT

Ac ne nomen id aliud esse dubites , eodem marmore & LESBIA legitur

SEI . NOMEN . QVAERIS . SVM . LESBIA

Idem in MEZZENTIO crediderim euenisse ; quod nomen gemino . SS . aliquando scribi solitum Velius Longus ait; quo loco sunt qui pro . SS . geminato S . & . C . substituere malunt, quod mihi tantundem est, quum supra ostenderimus ζ . & . κ . pro eadem littera aliquando Græcis agnitas . Has uero qui mutarunt, in zz . geminatum transtulere; uel quum antiquitus MEZZENTIVS duplicato zz . scriberetur, in geminum inde . SS . utrũq; . z . commutatum est . Quod uero minus . z . sit duplex, id satis superq; potuerit indicare, quod ante . M . eadẽ syllaba

præiici solita sit ab antiquis; quæ si duplex fuisset, dubioprocul resilire coacta foret. Multa præterea reperiuntur exempla tã apud Græcos, q̃ apud Latinos, in quibus .z. uocalem præcedentem minime producat; quod quidẽ facere non posset, si duplex esset. Id forte Latini neglexerunt, qui etiam in nonnullis ipsa re geminatis, præcedentem uocalem corripuere, ut, Ponite Spes. Sed enim Græci regulam eam religiosissime suscepere, Quare Homerũ aiũt nunq̃ scripturũ ὑλήεσσα ζάκυνθος si .ζ. duplicem agnouisset. Quod quia Veritus Theocritus sit, eum aiunt subsequentem etiam uocalem ob .z. litteræ duplicitatem produxisse in hoc eodem nomine καλὰ πόλις ἁ ζάκυνθος. Versum enim hunc spondaicũ esse uoluit. Sed enim utrum duplex littera uim habeat producendi uocalem subsequentem, an .a. littera dichrona suapte ui in Zacyntho produci potuerit, uiderint eruditi, mihi sane minime displicet eorum sententia, qui διάκυνθος per resolutionem scriptum a Theocrito contendunt. Atq; ita facile persuasum habuerim eam minime duplicem esse litteram, quæ id nequaq̃ præstet, quod est duplicium maxime proprium.

Quantũ uero pertinet ad eius naturã .z. aliter sonat simplex, aliter geminata, quæ si duplex esset, neq; quidem in dictionibus inarticulatis pronuntiari posset geminata; ne dum in nominibus aliquid significãtibus ex nonnullorũ idiomatũ usu frequẽter adeo geminaretur. Geminatas enim, quas isti semper duplices aiunt, uel ξξ. uel ψψ. nemo unus unq̃ expresserit. At MEZZENTIVS geminato .zz. etiam Balbus non difficulter enuntiarit. Sed quæ nam bone Deus religio sit .z. uel nõ esse duplicem, uel non semper duplicem asseuerare, quum peritissimorum hominũ consensu ne .X. quidem semper duplex habeatur; quorũ opinionem plerîq; secuti longa annorum serie .S. litteram semiuocalem illi suppetias ferre iusserunt; unde toties in Veterum monumentis VIXSIT . ALEXSANDER . AVXSILIVM . CAPPADOXS . & in Galbæ nummis PAXS inueniuntur. Sed quia huiusmodi pleraq; nonnulli audent imperitiæ sæculorũ adscribere, Audiamus obsecro Probum in Arte super .X. ita disserentem. ℭ Nam & hoc monemus, quod pauci sciunt; Siquidem non semper .X. littera duplex sit accipienda quando subiecta syllabam cõformat. ut puta NOX, & NOCS . LEX . & LEGS . FELIX, & FELICS. & cætera talia; siquidem tunc & sonum duarum litterarum contineat. At uero quando præposita syllabæ existat, non duplex, sed simplex est accipienda, ut puta Maximus, Anxius. Nunquid nam MACSIMVS aut ANCSIVS & cætera talia? & ideo, ut diximus, quoties .X. littera syllabæ existat simplex est supputanda, scilicet .CS. & .GS. litteræ geminatæ si uocalibus præponantur, nunq̃ sonum syllabæ suscitabunt. Hæc Probus. At quanto honestius hæc de .z. dici possunt, quæ in Latinis & Græcis nominibus syllabæ præposita fere semper existat. In alterius uero linguæ nominibus nunc subiecta syllabam conformet, nunc expresso & intelligibili sono non aliter geminari sentiatur, q̃. SS. in ESSE . LL . in TOLLO . RR . in HORREO, & similia. Namq; soni diuersitatẽ in .z. simplici, & in geminato nomẽ hoc ostenderit .μᾶζα. pro pane dulciario, in quo unum quidem .z. tantum, & id leniter enuntiatum auditur. Si uero . *Mazza* . quo uocabulo uulgo clauam appellant, & utrunq; .z. distinctum, & uox plenior & crassior percipitur, non aliter q̃ si Teras, a Tero Teris, & Terrasq; Tractusq; maris enuntiaueris. Liceat uero mihi exempla quædam, ex ea, quæ nunc in Italia uiget lingua desumere. Quod & Adamantio, & Capro, & aliis, ubi de huiusmodi aliqua re disputandum sit, bona est uenia concessum. Neq; clarissimi ætate superiore Viri Iouianus Pontanus, & Hermolaus Barbarus talia sunt aspernati. Quinimmo illud forte non temere asseuerarim .z. aliam apud Græcos litteram, aliam apud Latinos esse; si quo apud Græcos, & quo apud Latinos sono pronuntietur, diligentius animaduerterimus. Namquum Græci .νίζω. hoc est lauo dicunt, aut φύζιν. fuga. aut ὑλήεσσα ζάκυνθος. aut

ζαμα oppidũ,non aliter fere apud latinos sonat eius litterae uox in ore graecanico; q̃ si Niso,simplici. S. aut Physis,Sacynthus.Sama. ore latino pronuntientur. Cõtra uero si Graecus Latinum hominem audierit pronuntiantem uel Asiam,uel Aspasiam;si quem audierit sonum suæ linguæ litteris scribere uoluerit,Αζιαν dubio procul, Et Ασπαζιαν scribet. Siquidem.S. apud ipsos pleniori sono uibratusq; pronuntiatur q̃ apud Latinos,apud quos ea littera nescio quo pacto lãguidior uidetur esse. Et,ut Caper ait,in Etruria raro exprimitur ob exilitatem. Longe uero ualidius sonat .S. quum graeci φυσιν dicunt,q̃ quum latini CONFVSIM. Ea autem de pronuntiatione loquor,quæ uiget ætatis nostræ usu; Nam quæ fuerit in antiquis,tam graecis q̃ Romanis pronuntiatio ignoratur prorsus,usq; adeo tã apud illos q̃ apud nos omnia pessum iere , Vel a pristina illa;Venere præualẽte barbarie degenerarunt. Audiui tamen Patauii .M. Musurum,quum graecas litteras summa omnium admiratione profiteretur. Et iucundissima eius consuetudine,q̃ diu Romæ uixit,in eodem contubernio,apud Clariss. Principem Iulium Cardinalem Med. fruebar; Ianum Lascarin tanti nominis Virum,& Venetiis,quum Regis Galliarum Orator esset,& Romæ colui;cum Basilio Chalcondylo Demetrii .F. dum in gymnasio Romano graece profiteretur,familiarissime uixi; omnes eo,quẽ dixi sono litteras has pronuntiare memini. Nostri uero quum latine loquuntur z. eo sono pronuntiant quo Bononienses. & Aemilia ferme tota .G. consonantem quintam. Nam quod latini legere dicunt , Bononienses lezere proferunt. et Zeorzium pro Georgiũ, & huiusmodi reliqua. Deniq; idem in. Z. apud latinos. sonus,qui apud Hebreos in zain. Ea enim simpliciter scribitur, nisi quum daghes punctum,qui duplicem facit litteram,admittit ,quũ ipsi interim alias quasdã litteras ostentent, quibus sonus ille nunc plenior, nunc incitatior, euibretur , suis modo punctis modo notis quibusdam & apicibus distinctas, quas tamen omnes in unum . z . tam apud Latinos quam apud Graecos abire necesse sit. Quod, nisi Latinis concedatur ut in aliquibus litteris Hebreos imitari ualeant. Id impium saltem fuerit nolle in Etruscis nominibus Etrusci nos usum idiomatis imitari. Nomen Etruscum est Mezzentius.Consonantes ea natio tum reliquarũ praecipue.z.geminare gaudet. Quod si,ut Velius Longus ait. MESSENTIVS scribi solitum sit. S .geminato.S .uero ,uti ex Marmoribus antiquis comprobatum est,in . z . abire consueuerit,non est mihi mirum utrumq; . SS . in . zz . totidem transmutata. NISSA Vrbs,ut auctor est Theodorus in orthographiæ praeceptis.SS duplicato scribitur. Eadem apud Etruscos & uniuersos Italos . zz . geminato. NIZZA passim & scribitur & enuntiatur & plæraq; alia, quæ in latinis dictionibus unica & simplici consonante proferuntur , per geminatum . zz . scriptitamus, & huiusmodi pronutiatio aequis omnium auribus totius iam Italiæ lingua comprobata est. Neq; uero ausit quisq̃ eam barbaram appellare linguam; quam nunc Itali uiri omnes,ut quisq; maxime excellit litteratura , ita maiori studio ostentare ac posteritati cõmendare affectant. Neq; minorẽ ex Poematibus ea lingua conscriptis gloriam sibi proponunt,q̃ ex latinis graecisue litteris,quas studiosissime fuerint assecuti. Quiq; omnino politiores haberi uolunt,tam facere ad litterarum & bonarum artium ornamentũ idiomatis Italici cognitionem putant,q̃ graecas litteras ad latinarum necessitatem. Sed quid a uulgo exempla mutuemur,quum ipsamet natura ostendat.Z.in medio nomine proferri non posse nisi geminatum.Nam si Mezentius enũtiaueris,adeo sonus ille primae secũdæq; uocali inhaerebit ,ut cui prorsus adcommodata sit ea consonans ignores,quod Valerius probus non inficiatur,tam & si in ea est sententia ut. z .geminatum scribi non debeat. Aut igitur Mezen ,unicã esse syllabam dicendũ erit,quod absurdum est,aut,si distinguere uelis suum unicuiq; uocali .z .fuerit applicandum. Sed esto noluisse Graecos . z .unq̃ duplicari , dum æquo forsan delicatius omnes pronuntiandi ueneres affectant;

quos ideo nostri elusere, q; sermo ille nimiũ mollis haberetur, & illecebris, adblanditionibusq; amantium præcipue conueniret; uel huiusmodi sit eorum lingua, ut in z. geminati pronuntiationem flecti nequeat. Quid tum, nõ ideo poterunt Latini quicq̃ pronuntiare, quod Græci proferre nequiuerint? At qui Tertias utriusq; numeri uoces in Verbis nos per. T. proferimus, quod illis adeo est a natura negatum. Q. litteram tam frequentem apud nos, tamq; concinnam, neq; forma, neq; enuntiatione quisq̃ apud eos inuenerit, quare pro QVINTVS. KOINTOΣ illi scribere cogũtur, quod ad Græcorũ morẽ scriptũ in aliquot adhuc inscriptionibus antiquis inspicitur, ut in æde. D. Steph. Rotundi. COINTO. AVG. LIB. AFRVM. MINISTRAT. Proinde nos. H. inter litteras, non illiteratorũ Hominũ consensu recepimus, illiq; figurã litteris parem, ordinem inter alias octauo loco adsignauimus, sonũq; propriũ & potestatẽ obtulimus, quam in MIHI. in NIHIL, nonnullisq; aliis huiusmodi palam exercere posset; quũ ea inter Accentuum apices apud eos pro nota cuiusdam spiritus recenseatur. Præterea nos non omnes Græcorũ litteras admisimus; non.n. ητα, neq; ϑητα, neq; χι, neq; ψι, Latinorũ quisq̃ adnotauit. Sed has, quas illi densas appellant, maluimus nos per duas potius litteras explicare; si modo. H. in litterarũ collegium adscitam non exigamus. Hτα uero adiectione tantum temporis sub. E. uocalis figura expressimus. Quid uero illud, quod. I. &. V. litteras uocales, consonantes nonnunq̃ appellamus, & tot in dictionibus duplices etiã esse profitemur; An non licebit hoc facere Latinis quia non ita Græci faciunt? Deniq; quũ tam multa sint, quæ Latini diuersa a Græcorum modis esse uoluerunt, infirmum mihi uidetur argumentum, ea de caussa. Z. passim duplicem asseuerare, quia nunq̃ apud Græcos geminetur. At dicet aliquis Latinam olim linguam neq;. K. neq;. Y. neq;. Z. recepisse, neq; harum unq̃ mentionem apud Romanos extitisse, nisi postq̃ peregrina nomina sonum hunc intulere; quũq; omnia, quæ litteram. Z. admittunt, nomina peregrina sint, tam & si ciuitate donentur, habitum ea, non naturam commutare. Sed de. K. deq;. Y. alibi latius disseruimus. Vt uero, qđ nunc instat, agamus, Velius Longus auctor est. Z. in Saliari carmine reperiri, ac perinde sermoni nostro non alienam. Quare quum ea littera uno modo habeat apud Græcos, alio apud Etruscos, & per Italiam uniuersam. Apud Hebræos uero multipliciter & notetur, & enuntietur, ut græca quidem nomina, quæ in Italiam cõmigrarunt, ad Græcorum normam scribenda censuerim, ita Etrusca & Hebræa suis legibus uiuere permiserim; neq; absurdum unq̃ iudicauerim MEZZENTIVM Etruscum nomen, ad Etruscæ, siue dicere malis Italicæ linguæ cõsuetũdinem notari. ZZ. geminato; qui tam multa huius linguæ uocabula eo modo citra ullam offensionem audiamus, & non grauate proferamus. ℂ Quod uero. DIVOM. per. V. &. O. in antiquis cod. habetur, non ignoro esse litteratissimos Viros, qui scriptionis huiusmodi rationem haud quaq̃ admittere uoluerint, quod. DIVVM. aiũt per syncopam, ex dictione DIVORVM. O. &. R. mediis litteris expunctis, factum. Sed hoc nihil prohibet quin Veteres illi suo iure facerent, qui terminationem eam, quæ per. VV. geminatum esset, in omnibus formis abhorrebant; quare tam Accusatiuo q̃ Genitiuo casu DIVOM. scriptitabant. ita. AEVOM. SALVOM. RIVOM. & distinctis etiam syllabis. SVOM MAREITVM. & sexcenta huiusmodi; quorũ exẽpla ex ĩscriptionibus antiquis passim toto opere disposuimus. Et nos ita sæpe scribendũ curauimus, quia sæpissime ita scriptum in antiquis Virgilii cod. offenderamus; & Fab. Quintilianum affirmare uidebamus ad tempora usq; Præceptorum suorum CERVOM. &. SERVOM. & similia. V. &. O. litteris scripta, ea adiecta ratione, quod subiecta sibi uocalis in unum sonum coalescere, & confundi nequiret. Sed quoniam satis superq; sumus euagati, quod Eruditorum quorundam Amicorum gratiæ dedimus, tempus est ut ad instituti operis negotium reuertamur.

FILIVS HVIC IVXTA Lausus. Codices aliquot antiqui legunt. FILIVS HVIC FVERAT Lausus. Aliquot alii. FILIVS HVNC LAVSVS IVXTA. Alii. HVC IVXTA. quæ quis ita multipliciter legantur, non tamen a uulgata lectione, quæ est. FILIVS HVIC IVXTA LAVSVS discedendum est.

SATVS HERCVLE PVLCHRO PVLCHER AVENTINVS. Sunt codices in quibus HERCVLE FORTI legatur. Obseruatum uero est alibi Herculi nomen a fortitudine inditum; Nam Alcides ἀπὸ τῆς ἀλκῆς, hoc est a Robore atq; Viribus appellatus est. Puto uero ego. FORTI. loco hoc Seruianam esse paraphrasin, qui Pulchrum pro Forti poni dicit. Multum præterea uenustatis & decoris est in ea agnominatione. Satus Hercule Pulchro Pulcher Auentinus. ut id deniq; fit, quod Horatius ait, Fortes creantur fortibus. Est & OSTENDIT Equos in aliquot antiquis. Sed longe melius OSTENTAT.

FVRTIVVM PARTV Sub Luminis Edidit AVRAS. Antiqui pleriq; codices legunt FORTIVO PARTV. &. ORAS. non. AVRAS. quanquam exemplaria itidem uetera nõ desunt, in quibus. AD SVBLIMIS EDIDIT AVRAS. legere est. Sed enim SVB LVMINIS EDIDIT ORAS magis omnino placet, ut Lucretianum illud sapiat. Dias in luminis ORAS. Nã qui AVRAS scripsere forte secuti sunt eoꝝ superstitionem, qui Olam, Aulam Plostra Plaustra, & alia eodẽ modo scribere malebant. Atq; ut de mutatione huiusmodi aliquid ulterius referamus. Scimus Oratam ex Verrio Flacco, teste Festo, piscis genus a colore auri appellari, quod Veteres. O. pro. AV. ponebant. Hinc Sergium, quod annulis aureis & gradibus uteretur, Oratam appellatum.

COLLIS AVENTINI SILVA. In cod. aliquot antiquis. IN SILVA. legitur. Magis uero Virgilianum uidetur absq; præpositione dictum.

BOVES In Flumine Lauit IBERAS. In codicibus aliquot antiquis. IBEROS uirili genere legitur. Sed in usu frequentiori est per fœmininũ dicere, ut Reddidit una Boum uocem; & Abstractæq; Boues, cum & Tauros etiam abstraxisset.

IPSE PEDES TEGMEN. Antiqua omnia exemplaria TEGIMEN legunt. ut etiam in. III. Consertum TEGIMEN spinis. Inferius tamen est, TEGMEN habent capiti κατὰ συγκοπήν.

TERRIBILI IMPEXVM SETA. In codicibus aliquot IMPLEXVM legit, Sed. IMPEXVM. magis receptum.

FRATRIS TYBVRTI Dictam Cognomine Gentem. In Ro. codice TYBVRNI legitur, quod non ignorauit Seruius. Aduerte uero TIBVRTIA per. I. prima syllaba, non per. Y. scribi apud Græcos, & ita in plerisq; Veterum monumentis obseruaui. Est & ubi legas TIBVRTIA LIMINA. Sed Mœnia omnino agnoscitur ab Eruditis; ut ad conditores Fratres tris adludatur, quorum unus tantum urbi nomen dedit.

QVOS Diues Anagnia PASCIT. In nonnullis codicibus. PASCIS. habetur per apostrophen; ut conueniat cum sequenti membro. Quos Amasene Pater.

NEC CLYPEI CVRRVSVE Sonant. In antiquis aliquot codicibus per. QVE copulatiuam, non per. VE. disiunctiuam particulam legitur. NEC CLVPEI CVRRVSQVE. Sed Currusue receptum magis.

TEGMEN HABET Capiti. In plerisq; codicibus antiquis. HABENT. numero multitudinis notatum est, & quod superius adnotauimus TEGIMEN, ut Regimen. Eadem proportione hoc quoq; loco scriptum inueni TEGIMEN per Proceleumaticum. Sed magis placet Eruditis TEGMEN per syncopam. Sicubi enim Proceleumaticus pes apud Virgilium inuenitur ex iis ille dictionibus constat, quæ uocalium hiatum habeant, uel ut ex figura aliqua syllabæ duæ in unã coire possint, uel ex duabus uocalibus altera consonans fieri, ut in uocabulis,

Parietibus,& Ariete. I. poteſt in conſonãtem ſolideſcere,& in GENVA Labant V. ut nonnulli putant,pari modo pro conſonante cenſeri.

AT MESAPVS Equom Domitor. Meſapus uarie ſcribitur in codicibus antiquis Aliis. SS. aliis. PP. geminantibus; id quia nondum a ueteribus Grammaticis obſeruatum, neq; in marmoribus uſquam a me lectum eſt, in medio relinquam.

NEC STERNERE Ferro. In antiquis aliquot exemplaribus. NEC SISTERE legitur. Sed. STERNERE. malunt omnes.

POSTQVAM IN PARTEM DATA ROMA Sabinis. In antiquis aliquot codicibus legere eſt. POSTQVAM PARS EST DATA ROMA Sabinis. Sed in partem uſus eſt ſuperius etiam Poeta noſter. In Partem prædamq;.

ERETI Manus Omnis, Oliuiferæq; MVTVSCAE. In cod. aliquot antiquis HERITI. Sed omnino ερετος græce ſcribitur. & quis ἀπὸ τῆς ἥρας in honorem cuius poſitũ oppidum aiunt,deducatur; nuſq̃ tamen in græcis Auctoribus adſpirationem obſeruaui; pariteq; in Latinis, & in antiquis Valerii Max. codicibus prope, uicinum Sabinæ regionis Eretum, ſcriptum eſt abſq; adſpiratione, quã dictionẽ nonnulli ita deprauarunt,ut FREIVM ſcripſerint. MVTVSCAE quoq; uarie ſcribitur, ſed inemendate, ueluti ſuperius in pleriſq; codicibus. LVCOSQ. CALENOS, pro CAPENOS. inuenias.

QVI ROSEA Rura VELINI. Sunt quidem codices,in quibus ROSCIDA legaſ. ſed ROSEA agnoſcit Seruius a loci nomine: legas tamen apud Pliniũ. SABINI, ut quidam exiſtimauere,a religione,& cultu Deorum SEVINI appellati, Velinos incolunt lacus Roſcidis collibus; qui dubioprocul ad Virgilianum carmen reſpexiſſe uidetur, Ρωσος tamen agnoſcunt Græci; unde Roſius, & Roſeus Gentile nomen. Quare Seruius non imperite. ROSEA. legit.

CASPERVLAMQ. Colunt. Ex antiquis cod. oĩno. CASPERIAM. legendũ.

FORVLOSQVE. In antiquis aliquot. FERVLOS. habes, ſed inemendate. ita. HIMILLAE. pro. HIMELLAE.

FABARIMQ. Bibunt FABVRVM. In antiquis aliquot codicibus habetur, ſed apud plures. FABARIM. lectione Auctorum conſenſu comprobata.

VOLVVNTVR MARMORE Fluctus. In pleriſq; cod. antiquis pro. MARMORE. LITORE. ſcriptum inuenias. Sed in Romano. MARMORE. ita in Mediceo, & aliquot aliis.

SCVTA SONANT PVLSVQ. PEDVM TREMIT EXCITA TELLVS. In pleriſq; antiquis cod. ſcriptũ inueni,ueluti prius in impreſſis legebatur. SCVTA SONANT PVLSVQ. PEDVM CONTERRITA Tellus. lectionem uero illã. TREMIT EXCITA Tellus. quã nuper eruditiſſimi Viri publicarunt,in Mediceo & in Porcio tantum ex manu ſcriptis codicibus uidi.

OSCORVMQ. Manus. Male in quibuſdã antiquis cod. TVSCORVM. eſt.

TERETES Sunt ACLIDES Illis Tela. ACLIDAS quidem teli genus, Commentatores tradunt; de quo tamen nemo certum aſſeuerat in quodã uero antiquo codice legimus. ACIDES. quod apud Græcos,& telum,& cuſpidẽ ſignificare manifeſtum eſt. Forte tamen aliquis erit,qui de Aclide certius aliquid in medium ferat. Nobis enim ad plurima huiuſmodi perquirenda otium non fuit.

LAEVAM CETRA Tegit. In aliquot antiquis codicibus. LAEVAS. numero multitudinis. Sed &. LAEVAM. unitatis numero reperitur. CETRA quoq; uarie ſcribitur in uetuſtis exẽplaribus. Nam & CAETRA. & SCETRA reperitur; ſed melius ex Liuio CETRA. unde Cetrati milites.

PATRIIS SED NON ET Filius Armis Contentus. In antiquis aliquot codicibus. SED NON IAM. legitur.

BATVLVMQVE TENENT At. Ar. Celennæ. In Ro. codice BATALVM. &. CELEMNE. pro. CELENNAE. legitur, utrunq; inemendate.

DESPECTANT Mœnia AVELLAE . Ant. oẽs cod. quotquot habui . MOENIA. BELLAE . legũt; qđ uero & . ABELLAE . legi possit, rõnẽ uideris apud Seruiũ, tum etiã apud Strabonem . ABELLA . legitur, ubi has hoc ordine ponit urbes, τῆς δὲ λατίνης ὁδοῦ καὶ ἔτι σουισσούλα , καὶ ἀτίλλα ἐν τέλλα , ἡ νουκερία καὶ ἀκέρραι , καὶ ἀβέλλα .

SOLITI Torquere CATEIAS . Quia in plerisq; codicibus . I . littera longiori forma notata est, supraq; aliarum fastigia alte producta . Factum est ut in Romano codice, & quibusdam aliis . CATELAS . inde . CATELLAS . notatũ fuerit; Illud enim . I . longum . L . litteram, qua nunc scribentes utimur, esse crediderunt. Quod ideo dictum uolui, quia Longobardica manus sæpe fallat in . I . litteræ scriptione, nisi hoc aduerteris .

MISERE In Prælia NVRSAE . In Ro. codice . NYRSAE . per . Y . scribit, ut . CYMARVM . pro . CVMARVM . Sunt & pleriq; codices, in quibus NERSAE . per . E . scriptum est. Sed . NVRSAE . receptum.

DVRIS AEQVICOLA Glebis . In plerisq; ueteribus cod. AEQVICVLA . pene ultima per . V . notata est . Nam ea terminatio, quæ est in . OLA . plerũq; per . V . scribi animaduerti , ut EPISTVLA . quod non in ueteribus tantum codicibus, uerum etiam in antiquis monumentis non semel obseruaui ,

QVIN Et MARVVIA Venit De Gente . Veteres pene omnes codices . MARVBIA . legunt per . B . mutam . Romanus tamen . MARVLA . habet. Stephanus in iis, quæ compilauit ex Hermolao Bizantino μαρρουβαῖοι . sed in Sabinis ponit; uerũ Auctor ille adeo passim corruptus est, ut parce admodũ ei sit

NEQVE Eum Iuuere IN VVLNERA Cantus . Antiqui (adhibenda fides. pleriq; codices IN VOLNERE . legunt Ablatiuo casu, dum uulneraretur, idem tamen significat . IN VVLNERA .

QVESITAE IN Montibus Herbæ . ita habetur in Mediceo . Sed in antiquis plerisq; aliis exemplaribus legitur . QVAESITAE MONTIBVS absq; . IN . leue hoc fortasse uidebitur multis, sed iis, qui sese stilo exercere gaudent pensitatione nõ

TE Nemus ANGITIAE . Antiqua aliquot exẽplaria . (iniucundum. ARGITIAE . legunt . Sed . ANGITIAE . melius ex Solino, ut etiam habetur in codice Porcio .

VIRBIVS Insigem Quem Mater ARITIA Misit . Sæpius dictum in Ro. cod. familiarem esse mutationem ex . I . in . E . ut in Veterum aliquot monumentis NEGLEGENTIA . In nummis . MAVRETANIA . & alia pleraq; . Ita hoc loco & VERBIVS . & ARETIA scriptũ est . sed VERBIVS non in hoc Auctore tantum, sed in aliis quoq; per . E . scriptum obseruaui . per . I . uero scribi debere ostendit analogia ; quoniam, ut apud Adamantium est, eum Virum bis factũ esse memorant . Cauet uero Auctor is , ne VIRVIVS littera media per . V . digammon scribatur; quoniam . BIS . numerus per . B . mutam notetur, quum in eo loco, quod superius attigimus . FAVIVM . non . FABIVM . contra nostri tẽporis usum præcipiat scribi . Quantum uero pertinet ad Vrbẽ , in Strabonis codicibus ἀρητία μετὰ τὸ ἄλβανον per ἦτα scriptũ; quum ἀρίτιον τῆς τυρρηνικῆς χώρας per ἰῶτα scribatur. ℭ Non prætereibo uero loco hoc, quod ad litteræ mutationem attinet, obseruasse Quintilianum, ut SIBE a Messala, ita QVASE scriptũ in multorum libris , comperisseq; se ex Pediano . T . Liuium ita his usum , qui & ipse eum sequebatur ; Quæ nos (ait ille) I . littera finimus .

Quid uero illud apud Verrium, qui Scipionẽ Africanũ Pauli . F . REDERGVISSE . per . E . litteram enuntiasse dicit . Contra uero PERTISVM . per . I . cuius meminit Lucillius, cum ait , Quo facetior uideat & scire plus quam cæteri . PERTISVM hominem non PERTESVM . dicens , ferum natura genus .

HYMETIA

HYMETIA Circum Litora . In Ro. codice legere est . HVMENTIA . Circum Litora, sed malunt omnes . HYMETIA . ab Atticæ monte. Sed id quoq; obseruandum est apud Græcos geminato . ττ . scribi ὑμηττὸς, nomenq; obseruant ὑ . υ . natura producere.

PHOEBIGENAM Stygias Detrusit AD VNDAS. In antiquis codicibus alibi AD VNDAS . alibi . IN VNDAS . legitur.

EXIGERET VERSOQVE VBI. Pleriq; codices antiqui absq; particula . QVE. legunt . VERSO VBI , in qua dictione eruditioribus auribus iudicãdum relinquo, q̃ uenustius sit legere : SOLVS VBI. In Siluis Italis ignobilis æuum EXIGERET VERSO VBI NOMINE Virbius esset. Posse uero uersum ita nulla collisione cõsistere ostẽdit, quod superius legimus, Antiqua e Cedro Italusq; paterq; Sabinus, & huiusmodi pleraq; apud hunc eundem Poetam.

VNDE Etiam TRIVIAE TEMPLO . Plures antiqui codices habent . TEMPLO TRIVIAE . quod eorum curæ commendamus, qui spondeũ duobus dactylis interiectum addere carmini maiestatem agnoscunt.

QVOD LITORE Currum Et Iuuenem Monstris Pauidi Effudere Marinis. In codicibus aliquot antiquis . QVO LITORE . legitur. Neq; obstat Hippolytũ in Attica, non in his regionibus fuisse dilaceratum, quando Poetis ea concessa licentia, ut & fabulas, & historias nonnunq̃ ex commodo suo peruertant. placet tamen QVOD . ut sit redditio caussæ.

HAVD SECIVS Aequore Campi. In antiquis plerisq; codicibus . SEGNIVS legitur, quam lectionem Seruius agnoscit, quum dicit, non SEGNIVS patre.

AGMINA DENSANTVR Campis . In antiquis codicibus, & . DENSANTVR . & DENSENTVR . obseruaui; utrunq; recte, ex usu Veterum.

QVIS IVPPITER ANXVRIS Aruis Præsidet . In antiquioribus sane . IVPITER . unico . P . habetur. In Romano, & aliquot aliis . ANXIRVS . In aliis plerisq; . ANXYRIS . per . Y . ut græce scribitur. Et . ANXIRIS . per . I . latinum iis, qui græce nesciebant.

FLVCTV Suspensa TVMENTI . In aliquot ueteribus cod. legere est . FLVCTVS TVMENTIS . quod minime placet. Non sum uero nescius esse aliquos usqueadeo naris supra modum emunctæ, ut quum quattuor illos uersus legunt,

Illa uel intactæ segetis per summa uolaret
Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter, celeres nec tingueret æquore plantas.

Adulterinos eos iudicent, ut qui a Virgiliana grauitate uideantur alieni. Sed ualeant tam seueri Critici, quando in exemplaribus omnibus antiquis ea carmina reperiuntur; neq; hyperbolica ea lasciuia indecora est, præsertim in Virgine laudanda, quum toleretur in Apollonio in Polyphemi agilitate describenda, unde locum Poeta noster mutuatus est. cuius uersus non apposui, quia sunt iã oĩbus in prõptu.

LYCIAM Vt GERAT Illa Pharetram. Sunt antiqui codices, ubi . FERAT . scriptum est. Sunt qui . GERAT . magis proprium uelint, & alterum illud ex paraphrasi adiectum esse. Est &
IPSA . pronomen, pro . ILLA .
in Antiquioribus exemplaribus;
Verum alterum hoc
receptius.

IO . PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES IN . VIII . VIRGILIANAE . AENEIDOS

TQVE IMPVLIT ARMA. Sæpius dictum est præpositionem IN. subsequente. P. in plerisq; codicibus antiquis in. M. minime mutari, Id quod non in Virgilianis tantum exẽplaribus est, uerum etiã in Horatianis, Cæsarianis, Ammiani Marcellini historiis, & aliis Auctoribus, qui uel Longobardicis, uel eius generis litteris notati sunt. In illis enim Tineis præpositiones fere omnes in dictionibus omnibus incolumes habentur, ut hoc loco. INPVLIT. per. N. Neq; nescius sum Grammaticos aduersus hanc scriptionis rationem reclamare; quod illius litteræ sonus ante. P. non nisi. M. sonare possit, quum necessarium sit, post eam particulam enũtiatam, statim occludere labia secunda syllaba. IMPV. Sed esto ui naturæ. M. sonus ipsius litteræ ante P. pronuntiatæ; quid obstat, ut & si aliter enunciet, non tamen integra scribi possit, quum alia pleraq; sint, quæ aliter scribimus, aliter pronuntiamus, ut obseruat Velius Longus, Ac ne Græcorum sermonem in testimonium adducamus, qui. T. quum scribunt ante, N. D, tamen pronũtiant, litteræ illius remollita dulcie. iidem. γ. ante. γ. κ. χ. ξ. notant. Sed.n. litteræ, quæ est. N. pro. γ. scripto sonũ exprimũt. Noluimus nos eos superstitiosius imitari, ideoq; Angelus non Aggelus scribimus. Ancora non Agcyra. Anchises non Agchises. Phalanx non Phalagx. ea enim sic græce scribuntur ἄγγελος, ἄγκυρα, ἀγχίσης, φάλαγξ. Sed. M. tamen aliquando quum scripsimus, alterius litteræ sonum pronuntiamus, ut Quintiliano & Velio Longo testibus apparet, In Multum ille, & Illum ego. Quare me nihil offenderit, siquis in. N. etiam eandem esse rationem asseruerit, & IN. præpositionẽ scribẽdo icolumẽ seruauerit; pronũtiationis uero leges Naturæ cõcesserit.

EVENTVM PVGNAE CVPIAT. In aliquot antiquis codicibus. CVPIET. legitur; sed longe uenustius. CVPIAT.

SVMMIQVE Ferit LAQVEARIA Tecti. Miror Seruium eos non neglexisse qui LACVNARIA. legunt; quum uel ex Horatii exemplo, quod apposuit syllabæ repugnantiam uiderit, & si multi pollisyllaborum regulam usurpant.

EXPECTATE Solo Laurenti. In antiquis aliquot codicibus. EXSPECTATE. quis nonnulli adimant. S. quum opperiri significat.

NE ABSISTE Penates. Inemendate legitur. ADSISTE. In plerisq; codicibus etiam antiquis; quũ. ABSISTE. dubio procul sit legendum. Ait enim Tyberinus, Tam & si tantus bellorum motus insurgit, Ne tamen animum desponde, sed quod instat, audacter exequere.

TIMOR Omnis Et Iræ Concessere Deum. In ueteribus omnibus cod. quotquot habui. TVMOR. legitur, quod physice dictum esset. Effusa enim bile iecur intumescit, Inde oritur excandescentia. Vnde apud Hor. Ve meum feruens difficili bile tumet Iecur. & alibi Virg. Tumida ex Ira tunc corda residunt. Deq; Meleagro apud Ouidium est, Tumida frẽdens Mauortius ira. Neq; tamen displicet TIMOR. quia Iuno ea tot, quæ euentura erant, metuens, ueterisq; memor Belli tantas exciuerat turbas. In timore præterea Tumor est, ut Cornelius Fronto tradit, ut in metu motus animi. in formidine interdũ ratio. in pauore nil nõ puerile.

IAMQVE Tibi NE Vana Putes Hæc Fingere Somnum. In Ro. codice. NEC Vana Putes. legitur, quod minime displicet. Sed &. NE. recte.

ADVERSVM REMIS SVPERES Subuectus Vt Amnem. In codicibus aliquot mutato numero. ADVERSVM SVPERES REMIS, Sed concursus ille syl-

labarum . SVM . SV . RES . RE . molestam præse fert asperitatem . In aliquibus autem manu scriptis uersus hic non habetur.

SVRGE AGE Nate Dea. In Romano codice, & quibusdam aliis non habetur AGE . In nonnullis altera manu superadditum, quū antea legeretur . SVRGE O NATE DEA . Sed omnino . SVRGE AGE . magis placet. Missum facio . GNATE DEVM . quod & ipsum in ueteri habetur codice.

SVPPLICIBVS Supera VOTIS . In Romano quidem codice . VOTIS . legitur. Sed in plerisq; aliis . DONIS . ut idem repeatur quod in . III . præceptum ab Heleno fuerat. Tam et si Ti. Donatus . VOTIS . agnoscit utroq; loco.

EGO SVM PLENO QVEM FLVMINE Cernis . In codicibus aliquot antiquis legere est . EGO SVM QVEM PLENO GVRGITE Cernis . Sed altera lectio magis omnino recepta.

NOX Aeneam Somnusq; RELIQVIT . In antiquis aliquot exemplaribus RELINQVIT . per instans, ut conueniat cum Surgit.

CAVIS Vndam De Flumine Palmis SVSTVLIT . In antiquis aliquot codicibus . SVSTINET . legitur. Et quod subsequitur . TALIS EFFVNDIT . præsenti tempore, quod in uulgatis . EFFVDIT . habetur.

TVQVE O TYBRI TVO Genitor Cum Flumine Sancto . TV . O Genitor. distinguendum esset ex antiquis codicibus, in pronomen & aduerbium uocandi. Comperetur q; . TV . ob subsequentem uocalem; quod non ideo apposui, quia lectionem huiusmodi probarem; sed, ut codicum tantum uarietatem indicarem. Quidam, ut in plerisq; aliis locis, QVE . particulam inseruere. Hinc pleriq; codices habent . IVQVE O TYBRI TVQ. O Genitor. tā imperite q̄ absurde. Perinde ac etiam . XANCTO . pro SANCTO . scripsere. Nam . S . etiam simplex in . X . mutare quorundam mos fuit, ut habetur in Veterum monumentis CASSIVS XECVNDVS . & alia quædam huiusmodi.

QVO Te Cumq; Lacus Miserantem Incommoda Nostra Fonte TENET. In Ro. codice . TENENT . legitur, ut Lacus sit pluralis numeri. Non enim adhuc proprium Fontem aut Lacum nouit.

SEMPER CELEBRABERE Donis. In plerisq; cod. antiquis . VENERABERE. specie Latino sermoni insolita . CELEBRABERE . autem omnino melius.

ADSIS O TANDEM ET PROPIVS . In Ro. codice, & in Mediceo . ADSIS O TANTVM . legitur. In aliquot aliis . ADSIS ET TANDEM PROPIVS . Sed omnino uenustius est . O TANDEM .

QVAM Longa EST Nocte . In codicibus aliquot antiquis nō habetur . EST. sed enim figuratam illam priorem lectionem agnoscit Seruius.

LENIIT Et Tacita . In Ro. codice more suo . LENIT . unico . I . quod uel oblōga figura scribi debet, ut pro duobus accipiat. sicuti MEMOR BENEFICI . uel spondeus est κατὰ συναίρεσιν . Sed magis placet . LENIIT . dactylus.

ERGO Iter Inceptum CELERANT . In plerisq; cod. ant. PERAGVNT . legit. Vtrūq; placet, sed melius . CELERANT . In Med. . CELEBRANT ; quod cū eo quadraret, quod sequit Rumore Secundo. Quod uero aiūt Interpretes Rumore secundo .i. bona fama, nihil ad Virgilianam sententiā facere uidetur. Nam Rumor hic pro plausu ponitur.

LABITVR VNCTA Vadis Abies. In cod. aliquot antiquis . VDA . non VNCTA . legitur. Sed . VNCTA . magis propriū, quo epitheto alias etiam Poeta usus est ad pingendas nauis. Natat VNCTA Carina. Quod uero sub iunxit, Vndas & nemus mirari, secūdum Pythagoræ disciplinam dictum; qui putabat omnia spiritum uegetationis habentia, posse mirari.

CVM Muros Arcemq; Procul ET RARA Domorum. In Oblongo codice perueteri, & quibusdam aliis . ARCES . legitur numero multitudinis, ut referatur ad

Colles septem, uel ad illud Septemq; una sibi muro circumdedit ARCES . Nam RARA domorum Tecta uident, quæ nunc Romana potentia cœlo Aequauit. Est autem pro . ET RARA . in Romano codice, & in Mediceo . AC .

EVANDER Habebat. In Romano, & in Mediceo . EVANDRVS . Nam EVANDER . Vocatiui casus esse uolunt, pro EVANDRE , κατὰ μετάθεσιν. Reliqui tamen codices EVANDER habent Nominatiuo casu. Voluntq; alii EVANDRE . in Vocatiuo fieri κατὰ μετάθεσιν . ut illud, Nam tibi Tymbre caput, quod agnoscit Probus. Sosipater tamen Carisius ita scribit. Alexander, Teucer dici debet . Sed & Alexandrus, & Teucrus dici possunt. ut Virg. Teucrus & Euandrus, secundum illã scilicet rationem, qua nomina græca in . OS . exeuntia, latine in . VS . exire Aurelio placet . Contra quam regulam a Græcis ἀγρός, idem a nobis Ager dicitur. Ideoq; ut in his, & cæteris consuetudo sequenda est. Sed enim super hoc latius habetur libro Tertio, eo uersu TEVCRVS Rheteas.

FORTE Die SOLENNEM Illo . In Romano codice . SOLEMNE . genere neutro legitur, quod minime placet.

PALLAS Huic Filius Vna . Quod in ueteribus aliquot codicibus . PALLANS scriptum inueniatur, non est præter alicuius ætatis consuetudinem . Nam præter ea, quæ alibi retulimus, in antiquis inscriptionibus obseruata. Romæ apud Matiũ Melinum magnæ celebritatis Patricium, hospitem olim meum officiosissimum in antiquissimi Monumenti Titulo uidi PALLANS . per . N . scriptũ. Est uero cippus is pulcherrime elaboratus opere Corinthio, omniũ, quæ ad hanc diem uiderim lasciuissimo, cuius inscriptionis uerba singula in hunc modum habent.

VOLVSIAE

ARBVSCVLAE

PALLANS . Q . N .

A . FRVM .

CONTVBERNALI

CARISSIMAE . ET . SIBI.

In cuius basi est

PERMISSV . DEC .

Alibi etiam nomen id hoc pacto scriptum in Veterum monumentis obseruaui, præsertimq; . LL . duplicato, quod iam pleriq; non illiterati Viri simplici . L . scribere cœperunt. Sed enim non sum nescius ueteres inscriptiones huiusmodi plerũq; uariare, litteramq; ipsam . N . non modo superaddi solitam, uerum etiam, ubi ex analogiæ ratione sit adscribenda, plerunq; reiici, ut alibi factum in nominibus IN FAS . & CLEMES . ostendimus . Sed quamuis ita Veteres scriptitauerint, Probus tamen Valerius nomen hoc in . AS . terminari tradit . Et hunc locum citat ut . AS . longũ ostendat. Qui si . ANS . per . N . & . S . agnouisset, non hoc usus esset testimonio. Alibiq; errare eos dicit, qui putant PALLANTIS Genitiuum a recto PALLANS , per . N . litteram, & PALLADIS a PALLAS , absq; N . deduci; quas uoces accentu tantũ distingui monstrat, quũ Pallas, Dea sit oxytonon. Pallas, Heros, paroxytonon. De terminatione uero eorũ nominũ, quæ sunt

INFAS. & CLEMES, fatis est libro Primo dictum. Huiusmodi uero generis est etiam . PRECNAS . quod per . AS . absq . N . in antiquissimo codice Terentiano scriptum in Ecyra legi eo loco,
Nam abducta a uobis PRECNAS fuerat filia.
Sane apud Sosipatrum Carisium, ubi utrum Partium, an Partum Genitiuo plurali a Pars partis dicendum sit, quæritur, Plinii uerba referuntur dicentis consuetudinem iam, Partium, proferre cœpisse, ut Pregnatium, & Optimatium; Vbi uidetur etiam Pregnas Pregnatis, ut Optimas. Optimatis a Plinio agnitum.
Illud pro corollario addere uisum est, quod in eodem codice Terentiano, qui est in Bibliotheca Vaticana, qui subsequitur uersus post eum, quem paulo ante citabamus. Neq fuisse Pregantem unq ante hanc sciui diem. absq dictione PREGNANTEM, notatus est; ut ita legatur.
Nam abducta a uobis PRECNAS fuerat filia;
Neq fuisse unquam ante hanc sciui diem.
Quam lectionem ex peritis nonnulli plurimum approbarunt. Sed enim animaduertendum, non esse locum Pyrrhichio in senario uersu, nisi bis absq synalepha scandere uoluerimus, primo loco Tribrachum statuentes, in hunc modum. Neq fu. issPun. quam an. te hanc. sciui. Diem. Verum hæc in medio relinquere consiliu est, quæ sola sibi longum orationis apparatum exposcerent, tam multa apud eum quoq Auctorem sunt iniuria temporum labefactata.
ALLABI Nemus Et TACITIS Incumbere Remis. In Ro. codice & aliquot aliis. TACITOS. legit quippe uiros.nō tamen displicet. TACITIS Remis.
QVAE CAVSA Subegit Ignotas Tentare Vias? In antiquis aliquot exēplaribus QVAE CVRA. legitur. Sed. CAVSSA. magis placet. Ea enim ab Aenea refertur eo uersu. Quos illi bello profugos egere superbo.
QVOD GENVS. In antiquis aliquot codicibus. QVI Genus. non ineleganter positū. In aliquot aliis. QVIS Genus. quod aliis diligentius examinandū
DARDANIAE Venisse VIROS. In Ro. codice, & aliquot (relinquo. aliis. DVCES. legitur pro Viros. In plerisq uero cod. uel hæc, uel illa dictio abrasa discernitur. Sed enim. DVCES. omnino magnificentius est.
OBSTVPVIT Tanto PERCVLSVS Nomine Pallas. Ne repetam amplius OBSTIPVIT. eo me uertam, quod. PERCVSSVS. in antiquis codicibus habetur. a Percutio. Quod uero isti Percellere, unde Perculsus ad animum tantum spectare dicunt, apud Ouidium Quinto Metamorphoseos legas.
Stipite qui media positus fumabat in ara
PERCVLIT. quod quidem nulli non uideatur ad corpus pertinere.
EGREDERE O Quicunq Es. In Romano cod. sententia non profertur per dissolutum. Sed coniungitur cum Obstipuit copulatiua particula adiecta hoc pacto.
ET GRADERE O Quicunq Es Ait. Sed.n. EGREDERE. uideo magis
CORAMQ. PARENTE ALLOQVERE. Codices plerią (Eruditis placere. ueteres. PARENTE. legūt Ablatiuo casu, ut sit corā Parente. Sed mihi magis placet. PARENTEM ADLOQVERE. ut est in Ro. codice, & aliis optimis.
ACCEPITQ. Manu DEXTRAMQ. AMPLEXVS Inhæsit. In plerisq codicibus antiquis. EXCEPITQ. Manu DEXTRAQ. & pro AMPLEXVS. sunt codices, in quibus. IMPLEXVS. legitur; quæ lectio cum DEXTRA Ablatiuo conueniret. Sed enim. AMPLEXVS. plures fautores habet.
TVA Terris DEDITA Fama. Prætereibo quod in antiquis aliquot codicibus DEBITA. legitur, quum. DIDITA. in emendationibus habeatur, quod Seruius etiam agnoscit in codicibus emendatis, dumq exponit. DIDITA. diuulgata. ut illud. Diditur Interea Troiana per agmina murmur. Lucretianum id quidem uerbum, & in hoc significato ab utroq horum sæpissime positum,

MAXIMVS ATLAS . In Ro. codice . MAXVMVS ATLANS . de cuius ſcriptionis ratione pleraq; diximus in Primo Aen. Succurrit uero nunc marmor ſimili ratione inſcriptum, quod elegantia ingenia ſubiectū hic non aſpernabuntur.

ASPRENANS . CALPVRNIVS

TORQVATVS . PATRI . SVO .

Fuiſſe enim in huiuſcemodi nomine ueram lectionem . ASPRENAS . apud antiquiores, fatentur omnes. Tum in Aede Diuæ Ceciliæ Trans Tyberim . ASPRENATIS . CAESIANI . legitur abſq; . N . obliquo caſu .

CYLLENES Gelido Conceptum IN VERTICE Fudit. In antiquis codicibus partim . CYLLENE . partim . CYLLENAE . legitur. Et . CONCEPTVM VERTICE . abſq; . IN . quod non placet.

AVDITIS SI QVICQVAM Credimus ATLAS . In codicibus aliquot antiquis . SI CVIQVAM Credimus ATLANS . legitur . Sed . QVIDQVAM . magis placet. Et ATLAS abſq; . N . ſcribi dictum.

TENTAMENTA Tui Pepigi. In antiquis pleriſq; cod. TEMPTAMENTA . per . MP . legitur; quam ſcribendi rationem, præter omnium fere codicum antiquorum congeriem . In aliquot etiam marmorum inſcriptionibus obſeruaui; cuiuſmodi ea eſt . EIVS . MONIMENTI . PARTEM . ALIENARE . TEMPTAVERIT . Sed enim ubi ita ſcriptum inuenitur, alia quoq; præter Eruditorū uſum inſpiciuntur. Nos itaq; . TENTAMENTA . ſcribamus, ut omnes fere notæ melioris Homines hodie ſcribunt.

ME ME Ipſe, Meumq; Obieci Caput. In antiquis aliquot codicibus . MEMET . legitur; de primæ uero ſyllabæ quantitate uide Valerium Probum, & obſeruatum a Grammaticis . Tutemet . eſſe Dactylum, quod eiuſdem eſt proportionis . Miſſum faciam . CAPVD . per . D . in antiquo quodam codice paſſim notatum . Nam de litteræ illius mutatione ſatis ſuperius dictum .

QVODQ. ALLVIT . In antiquis . ABLVIT . quod non ita placet. Eſt .n. hic Adluere, uel Alluere. quo frequenter utitur Plinius in hanc ſententiam .

ET REBVS Spectata Iuuentus. In codicibus nonnullis antiquis . E REBVS . legitur. Sed enim ſententia uidetur . ET . expoſcere.

ACCIPIO AGNOSCOQ. Libens . In cod. aliquot antiquis . ASPICIO ADGNOSCOQVE legitur. Sed plures omnino . ACCIPIO . habent, ut Illos Porticibus Rex ACCIPIEBAT In amplis.

HESIONES Viſentem Regna. In Romano codice græca pronuntiatione ſcriptū eſt . HISIONAE . prima ſyllaba per . I . quo ſono nūc ητα lĩam pronūtiant ΗΣΙΟΝΗ .n. ſcribitur. Variatq; declinatio Genitiui in antiquis codicibus. Nā in aliis . HESIONES . ut ἡσιονης. In aliis . HESIONAE . latino declinatu quin etiam . HESIONE . per . E . ſimplex reperitur. Sed . HESIONES . omnino Doctioribus placet .

TVM Mihi Prima Genas VESTIBAT Flore Iuuenta. In codicibus aliquot antiquis . VESTEIBAT . ſiue ut Priſcianus putat, mediarum uocalium tranſpoſitione; quæ poſtmodum in . EI . diphth. contrahantur. Siue magis ex Lucillii ſententia, ad . I . productam indicandam, ea diphthongus ſcribi ſolita ſit: Nam in DEICO, & AMEICEIS. & PERICVLEIS. nulla ſynæreſis. Sed & IVVENTA. uarie ſcribitur; in nonnullis enim codicibus . IVVENTVS. In aliis quibuſdam . IVVENTAS . inuenitur; de quibus alibi dictum.

IVVENILI Ardebat Amore. In Ro. codice, & in quibuſdā aliis . IVVENALI . legitur per . A . in pene ultima, quod etiam in aliorum Auctorum ueteribus

exemplaribus obseruaui. Et agnitum a Grammaticis, alibi demonstraui.

ET DEXTRAE CONIVNGERE DEXTRAM. In antiquis aliquot codicibus legere est. DEXTRAM ET CONIVNGERE DEXTRAE. Sed quatuor syllabarum per. E. prolatarum sonus continuatioq; exilitatem quandam præ se ferunt ad fastidium usq;.

ACCESSI Et Cupidus PHINEI. PHINEI multis modis corrupte legitur. Nam & PHAENEI. & PHOENEI. reperitur. Sed enim per. E. PHENEI trisyllabũ omnino legendũ ex probatioribus exẽplaribus. Hom. οι Φινηοτ επικετοι.

CLAMYDEMQ. Auro Dedit INTERTEXTAM. In Ro. codice legere est. INTERTEXTO. Sed. Intertextam. melius.

PALAS. Nisi placeat. PALLANS. ut in plerisq; Veterum monumentis notatum est. Et quia nomen id. N. non recipere tradit Probus. Certe geminato saltem. LL. scribendum erit.

AVXILIO Laetos Dimittam. In hoc etiam nomine. AVXILIO, uariatum. Nam sunt qui. AVSILIO. per. S. sunt qui per. X. sunt qui per utrũq; X. &. S. scribant. & superius in monumentis Veterum. AVXSILIVM. per X. &. S. notatum obseruauimus. Nos. AVXILIVM. ex usu Eruditorum emendatiore scribimus. Sed illud magis me mouerit, quod in codicibus aliquot antiquis. Auxilio TVTOS. legitur. Sed. LAETOS. magis receptum.

ET Amor COMPRESSVS Edendi. Diximus in Ro. codice euenire sæpius, ut dictiones, quæ per geminum. SS. scribendæ forent, per. N. &. S. notatæ sint, ut hoc loco. COMPRENSVS. Id ea de caussa factum est, quod geminandarum consonantium diuersus admodum usus apud Veteres fuit, quadam enim ætate multa, quæ nos unico. S. nunc scribimus, geminato illi, uti superius dictum est, scribebant. AVSSVS. IMPERIOSSVS. FORMOSSVS. & similia. Contra fuere tempora; quibus ut obseruatum a Verrio est; consonantes minime geminarent. Vbi uero quid gemina consonante scribẽdum occurrisset, supra litteram, quæ gemina scribenda erat, notam quandã ponere consuerãt. Amplius, Velius Longus Nisum auctorẽ citat, qui. COMESE. &. SVESE. & alia huiusmodi simplici. S. scribenda censuerit; ea ratione, quod iuxta productam uocalem consonans progredi non soleat. &. S. præsertim quondã minime geminauerint. Qui uero notam Victorinus Sicilicon appellat, geminandis consonantibus superponi solitam huiusmodi est figura. ?. ut alibi monuimus. Quod apud eos, qui de ponderibus & mensuris scribunt, animaduerti. Posterioris inde sæculi imperitia factum est, ut crediderint notam eam compendiariæ scripturæ apicem esse, quem loco litteræ. N. solemus interdũ adlinere. Hinc COMPRENSVS, hoc loco & in aliis codicibus. IMPERIONSVS. & FORMONSVS, quæ nõnunq̃ SS. geminato scribi consuerunt, emanasse crediderim. Quanq̃ in. FORMONSVS. circũflexum accentum, aut την μακρὰν etiam huic errori ansam dedisse credi possit, ut alibi disputatum est.

REX EVANDER AIT. Pauci admodum codices sunt, in quibus. EVANDER legatur: sed in q̃plurimis. EVANDRVS. de quo superius satis dictũ. Quãuis Seruius in Georg. dicat nomina, quæ apud Græcos in GROS. TROS. PROS. CROS. DROS. exeunt apud nos in. ER. terminari, & secundæ esse declinationis. Ex quibus duo tantũ nomina designentur, CODRVS. & CONCRVS. Verũ hæc latius ex Carisio recitauimus libro Tertio.

VANA Superstitio VETERVMVE Ignara Deorum. In Ro. codice & quibusdã aliis antiquis legere est. VETERVMQ. & ita scriptum est in Lactantii Firmiani codicibus, ubi. L. IIII. locum hunc exponit in hunc modum. Qui nouos sibi ritus assumebant, ut Deorum uice mortuos honorarẽt, quos ex hominibus in cœlũ receptos putabãt, hos superstitiosos uocabant. Eos uero, qui publicos & antiquos

Deos colerent, Religiosos nominabant, Vnde Virgilius. Vana superstitio Veterumq; ignara Deorum.

IAMPRIMVM Saxis. In peruteteri codice. IAMPRIDEM. legitur, quod nonnullis minime displicuisse animaduerti.

DISIECTAE Procul Vt Moles. In Ro codice. DEIECTAE. legitur, quod non æq; placet. Dicturus enim rem ab Hercule gestam, maius nescio quid ostendit, dicendo Moles disiectas. Loquitur uero de fragmentis illis, quæ ab Auentini uertice, & imis radicibus auulsit Hercules, ut sibi aditũ in antrum Caci patefaceret.

FACIES Quam Dira TENEBAT. In Ro. codice, & aliquot aliis peruetustis TEGEBAT. legitur. Sed. TENEBAT. receptum magis.

FORIBVSQ. AFFIXA Superbis. In aliquot antiquis exemplaribus legere est FORIBVS SVSPENSA Superbis. Sed. ADFIXA. nescio quid atrocius ostendit. In Mediceo absq; particula copulatiua. FORIBVS Affixa. legitur.

NAM MAXIMVS VLTOR. In cod. nonnullis peruteteribus. MAXVMVS HEROS. legitur. Sed magis placet. VLTOR. quod ex iis titulis est, qui DIS adscribi soliti sunt in Veterum nummis, ut. IOVI. VLTORI. Et MARS. VLTOR. Resq; ipsa gesta, titulum huiusmodi exposcere uidetur.

AT FVRIIS Caci Mens Effera. Non inficior in Ro. codice, & quibusdam aliis recentioribus codicibus. FVRIIS. legi. Sed enim exemplaria pleraq; uetusta cum Mediceo, & Porcio. FVRIS. habent; quo uocabulo quam maxima exprimitur ignominia. Neq; enim ignorabat Virgilius q̃ seuere olim apud Veteres furtum puniri solitum esset, quamq; leui de caussa, uel uno uerbo furti quis argueretur. Quippe si Iumentum quis aliorsum duxisset, q̃ quo utendum accepisset, aut longius q̃ quem in locum petiisset. Q. item Scæuola declarante. Quod cui seruandum datum est, si id usus est; siue quod utendum acceperit, ad aliam rem, atq; adceperat, usus est, Furti se obligasse. Multaq; huiusmodi tum a Labeone, tum a Sabino examinata, quæ temporum illorum integritatem ostendant. Quare Seruius pro ingenti scelere. FVRIS nomen positum ait; Hoc uero loco non tam epitheton illi monstro proprium est. q̃ etiam inseruire tempori uidetur.

NEQVID Inausum Aut INTEMPTATVM Scelerisue Doliue Fuisset. Iuniores INTENTATVM. scribunt. In Ro. codice, & in Mediceo. INTRACTATVM. legitur. Nam Tractare, & Contrectare de Furibus sæpe dictum obserues. Solinus. dũ tractat etiã ea, quæ cõcesserãt in Arcadũ iura duce Hercule oppressus est.

QVAERENTEM Nulla. In Ro. codice, & aliquot aliis. QVAERENTIS. legitur, numero multitudinis. Non enim uerisimile est Herculẽ tãtum quæsiuisse, Sed oratio crescit ex infinito. In Mediceo. QVAERENTE. per modum cõsequentiæ scriptũ cum paraphrasi, Hercule; quæ quidem structura uidet subagrestis.

SVB Antro MVGIIT. Et Caci Spem. In antiquis plerisq; cod. MVGIT. per synæresin scribitur. siue potius. I. oblongum fuerit pro gemino.

EMVNIIT OBIICE Postes. In antiquis codicibus. OBICE. unico. I. de quo plura Gellius.

ADERAT Tirynthius OMNEMQVE Accessum Lustrans. In plerisq; codicibus antiquis non est uersus hypermeter, sed. OMNEM ACCESSVM. legitur. magis tamen placet. OMNEMQVE Accessum Lustrans.

IMPVLSV Quo Maximus INSONAT Aether. In antiquis aliquot. INTONAT. habetur. Sed. INSONAT. in pluribus.

INFERNAS RESERET Sedes. Et Regna RECLVDAT. In codicibus aliquot antiquis. RESERAT. & RECLVDIT. legitur, præsenti tempore. Sed altera lectio cultior ab Eruditorum collegio iudicatur.

TREPIDENT Immisso Lumine Manes. In Ro. codice. TREPIDENTQVE. legitur, quod & uersum & sententiam replet, & numerosius sonat.

DEPRENSVM IN Luce. In cod. aliquot antiquis non habetur . IN .
INSVETA RVDENTEM . Sunt codices antiqui, in quibus . Insueta PAVENTEM . scriptum est; sed . RVDENTEM . magis tumultum auget.
FVGA Iam Super Vlla Pericli EST . In plerisque codicibus antiquis non habetur EST . uerbum . Id uero me nihil offendit adiectum.
QVA Plurimus Vndam Fumus Agit . In antiquis aliquot codicibus . QVO .
FORIBVS Domus Atra REVVLSIS . In codicibus aliquot . RECLVSIS . legitur; quod est admodum leue, Tanto in conatu . Quare magis placet . REVOLSIS . ut in Romano, & aliquot aliis probatioribus habetur.
POCVLA PORGITE Dextris . In codicibus aliquot antiquis . SPARGITE . legitur; sed . PORGITE . magis receptum.
ET SACER IMPLEVIT DEXTRAM SCYPHVS . In codicibus aliquot antiquis legere est . ET DEXTRAM IMPLEVIT SANCTVS SCYPHVS . Sed uulgata lectio receptior.
FLAMMASQ. Ferebant . In cod. aliquot ant. FLAMMAM . numero unitatis.
EVINCTI Tempora . In codicibus aliquot antiquis . ET VINCTI . legitur; quod non ita placet.
HIC Iuuenum Chorus ILLE Senum . Neque quidem placet, quod in nonnullis codicibus . ATQVE Senum . legitur, admissa Seruii distinctione.
DISIECERIT Vrbes . In uetustis aliquot codicibus . DEIECERIT . legitur. Sed maiorem uim & impetum ostendit . DISIECERIT .
VT DVROS Mille Labores . In Ro. codice . ET Duros . quod non æque placet.
NEMEAE Sub Rupe Leonem . In Ro. codice . NEMEA . legitur. Sed enim Seruius . NEMEAE . legendum ostendit, quia Nemeæus deriuatiuum sit; Apud Græcos tamen utrumque repent . νεμεῖος, καὶ ὁ νεμαῖος . ut obseruarũ a Grãmaticis.
Est etiam in Ro. codice . SEMENSA . pro SEMESA . errore illo familiari.
NEC IVNGERE . In aliquot antiquis . NEQVE . particula ea ter repetita . QVEIS NEQVE mos, neque cultus erat, NEQVE Iungere Tauros . Sunt tamen qui . NEC . monosyllabum tertio loco malint.
AVREAQ. (Vt Perhibent) Illo Sub Rege FVERVNT Sæcula . Veteres codices fere omnes legunt . AVREA QVAE Perhibẽt . Nempe, sæcula fuere sub illo Rege, quæ perhibent aurea . In aliquot uero codicibus, quod non ita placet, legere est . AVREAQVE Perhibent Illo Sub Rege FVISSE Sæcula . Sed uulgata lectio . AVREAQVE VT Perhibent . magis Doctis omnibus adridet.
TVM Manus AVSONIAE Et Gentes . In Ro. cod. . AVSONIA . Ausoniam uero putat Verrius dictam ab Ausonio Rege, Vlyssis filio, ex Calypso; qui primus partem eam tenuerit, ubi Beneuentum & Cales . Deinde paulatim sic dicta sit tota Italia, quæ ab alpibus includitur . Quod uero paulo infra, non procedere ait Seruius, quod a Liuio traditum est, Tybrin dictum ab Albano Rege Tyberino, suppetias Liuio fert Varro, dum is quoque Tybrin a Tyberino Silujo Albanorum Rege, qui is in eo extinctus sit, dictum asserit.
ET NOBILE Pallanteum . In Romano cod. legitur . NOMINE . ueluti dixerat Carmentalem Romano NOMINE Portam . Sed omnino . NOBILE . magis placet, ob antiqua tot eo de loco monumenta.
ET LETVM Docet Hospitis Argi . In codicibus aliquot legere est . ET MORTEM Docet . Sed magis placet . LETVM . ut persistet in nominis adlusione de Argileto . Quamuis non ignoro esse, qui ab Argola quodam uiro non ignobili, qui fuerit ibi sepultus, Locum dictum uelint . Alii ab Argilla, quod ibi id genus terræ affatim fuerit.
IAM TVM SYLVAM . In Romano . SILVAS . In quibusdam aliis . IAM IAM SILVAM . Sed . IAM TVM . magis omnino placet.

HANC Saturnus condidit VRBEM . In codicibus aliquot antiquis . ARCEM . non . VRBEM . legas; quod est historiæ propius; Nisi Vrbem dictum sit ad ampliationem, & honestiorem rei nuncupationem; siue ad id respexerit, quod Roma inde κατ᾽ ἐξοχὴν . VRBS . appellata est .

LAVTIS Mugire CARINIS . In Ro. codice legit . CAVERNIS . errore

AVGVSTI SVBTER Fastigia Tecti Ingentem Aeneam Duxit . (fœdo. In codicibus aliquot antiquis . SVBEVNT . legitur . Sed . SVBTER . lectio castior uidetur; aliter . Ingentem Aeneam duxit . imperfecta erit oratio .

ASPIRAT Amorem . In aliquot codicibus antiquis . INSPIRAT . Sed & ADSPIRAT . inuenitur, quod nonnullis placet .

ARTIS OPISVE TVAE . In Ant. aliquot codicibus . OPVSVE . ut sit Arma Opusue artis tuæ . Nam non tam Armorum præsidium; q̃ etiam Artificii uisendã pulchritudinẽ admirabit Poeta, in armis ipsis . Est etiam . OPISQVE . legere.

NVNC Iouis IMPERIIS RVTVLORVM Constitit Oris . In Oblongo cod. & quibusdam aliis antiquis . IMPERIO . unitatis numero legitur, quod etiam apud Seruium aduertas . Missum uero faciam, quod in plerisq; codicibus & hic & alibi RVTILORVM . secunda syllaba per . I . notatur .

ARMA Rogo GENITRIX Nato . Ex antiquioribus codicibus scribendum GENETRIX . media syllaba per . E . ut alibi monuimus .

TE Filia NEREI . In codicibus aliquot antiquis . NERI . legitur . In nonnullis . NERES . Super quo declinatu multa Seruius memorat . Priscianus uero in huiusmodi nominibus positum ait Datiuum pro Genitiuo . Quare . NEREI . scribendum erit . Sed . NERI . pronuntiare non incongruum, facta synæresi in .ει. græcam diphthongum .

CVNCTANTEM Amplexu Molli Fouet . In Seruii uerbis aliquid desideratur; & ut illi etiam suppetias feramus; Nonius Marcellus locum hunc exponens ait. CVNCTANTEM , dubitantem . Quare ita etiam apud Seruium legendũ crediderim . Cunctantem , dubitantem .s. de promissione . Deest enim . DVBITANTEM . in Seruianis scriptis .

ET LABEFACTA Per Ossa Cucurrit . In plerisq; cod. antiquis . CALEFACTA . legi, sed . LABEFACTA . Seruius agnoscit . Quæ phrasis Catulliana est, Non si illam raræ Labefactes munere uestis .

TVM PATER Aeterno Fatur DEVICTVS Amore . In Ro. codice & in quibusdam aliis peruetenibus . DEVINCTVS . legitur, quod Amoris proprium est . & Vinculum in mysticis significationibus Amorem denotat . Neminem .n. facilius ad te trahas, & arbitrio colligaris tuo q̃ Amantem . Poetæ uero passim Amoris laqueos & retia decantarunt, ut sæpe apud Lucretium .

Nam Vitare plagas in Amoris ne iaciamur,
Non ita difficile est, q̃ captum retibus ipsis
Exire, & ualidos Veneris perrumpere nodos .

QVID Causas Petis Ex Alto Fiducia Cessit QVO Tibi Diua Mei . Legitur utroq; loco . QVID : ut repetitio sit . QVID Caussas Petis Ex Alto Fiducia Cessit . QVID Tibi Diua mei . Sed . QVO . aduerbium secundo loco magis placet . Illud autem, quod est EX ALTO . Seruius exponit, argumentatione longe repetita . Nonius, ex Vetusto & antiquo interpretatur .

QVOD Fieri Ferro Liquidoue POTESTVR ELECTRO . POTESTVR . omnino in codicibus aliquot antiquis reperitur . Et in aliquot etiam duæ ultimæ litteræ abrasæ sunt . In Romano tamen, & in quibusdam aliis codicibus ipsa uetustate Venerabilibus . POTEST . habetur. Quod magis placet, ut duo declinemus euitanda . Potestur illud post Lucretiana tempora iam obsoletum, & primam in dictione ELECTRO correptam, quæ natura longa est, ut, Sudant ELECTRA

Myricæ . ἀλκτήριον enim græce per .V. uocalē omniū porro cōsensu longā, scribit.
PLACIDVMQVE Petiuit Coniugis INFVSVS Gremio Per Membra Soporem. Sunt cod. admodū Veteres, in quibus . INFVSVM . legitur, quod nō æq; placet.
CEV FOEMINA Primum Cui Tolerare Colo Vitam TENVIQVE MINERVA. Quia sequitur inferius, Haud secus ignipotens, crediderunt nōnulli . CEV Fœmina . legendum. Sed .n. cod. pleriq; ueteres, cū iis, qui apud me sunt . CVM . non . CEV . legunt; spectat enim comparatio ad tempus etiam antelucanum, quod & Volcanalia nuncupant, quare addit, Nec tempore segnior illo. Sed hoc utrūq; placeat, non laboro. Quod uero super . TENVIQVE MINERVA. tam multa congerantur ab Interpretibus, iis loci huius expositionem excogitata, aliter nonnulli codices admodum antiqui legunt, ubi . CALATHISQVE MINERVAE . habetur. Sed enim . TENVIQVE MINERVA . in Ro. cod. est, in Mediceo, & aliis quibusdā, eāq; lectionē agnoscūt Aru. Messus & Priscianus.
QVAM SVBTER Specus. In uetustis aliquot exēpl. QVAM SVBTVS . habet.
STRICTVRAE Calybum. STRICTVRA inquit Seruius, est terra ferri in massā coacta. Nonius Marcellus locum hunc citat, Exponitq;, Strictutæ sunt scintillæ. A stringenda uero acie uocabulum Stricturis impositum ait Pl. L . XXXIIII.
HVC Tunc Ignipotens. HVC . quidem in plerisq; uulgatis codicibus habetur; sed pleriq; ueteres . HOC . legunt, quod Seruius agnoscit pro . HVC . positū. Circumfertur uero Epitaphium, quod extat Capuæ, in quo de more huiusmodi scriptum sit . INFERRI . HOC . NON . LICET . NISI . QVORVM NOMINA . SCRIPTA . SVNT . ET . QVIBVS . CAVERO .
DEIICIT In Terras. Antiqua aliquot exēplaria . DEICIT . unico . I . legūt, Longe uero plura . DEIECIT . pene ultima correpta; eaq; dictio præsenti tēpore pluribus locis ita scripta, Deiecio deiecis, non Deiicio, scribi aliquando solitum ostendi; ac de mutatione quidem . litteræ . I . in . E . satis superius disputatū. Hoc uero loco No. Marcellus DEIICIT, Mittit, interpretatur.
FVLGORES Nunc TERRIFICOS . In Romano, & omnibus fere aliis ueteribus codicibus . HORRIFICOS . legere est. Et ubi inferius habetur, Aegidaq; Horrificam; iidem omnes quotquot uiderim codices . HORRIFERAM . legunt uno consensu.
POLIBANT . In aliquot antiquis . POLEIBANT . de qua scribendi ratione, satis superius disputatum est.
DESECTO Vertentem Lumina Collo. Sunt codices, in quibus . DISECTO . legatur. In aliquibus . DISIECTO . In Romano . DEIECTO . Sed DESECTO . magis placet, ut in Mediceo est.
COEPTOSQVE AVferte Labores. In codicibus aliquot antiquis . CERTOS . legitur, hoc est qui quotidiana opera exercentur, qui olim instituti, qui uobis præcipue soliti. Nam alia q̄ soleant excudere nunc opera imperaturus est. Non tamen displicet . COEPTOS . ut cod. aliquot etiam manu scripti legunt.
PRAECIPITATE MORAS . In aliquot antiquis . MORAM . Sed numero multitudinis magis placet, quod maiorem ostendit festinationem.
FORCIPE MASSAM. Sunt quidē codices, in quibus . FORFICE . legatur. Sed enim Seruius agnoscit . FORCIPE . & utriusq; diuersum ostendit usum. Carisius . FORCIPE . loco hoc positum a Virgilio tradit; quamuis de Forfice cum Seruio non sentiat. Quod uero exemplaria . MASSAM . habent, in Carisii codicibus eius loco . FERRVM . legitur.
DEMISSA AB LEVA . Antiqui aliquot codices . A LEVO . legunt, ut subintelligatur Humero. Sed ab Leua .s. parte, uel manu magis recepta lectio.
HINC Rutulus Premit Et Murum Circumsonat ARMIS . In codicibus aliquot antiquis, Circumsonat ARCENS . legitur. In aliquot aliis . ARRVNS .

ut non unus nominetur hostis ad maiorem timoris exaggerationem, seq; honestius excuset, quod modico eum auxilio iuuet. Mihi autem . ARMIS . ut in codicibus emendatioribus habetur, nequaq; displicet.

TABOQVE FLVENTES . In antiquo cod. . FLVENTI quippe Tabo . legit.

ILLE Inter CEDES Rutulorum . In Vaticanis omnibus codicibus . CEDEM . unitatis numero legitur; non ita in plerisq; aliis.

NVLLI FAS ITALO . In antiquis aliquot cod. mutato numero legitur . FAS ITALO NVLLI . Sed principiũ a spondeo uersum omnino grauiorem reddit.

MANDATQVE Insignia TARCON . In antiquo cod. TARCHO . Alibi uero ex . C. Iulii Ro. & quorundam aliorum sententia, nullum nomen latinum ON . litteris finiri monuimus; Quãuis Plinius nomina, quædã dicit proprios gentis suæ uultus formamq; apud nos etiam custodire . De nominibus autem huiusmodi Fab. Quintilianus ait, ut Palæmo, Thelamo, & Plato (Nam sic eum Cicero quoq; appellat) diceretur, retinuerunt; quia Latini, quod . O . & . N . litteris finiretur, non reperiebant.

ET GENERI FATVM INDVLGET. In Mediceo codice plurali numero . FATA INDVLGENT . scriptum est.

HVNC Tibi Præterea . In aliquot antiquis legere est . NVNC Tibi . Sed pronomen illud indicatiuum longe plus ponderis & energiæ habere uidetur, dicendo HVNC Pallanta . Nam & in pronomine ipso, & in pprio nomine emphasis est.

PRIMIS ET TE MIRETVR Ab Annis . Sunt cod. antiqui, in quibus legere est TE IMITETVR . absq; synalepha . Sed omnino . MIRETVR . magis placet; quia plus est Mirari, in quo Rei, quã uix te assequi posse speres, magnitudo ostẽtat.

ARCADES Huic Equites . In antiquis, & emendatis codicibus . ARCADAS . per . AS . scriptum est metro ita suadente; Nam Accusatiuus pluralis in . ES . latinus esset, & non nisi producta ultima poneretur.

ROBORA Pubis Lecta Dabo . Antiqui aliquot codices . CORPORA Pubis . legunt . Sed omnino longe melius est . ROBORA .

TOTIDEMQVE SVO Tibi NOMINE PALAS . In codicibus aliquot antiquis legere est . SVO Tibi MVNERE PALLAS . Sed enim Seruius NOMINE . agnoscit.

DEFIXIQVE Ora Tenebant . Vetusta quædã exempl. legunt . INTENTIQ. Sed enim . DEFIXI . magis placet, quod præ se fert etiam stupotem quendã.

FRAGOR INTONAT INGENS . Antiqui pleriq; codices, Vaticaniq; omnino cum Mediceo & Porcio . INCREPAT . legunt; quis . INTONAT . ea ratione Seruio placet, quod alibi dictũ a Poeta, Fulminat Aeneas armis . Quod uero paulo post sequit . PVLSA TONARE . in antiquis aliquot . SONARE. legere est . Sunt etiam uetusti admodum codices, in quibus . FRAGOR INTONAT AVRES . legatur; sed hoc aliorum iudicio relinquemus.

AGNOVIT Sonitum ET DIVAE . In Ro. codice non habetur . ET . ut per appositionẽ legas . DIVAE Promissa Parentis . Eruditis tamen auribus uulgata lectio . Sonitum ET DIVAE . magis adblanditur.

NE VERO HOSPES NE QVAERE Profecto . In codicibus aliquot antiquis legere est . NE QVAERE HOSPES NE Quære Profecto . Vtraq; lectio & uenusta est, & a Virgiliana phrasi non aliena.

QVAM Multa Sub VNDAS Scuta Virum Galeasq; Et Fortia Corpora Volues . In Ro. codice legere est . Sub VNDA . quod non displicet; in loco enim uoluenda sunt . Sed . Sub VNDAS . ad locum, omnino uehementius est.

HERCVLEAS Sopitis Ignibus Aras EXCITAT . In antiquis plerisq; codicibus SVSCITAT . legitur, non inepte, quam lectionem agnoscit Seruius.

HESTERNVMQVE Larem . Placet Seruio . HESTERNVM , cui pridie sacrificauerat.

ficauerat. Improbatq; Externum; Quod tamen & in Romano codice, & quibusdam aliis peruetustis codicibus inuenitur. Sunt, qui Paruos Penates Extremos intelligant; quum solitus sit Poeta Aeneæ Penates Magnos Deos appellare, ut eo loco, Feror exsul in altum cum Sociis Gnatoq;, Penatibus & Magnis Dis; & per Magnos Penates iurat Ascanius in Nono. Dixerat tamen Euandrus. Communemq; uocare Deum. De quo plura Macrobius.

EVANDER Pariter, Pariter Troiana Iuuentus. In antiquis plerisq; codicibus EVANDRVS. per terminationem. VS. scriptum est, quod hoc loco perplacet, quia sic ὁμοιοτέλευτον euitatur, quæ tribus continuis dictionibus haberetur in. ER. si EVANDER etiam legeretur. Quid uero Veteres de nominibus huiusmodi tradiderint, alibi recitatum est.

OCYVS IRE Equites Tyrrheni Ad LITORA Regis. Antiqui aliquot codices AD LIMINA. habent. Sed. LITORA. Peritioribus placet. Nam inde nauibus in castra prouecti sunt. Id etiam obseruandum, quod Seruius ait, Ocyus positiuus antiquus est, id est celeriter; Nec enim potest esse comparatiuus, ubi nulla est comparatio. At quo modo positiuus, cuius masculinum Ocyor sit, ut fulminis ocyor alis. Quare dicendum potius comparatiuum esse pro positiuo, ita tamen, ut insolitum quiddam significet. Ita ibi. Adloquitur Venus Tristior q̃ scilicet solita sit.

IT Timor Et MAIOR MARTIS IAM APPARET Imago. In Romano codice. ET Timor Et Maior. Sed id forte solito more. Sunt etiam uetusti codices, in quibus absq; particula. IAM. ita legitur. MAIOR Martis Apparet Imago. Nostræ tamen ætatis ingeniis, IAM, illud interpositum magis adridet, quod nescio quid addat carminis maiestati.

HAERET INEXPLETVM Lacrimans. Non placet, quod in quibusdam codicibus antiquis. INEXPLETVS. legitur; quamuis agnitum Veterum etiam temporibus. In aliquot aliis. IN AMPLEXVS Lacrimans. habetur. Sed. INEXPLETVM. agnoscunt Eruditi omnes.

CVM PRIMAM ACIEM. In antiquis codicibus. PRIMVM. legitur. Sed melius. PRIMAM ACIEM.

REGEM Hac ERYLVM. In Romano codice. ERVLVM. per. V. more suo, ut SIBVLLA pro Sibylla. THRASVLLVS pro Thrasyllus; & alia huiusmodi passim apud Tacitum, & aliquot alios.

NEQVE FINITIMVS Mezentius VNQVAM. Huic Capiti INSVLTANS. In antiquis aliquot codicibus. FINITIMO. legitur. uel mihi, uel Huic Capiti. Et. EXVLTANS Dedisset Funera. Legitur &. VSQVAM. in codicibus aliquot antiquis, quod pertinet ad repetitionis ornatum, Si cui ita legere placuerit.

Non ego nunc dulci Amplexu diuellerer usquam
Gnate tuo. Neq; finitimo Mezentius usquam
Huic capiti insultans tot ferro sæua dedisset
Funera, tam multis uiduasset ciuibus urbem.

Quo loco Seruius ait proprie. VIDVASSET. dictum a Virgilio; quia Vrbs est generis fœminini; abusiue uero & satis incongrue ab Horatio dictum. Viduus pharetra Risit Apollo.

Quia scilicet putat ipse Viduam, quasi Viro iduam dici. Atqui sunt ex Grammaticis, quorum auctoritas minime contemnenda est, qui, VIDVVM, a VE, & DVITATE, dictum uelint, sicut Vesanus, non sanus, atq; ita non incongrue dixerit Horatius, Viduus Apollo.

AT VOS O SVPERI ET DIVOM TV MAXIME RECTOR IVPPITER ARCADII QVAESO Miserescite REGIS, ET Patrias Audite Preces,

In antiquo admodum codice lectio hæc uariat in hunc modum.
DIVOM TV MAXVME RECTOR
IVPITER Arcadii Quæso REMINISCERE Regis.
EXAVDIQVE PRECES PATRIAS.
Vulgata tamen lectio plures habet fautores, quia sequitur. Si numina uestra. Incolumem Pallanta mihi si fata reseruent, apostrophe ad plures.

SI VISVRVS EVM VIVO. In codicibus aliquot antiquis. VIVOM. legitur, quod non ita placet. Nam ad id, quod nonnulli obiiciunt, recte. VIVOM. positum. quia præter uota uidit eum postmodum, sed non Viuum, responsum fecerim, satis esse, quod iam dixerat. Si numina uestra Incolumem Pallanta mihi si Fata reseruent. Et quia non satis erat desiderio Patris Filium esse incolumem, nisi & iucundissimo eius frueretur aspectu, eiusq; complexus peteret, adiecit. Si uisurus eum uiuo, & uenturus in unum.

PATIAR Quemuis Durare Laborem. In antiquis pene omnibus codicibus PATIOR. est præsenti tempore, quod auget assensum, & rem iam actu esse subinnuit, uel ad incommoda senectutis respicit, quæ per se ipsa morbus est, de qua Comicus ait, χαλεπον το γηρας ιστανθρωποις βαρος.

NVNC NVNC O Liceat. In antiquissimo codice Romano. & quibusdam aliis legere est. NVNC O NVNC Liceat. Quod quantam præ se ferat uenustatem & elegantiam; nulli arbitror ambiguum esse.

MEA SOLA ET SERA Voluptas. In Mediceo, & in Porcio transpositis uerbis legere est. MEA SERA ET SOLA Voluptas. quod maiori cum orationis ornatu, si diligenter inspicias, factum animaduertes. Est uero hoc cuiusmodi filium Homerus uocat τηλυγετον. τηλυγετον. και μουνογενη.

COMPLEXV Teneo. In Romano codice legere est per Participium. COMPLEXVS. Dum te Complexus. Sed enim. COMPLEXV. omnino melius.

GRAVIOR NE NVNCIVS AVRES VVLNERET. In codicibus antiquioribus scriptum est. NVNTIVS AVRIS VOLNERET. Exponit uero Marcellus GRAVIOR. TRISTIOR.

FAMVLI COLLAPSVM In Tecta Ferebant. In antiquis codicibus. CONLAPSVM. habetur. præpositione incolumi, instar eius inscriptionis, quæ Romæ adhuc superat in monumentis. L. Septimii Seueri Pii.

ARCVS. CAELIMONTANOS. PLVRIFARIAM
VETVSTATE. CONLAPSOS. ET. CONRVPTOS. A
SOLO. SVA. PECVNIA. RESTITVERVNT.

OCVLISQVE SEQVVNTVR. In plerisq; uetustis codicibus. SECVNTVR notatum obserues. Sed enim per. Q. scribendum Victorini sententia est. Alii quidam. Q. in uerbo. SEQVVNTVR. & LOQVVNTVR. ita adamarunt, ut eorum etiam participia. Secutus. Locutus, per. Q. SEQVVTVS. LOQVVTVS. scribere uoluerint, præcipientes hoc scriptioné ad origné referri

TVTA Tenebant Castra Locis. In aliquot cod. antiquis legere (debere. est. CVNCTA Tenebant Castra. quod si admittas, Seruii omnis ambiguitas tolletur. Nám omnis funis surrexit Etruria iustis, quæ castra eo loco metata erat.

VT PROCVL EGELIDO SECRETVM Flumine Vidit. In Romano codice HAEC CELIDO. ut sit HAEC scilicet Venus, quod incomptum uidetur. in aliis. ET. in aliis. E. separatim legitur. Placet uero: unica dictione. EGELIDO. per compositionem particulæ, quæ ualde significat.

MIRATVR INTERQVE Manus. In plerisq; codicibus antiquis legere est. MIRATVRQVE Interq; Manus. quod quidem mihi plurimum placet.

AVROQVE RECOCTO. In Oblongo cod. qué Pomponii Læti delitias aiunt, AVROQVE NITENTEM. legitur, ursit Leuis ocreas electro, Auroq; nitentem Hastamq; & clypei non enarrabile textum. Sed magis placet. RECOCTO Vt in reliquis omnibus exemplaribus habetur.

ILLAM TERETI Ceruice REFLEXAM, Mulcere Alternos, In Romano codice REFLEXA Eodem casu cum ceruice legitur. Sed Reflexam figuratú magis. Operæprecium uero est huiusmodi figuram plerisq; in locis, tum ex marmore tum ex ære, Romæ spectare. Ambigas enim utrum Virgilius a Sculptoribus, An Sculptores a Virgilio huius imaginis desumpserint exemplar. Quod uero subsequitur. ET CORPORA FINGERE Lingua, sunt antiqui codices, in quibus Lingere scriptum sit; Sed enim tingere pro tergere agnoscit Seruius etiá M. Tullii Ciceronis usu.

RAPTAS DE More Sabinas. Sunt qui de more, præter morem hoc loco teste dici uelint. Sed enim ego. DE. quidem illud, In nullis antiquis codicibus notatum obseruaui. Passim uero RAPTAS SINE MORE. Scriptum animaduerti. Sed id de paraphasi sumptum puto. Quod uero sequitur. CONSESSV caueæ. Dictio CONSESSV corrupta plurimum est in codicibus antiquis.

ET CESA Iungebar Fœdera porca. Quintilianus libro octauo ubi de ornatu disserit. Quædam, ait, non tam ratione quam sensu iudicantur, ut illud. Cesa iungebar fœdera Porca. Fecit elegans fictio nominis, quod si fuisset Porco, uile erat. Quod uero ait Seruius falso dictum a Virgilio Porca, quod ad hoc sacrificii genus Porcus adhiberetur, Suetonius Tranquillus in uita Claudii contra opinionem Seruii; Cum Regibus fœdus in foro icit, Porca cesa, inquit. Tam & si Liuius quoq; porcum statuit.

CITAE METIVM In Diuersa Quadrigæ Distulerant. Antiqui omnes codices quot quot habui. METVM. legunt dictione bissyllaba, quam alibi unico. T. alibi geminato reperias, mutilatamq; esse dictionem caussa metri Seruius ait. dum ipse quoq; METVM bisyllabum agnoscit. Sane METTIVS duplicato. T. pluribus locis in ueterum monumentis scriptum animaduerti, Placentiæ in D. Pauli templo. L. METTIVS. L. F. duobus. T T. notatú est. & Romæ in Aedibus Pauli Plancæ legere est. Q. METTIO. &. P. METTIO. tam & si non ignorem & METIA. & METIVS unico. T. alibi notatum. Vtcúq; uero primam in eo nomine syllabam produci uolunt. Sed. n. hic minime prætetire possum, quod peruulgato errore in Liuianis codicibus & alibi passim Metius SVFFETIVS per. S. prima littera scriptum est, cum dubioprocul FVFFETIVS per. F. sit scribendum. Ita enim apud Dionysium Halicarnaseum & Græcos alios inuenias φουφέτιος. Præterea, si qui noluerint Græcis adhibere fidem, Ostendit mihi Ianus Parrhasius Vir utraq; lingua eruditissimus. T. Liuii codicem uetustate uenerabilem, in quo FVFFETIVS scriptum erat prima littera per. F. non per. S. Quem quidem codicem nomina quædam speciosa Vindicianus, Nicomachus Dexter, & Victorianus se emendasse adscripserunt, idq; in Symmachorú gratiam fecisse professi sunt. Ad hæc; & Nonii Marcelli uetustum codicem protulit, & alios quosdam Auctores, in quibus eodem modo Mettius FVFFETIVS. scriptum habebatur. Aiunt præterea Pomponium Lætum totius antiquitatis Virum obseruantissimum, qui superiori ætate in Ro. Gymnasio primas optinuit, Sæpius inclamitare solitum, FVFFETIVS dicendum.

AT TV DICTIS ALBANE Maneres. Eodé ætatis uitio, quod sæpius adnotauimus; in codicibus aliquot legitur ALVANE per. V. digammon; quo sono huiusmodi nomina. Hispani adhuc magna ex parte pronuntiant. Id quod priori etiam ætate frequentissimo usu receptum, Adamantium compulit, Vt Albus, alba, album. per. B. mutam scribendum præciperet, discretionis gratia,

ut Alnus ab Albus discerneretur; quæ nomina tunc corrupta pronũtiandi ratione confundebantur. Est uero hæc Parenthesis, & apostropha coniuncta simul.
Haud procul inde citæ Mettum in diuersa quadrigæ
Distulerant (At tu dictis Albane maneres)
Raptabatq; Viri mendacis uiscera tellus. Vt Quintilianus obseruat.

ET Sparsi Rorabant Sanguine VEPRES. Pomponius fœminino genere. VE PRAM. dixit, ut Nonius attestatur. Et apud Lucretium legitur libro Quarto. Nam sæpe uidemus Illorum spoliis Vepres uolitantibus auctas; quamuis ita dici debere neget Caper in Orthoepeia.

NEC NON TARQVINVM Eiectum PORSENNA Iubebat Accipere. In codicibus antiquis. TARQVINIVM. quadrisyllabum esse diximus alibi, & Poetarum testimoniis secundam a principio syllabam esse breuem ostendimus. PORSENA quoq; unico. N. scribitur in antiquis plerisq; ut quæ per se longa esse possit, ut in Murena, Aufilena pene ultima; Tam & si iure suo. Hanc spectare manum Porsena non potuit, dixerit Martialis; non aliter ac illud etiam, Iradu ꝯta est Getulis, nec cœpit harena nocentis, duabus syllabis eluxatis. Illud etiam aduertendum, quod Seruius Lucretiæ stuprum ab Arunte illatum ait, quum Liuius Sextum dicat.

PONTEM AVDERET QVOD VELLERE Cocles. In antiquis oĩbus cod. quotquot habui, legi. AVDERET QVIA VELLERE. In uno ex antiquioribus. QVI AVELLERE. notatum est puncto inter. I. & . A. Librariorũ inscitia interiecto; quum forte. QVIA. scriptum inuenissent, sed puto ego QVIA. desumptum ex paraphrasi; & . QVOD. antiquam esse lectionem.

CVSTOS Tarpeiæ MANLIVS Arcis. In Romano codice. MALIVS. legitur unico. L. Sed in Oblongo & aliis. MALLIVS. LL. geminato, ut apud Catullum in codicibus emendatis. Sane. MANLIVS. per. N. paucissime habetur in antiquis his exemplaribus; tam & si apud Liuium in uet. codice MANLIVS. sæpe legatur. Neq; tamen mirum si aliter inueniatur usquam; quum & antiquorum inscriptiones in hoc nomine, perinde ac etiam in aliis plurimum uarient.

ROMVLEOQVE Recens Horrebat Regia Culmo. per litterarum transpositionem in Romano codice. RVMOLEO. scriptum est; nisi a Ruma RVMO LVM, quod aiunt, dictum uelis; atq; inde RVMOLEVS, quod ego nusquam alibi obseruaui. Sed apud Asprum in antiquo codice. ROMOLVS. omnino scriptum est per. O. in pene ultima, ut POPOLVS, in. XII. Tabulis.

ATQVE HIC Auratis Volitans Argenteus Anser Porticibus. In quibusdam codicibus antiquis. HINC. legitur. Sed Seruius agnoscit. HIC. dum exponit in Capitolio.

GALLI PER Dumos Aderant. In antiquo admodum codice. OLLI PER Dumos. quia iam positum erat. Gallos in limine adesse canebat. Cæterum ea repetitio tam Nominis q̃ Verbi mihi non parum uenustatis & elegantiæ habere uidetur. Gallos in limine adesse canebat. Galli per Dumos aderant.

AVREA CAESARIES ILLIS. Hoc autem loco. OLLIS. in antiquis habetur exemplaribus.

HINC EXSVLTANTES Salios. In antiquis aliquot. HIC EXVLTANTIS. Hic, hoc est in scuto, uel in hac parte.

ANCYLIA. In antiquis codicibus manu scriptis. ANCILIA. per. I. latinum scribitur. Et eodem pacto in Antonini Pii nummis notatum est, ubi scuta tria oblonga ouali propemodũ figura inspiciunt, cũ inscriptione. ANCILIA.

EXTVDERAT Castæ Ducebant Sacra Per Vrbem PILENTIS Matres In Mollibus. In Ro. codice. EXTVDERANT. legitur numero multitudinis, ut de

Cyclopibus intelligatur. Sed magis placet . EXTVDERAT . ut omne opus ad Volcanum referatur, uti superius, Fecerat Ignipotens. & paulo infra, Hinc procul addit. Et in emendatis Prisciani codicibus . EXTVDERAT . est, ubi ait, Tundo tutudi, cuius pene ultimã antiqui modo producebãt, modo corripiebãt. Virg. VIII. Cælo Extuderat. Enn. in Ann. Viresq; Calentis Contudit Crudelis hyems. Insulsum uero illud est, quod apud Interpretes legitur, Matronas non nisi castas Pilentis usas, quum Casta sit epitheton matronis adcommodatum. Præterea tãgit hoc loco Virgilius historiam, quod Matronis concessum est, ut Pilento ad sacra, ludosq; ueherentur. Sed animaduertendum est perperam in uulgatis exemplaribus Liuii . PLAVSTRO . legi, pro PILENTO . ut Veteres codices habent; ita enim locus ille legitur. Honorem ob eam munificentiam ferunt Matronis habitũ, ut Pilento ad sacra, ludosq; Carpentis festo profestoq; uterentur.

SED Fluctu SPVMABANT Cærula Cano. In antiquis plerisq; cod. SPVMABAT . unitatis numero legitur, ut sit Cærula maris imago Spumabat fluctu cano.

ACTIA Bella. In antiquis codicibus fere passim legitur . ACCIA . CC. geminato, quod a similitudine quadam inter . C . & . T . quæ est in litteris Lõgobardicis euenisse puto; Quum . ACTIA . per . CT . sit scribendũ. Actia enim Acarnaniæ oppidũ, ab Ambracio sinu uenientibus, ubi templũ Apollinis, & certamina Gymnica, & equestria celebrabant. Vnde Apollo, & Actæus, & Actiacus cognominatur. Arcadius in orthographia, ἄκτια inquit καὶ τὸ τόπιον καὶ ἡ ἑορτή ἀλλ' ἡ μὲν ἑορτὴ βαρύνεται τὰ ἄκτια. Attius tamen, uti superius cõprobatũ est, pro nomine proprio ab Ati . duplicato . T . etiam asserẽte Victorino in præceptis de orthographia scribi debet; cui pleræq; Veterum inscriptiones adstipulantur.

TOTVMQ. INSTRVCTO Marte Videres Feruere Leucatem. Antiqui aliquot codices . EXTRVCTO . legunt. Aliquot alii . INSTRVCTVM . per accusatiuum, quippe Leucatem. Sed enim pugnam instruit apud Latinissimos historicos sæpe. Quare melius . INSTRVCTO Marte.

STANS Celsa In puppi. In Ro. codice, & quibusdam aliis . STAT . Verbi nõ Participii forma legitur. Respicit enim rectum suum, Augustus agens Italos, & quæ sequuntur; quod si . STANS . legas, subaudiendum, Sculptus erat.

ARDVVS Agmen Agens. In aliquot antiquis . ARDVOS . ea religione, quã superius contra Terentii Scauri sententiam nonnullos diximus obseruasse.

VARIISQVE Antonius Armis. In cod. aliquot antiquis, VARIIS Antonius Armis . legitur, absq; particula . QVE . ut sit, Armis Variis opera Barbarica, de habitu enim & ornatu hic agitur, quo singuli internoscerentur.

AEGYPTVM Viresq; Orientis. Sunt codices, in quibus . AEGVPTVM . per V . scriptum inspicitur, & ita nota ri solitum Augusti temporibus, qui ea littera etiã in formæ superlatiuæ nominibus delectabatur, Inscriptio declarat Horologii quod in Campo Martio erexit; In cuius basi hæc adhuc inspiciuntur.

AEGVPTO . IN . POTESTATEM . POPVLI
ROMANI . REDACTA .

Et quæ plurima huiusmodi supra recitauimus. Sane uero in Hadriani nummis utroq; modo legitur, nunc . AEGVPTOS . per . V . uocalem latinam, nunc . AEGYPTOS . per . υ . ψιλόν . græcam.

SEQVITVRQVE Nefas AEGYPTIA CONIVX . Ita hic . AEGVPTIA in quodam antiquo codice. CONIVX uero uariat, & in ueteribus codicibus, & in marmorum inscriptionibus, ut alibi dictum. Quantum uero pertinet ad sentẽtiam . D . HIERONYMVS ; ad Oceanum de uita Clericorum locum hũc citat; quia Virgilius Nefas posuit. Vxores enim, ait ille, castra non sequebantur,

Quamuis Romanis ciuibus matrimonia cum externis non permissa, Liuius dicit. Et super hoc Seuerinus in Topicis Ciceronis plura.

CONVVLSVM Remis Rostris Stridentibus Aequor. In antiquis. CONVOLSVM. De Rostris uero stridentibus, in Quinto Aeneidos multorũ recitauimus opiniones; inferendum ne esset. QVE. an aliter legendum, quæ non uidetur nunc ad repetendum necessaria.

AVT Montes Concurrere Montibus Altos. Tanta Mole Viri Turritis Puppibus Instant. Hæc quidem non tam Hyperbole Poetica est, q̃ ex historia locus sumptus. Apud Florum enim legas de Naualibus Antonii. Sed numerum magnitudo pensabat, quippe a senis in nouenos Remorum ordinibus; ad hæc turribus, atq; tabulatis alleuatæ, Castellorum & Vrbium specie, non sine gemitu maris, & labore uentorum ferebantur; quæ quidem ipsa moles exitio fuit.

ET LATRATOR Anubis. In cod. aliquot antiquis. NATATOR Anubis. syllaba reclamante legitur, cum interpretatione superaddita, Sagax. Natatores enim nonnunq̃ prouerbiali schemate, de iis dici solet, qui abditissima quæq; peruestigant, deq; remotissimis penetralibus aliquid indagãdo eruunt; quum de stupidis contra & rerum omnium ignaris dici soleat μήτε νεῖν μήτε γράμματα. Sed.n. Virgilius ænygmata huiusmodi solitus est abhorrere. Quare. LATRATOR. omnino tam ex probarioribus exemplaribus, q̃ etiam ex Ouidii Synepeia legendũ. Apud eum enim Metamorph. Nono, Cum qua Latrator Anubis. Anubis enim apud Aegyptios canino capite figurabatur. Quæ uero multa de huiusmodi pictura dici possent, alterius esse negocii existimamus. Sagax autem, etiam Canis.

TRISTESQVE Ex Aethere DIRAE. In Ro. codice, & in Mediceo. DIVAE. legitur. Sed. DIRAE. magis placet, quod agnoscit Seruius. Tam & si DIVAE cum epitheto Tristes, periphrasis Dirarum esse possit.

QVAM CONSANGVINEO Sequitur Bellona Flagello. Legendum distinctis dictionibus. CVM. SANGVINEO. qđ inscitia librariorũ fere passim corrupit.

ACCIVS Hæc Cernens Arcum INTENDEBAT Apollo. ACTIVS. hic legendum, ut superius adnotatũ. Est uero in Mediceo. TENDEBAT. simplex uerbum, ut apud Horatium, Neq; semper arcum Tendit Apollo.

TERRORE AEGYPTVS Et Indi. In antiquis. AEGVPTVS. Valerius uero Probus. AEGVPTOS. per. OS. agnoscit, ubi huius carminis exemplo Rectum in. OS. quorundam nominum corripi tradit.

OMNIS ARABS. In codicibus aliquot antiquis. ARAPS. per. P. scriptũ est; nempe quia sonus litteræ. ψ. in. P. S. exire uideretur. Hinc Scaurus, ut alibi dictũ, ait uoluisse nonnullos. OPSTITIT. etiam per. P. scribere. Sed enim inesse. B. mediam litteram in littera. ψ. declarant obliqui casus, ut ἄραψ ἄραβος. Et tamen eam quã tangit Scaurus consuetudinẽ mutandi. B. in. P. ante S. quod. ψ. sonaret in plerisq; Veterum inscriptionibus animaduerti, ut quam e regione Sacelli Diui Eustachii legisse me superius ostendi. AVT. HANC ARAM. APSTVLERIT. & ita in plerisq; aliis locis.

ET IAPYGE Ferri. In antiquis aliquot. IAPVGE. ut eiusmodi pleraq;.

LAETITIA LVDISQVE VIAE. In Oblongo codice. LVSV. legitur, quod non æque placet.

OMNIBVS In Templis Matrum Chorus Omnibus ARIS. In antiquis omnibus codicibus, quotquot habui, legere est. OMNIBVS ARAE. quod longe magis placet. Aræ enim ad preces extruebantur.

INCEDVNT Victæ Longo ordine GENTES. In codicibus aliquot antiquis. MATRES. non. GENSES habetur. Sed. GENTES. rem facit ampliorẽ, & statim ad earum species descendit, genere iam posito.

HIC NOMADVM Genus. In antiquis plerisq; codicibus. NVMIDVM. le-

gitur, quo pacto gentẽ eã ab Romanis appellari tradit Appianus, ut alibi diximus.

SAGITTIFEROSQ. Gelonos FINXERAT . In Ro. codice. TINXERAT . in aliquot aliis . FIXERAT . utrunq; Librariorum negligentia.

INDOMITIQ. DACI . Nomen huius gentis uarie scribitur in antiquis codicibus . Nam codices omnino sunt, in quibus . DACI . scriptum habeatur. In aliquot . DACAE . In Romano codice . DAHAE . adspiratione interiecta, unde factũ ut etiã . DACHE . ueluti accidit in . NICHIL . alicubi notatum inueniatur. Sed enim . DAAE . recipitur ab Eruditis, qui sunt Scythiæ populi . Hermolaus Byzantinus, ut ex Stephani Compendio legitur . δααι σκυθικον ἔθνος, εισιδε νομαδες. λέγονται καὶ δακαι μετὰ τοῦ κ. In quo aduertendum est impressos codices corruptos esse . Sed enim & Daci, ex regione Dacia, iuxta Borysthenem dicuntur, quos a Græcorum consuetudine in comœdiis Dauos appellamus, pro seruorum nominibus . Eos Attici δάους dicũt; Vergunt illi in Germaniã, & ad Istri fontes, ut idem auctor est Hermolaus .

TALIA Per CLYPEVM VVLCANI . In antiquis . PER CLVPEVM VOLCANI . de cuius utriusq; ratione satis superq; superius disputatum .

IO . PIERII . VALERIANI . CASTIGATIONES

IN . NONVM . VIRGILIANAE . AENEIDOS

CEPTRA PALATINI SEDEMQVE PETIVIT EVANDRI. In Romano codice, in Mediceo, & in quibusdam aliis legere est . PALANTINI . a PALLANTE . uno expũcto . L . ut syllaba prima corriperetur. magis tamen uideo placere . PALATINI . sed hoc parui refert. Longe uero maioris momenti est, quod sequitur . PETIVIT . Sed enim & pro . SEDEM . REGNVM . in codicibus aliquot manu scriptis obseruaui; quum tamen & Romanus, & pleriq; alii codices . SEDEM . legant. In Ro. præterea codice . PETIT . pro PETIIT . more suo unico . I . scriptum est. ut uersus sit spondaicus . Nam . EVANDRI prima correpta nusquam quod meminerim, obseruaui .

LYDORVMQVE. Manum COLLECTOSQVE Armat Agrestes. In codicibus aliquot antiquis legere est . LVDORVMQ. Manum ET COLLECTOS Armat . In nonnullis absq; ulla copulatiua secundo membro . Lydorumq; Manum COLLECTOS Armat Agrestes .

NVNC Tempus Equos Nunc Poscere CVRRVS . In Mediceo, & aliquot aliis CVRRVM . unitatis numero legitur .

RVMPE Moras Omnis TVRBATAQVE Arripe Castra . Trochæus ille ex . TVRBATA . uel . QVE . particula absq; collisione seruata, multis negotiũ facessit. Sed enim in codicibus omnibus Vaticanæ Bibliothecæ, in Mediceo, & aliquot aliis peruetenbus legi . ET TVRBATA Arripe Castra. Quam lectionem ab Eruditis receptam iam animaduerti .

DIXIT Et In Cœlum PARIBVS Se Sustulit Alis . In aliquot antiquis codicibus PARITER . habetur, ut sententia sit; simul atq; ita locuta est, abuolauit .

DVPLICESQVE Ad Sidera Palmas SVSTVLIT, Ac tali . In antiquis aliquot. DVPLICIS AD . absq; . QVE . & SVBSTVLII ET TALI . Sed reliqua utcumq; legeris ; facile tulerim . Auferri uero ex hoc loco . QVE . particulam nunquam probauerim .

VIDEO Medium DISCINDERE Cœlum . Antiqua fere omnia exemplaria le-

ET Iaculum INTORQVENS . In aliquot manu scriptis codicibus . TORQVENS . legas. Sed in Romano, in Mediceo, & plerisq; aliis . ADTORQVENS . Illud uero minime placet, qđ pro Emittit in autas, EVERTIT . legit.

ET CAMPO Sese Arduus INFERT . In Romano codice . CAMPIS . & pro . INFERT . sunt codices, qui legant . AFFERT . quod non'æque placet. Addam & ARDVOS . inueniri alicubi, de quo superius satis dictum.

CLAMOREM Excipiunt Socii. In Romano codice . CLAMORE . septimo casu legitur, quod etiam superius habuimus, loquitur enim de sociorum adclamatione, quæ fieri solet, quum Regi adplauditur.

IGNESCVNT Iræ ET Duris Dolor Ossibus Ardet . In antiquis omnibus codicibus, quotquot inspexi; absq; particula . ET . notatum animaduerti . IGNESCVNT Iræ DVRIS Dolor Ossibus ARDET . Et in Mediceo pro . ARDET . HAERET . habetur .

QVA Tentet Ratione Aditus; ET QVA VIA CLAVSOS Excutiat Teucros uallo . In Romano codice, & plerisq; aliis legere est. ET QVAE VIA. quæ lectio Seruio etiam uidetur absolutior. In aliquot aliis legitur CLAVSO Excutiat Teucros uallo .

ATQVE Effundat In Aequor. In Romano codice legere est. IN AEQVVM. Vt scilicet æquo omnes pede conferre manus possint. Nam Turnus; nunc iniquo pugnat loco, Dum illi in castris aggeribus & uallo clausi obteguntur. Hic in aperto prouocat. mirabanturq; paulo ante Rutuli Teucrum inertia corda Non æquo dare se campo .

AGGERIBVS Septam Circum . In Romano codice. CLAVSAM . Sed enim SAEPTAM magis placet .id uero per æ diphthongon scribitur.

PRISCA Fides Facto, SED Fama Perennis. In Romano codice legere est. SIT Fama perennis. Quia . D . sæpe uertit in . T . maximeq; SET pro SED scribere solet . & . E . pro . I . & uice uersa . I . pro . E . Nam SED omnino agnoscit Seruius .

IPSA Deum FERTVR GENITRIX BERECYNTHIA . In Ro. codice legitur. IPSA Deum GENETRIX FERTVR Berecynthia . Ac de . E . in pene ultima nominis huius . GENETRIX . satis superq; dictum alias .

NVNC Sollicitam Timor Anxius VRGET . In omnibus Vaticanæ bibliothecæ codicib⁹, & in Mediceo, in Porcio, & aliquot aliis. ANGIT . nõ . VRGET . est .

NE Cursu Quassatæ Vllo, Neu Turbine Venti. In Mediceo, in Porcio, & aliquot aliis codicibus antiquis . NEV CVRSV . legitur, eadem repetitione, qua etiã superius in iisdem codicibus obseruauimus eo uersu,

Neu struere auderent aciem, neu credere campo .

QVALIS Nereia CLOTHO . In codicib⁹ aliquot antiquis QVALES numero multitudinis legitur. In Vaticanæ Bibliothecæ omnibus exemplaribus . DOTO non CLOTHO scriptum obseruaui. Quam lectionem in Valerii quoq; Flacci codicibus emendatis inuenias . Quam Panope Dotoq; soror. licet Professores non nulli, qui ætatem nostram proxime præcessere CLOTHO Reponendum ex hoc Virgilii loco censuerint . Sed in Oblongo etiam codice nomen hoc altera manu deprauatũ est, quum Doto prius scriptũ esset . præterea Homerus . L . xviii. Iliados cum Galatea Doto, & Proto enumerat, atq; alias complures Nerei filias, quæ mare incolunt; neq; cum iis Clotho recensetur . Ait enim δωτώ τε πρωτώ τε φέρουσά τε δυναμένη τε paulo uero infra καὶ ἀγακλειτὴ γαλάτεια . Eadem sunt apud Hesiodum in Theogonia excepto epitheto Galatheæ, Quam formosam Hesiodus uocat. Quũq; Nymphas eas omnes numero quinquaginta recenseat, quæ νηρῆος ἀμύμονος ἐξεγένοντο . Clothus nusq̃ mentionem facit . Quare & his rationibus, & ueteribus fretus exemplaribus om-

nino legerim . NEREIA DOTO . Quod uero sequitur . ET GALATEA In Romano codice . AVT . discretiua particula habetur.

ADMONVIT SACRIS RATIBVS . In antiquis fere omnibus codicibus legere est mutato numero . ADMONVIT FATIBVS SACRIS .

LVX Oculis EFFVLXIT . In Romano codice,& aliquot aliis . OFFVLXIT. & OBFVLSIT . habetur. Sed . EFFVLSIT . receptum.

AGMINA COMPLET , & CONPLET , & CONPLERANT . per . N . & ita reliqua scribuntur præpositioue incolumi,in antiquioribus quibusdam codicib9

GENITRIX Iubet. In quibusdam codicibus antiquis ita scriptum inueni . GENETRIXQVE IVBET.SVA QVAEQVE Continuo &c. ut sit.Vox excidit, Ne trepidate,& quæ sequntur. Genetrixq; Iubet,Vos ite solutæ, Ite Deæ Pelagi,Sua quæq; continuo puppes abrumpunt uincula. Sed enim GENETRIX Iubet . ex persona Deæ magis placet.

HINC Virgineæ (MIRABILE MONSTRVM) Reddunt Se Totidem Facies. In Ro. codice legere est . MIRABILE DICTV . Sed . MONSTRVM . magis placet. Quod uero sequitur . REDDVNT Se Totidem Facies', in antiquis aliquot . REDDVNTVR Totidem . habetur.

QVOT Prius Aeratæ Steterant Ad Litora PRORAE . Versus hic non habetur prorsus in Romano codice,neq; in Mediceo,neq; quidem in plerisq; antiquis , nisi subditicius . Habet uero locum in Decimo , ubi Nymphæ Aeneæ obuiam fiunt. Ceterum illud non omittendum,quod ubi inuenitur adscripticius nõ PRORAE, sed PVPPES . legitur. Proræ enim pelago obuertuntur,& Stant Litore Puppes. In Oblongo uero codice , neq; PRORAE , neq; PVPPES . legitur, sed . NAVES . Id autem loco suo examinabitur. Neq; tamen dissimulandũ quod in codice Porcio uersus is,qui desideratur in aliis,inuenitur quidem,sed non eo ordine,quo in uulgatis exemplaribus. Sed ita transpositus ,

Ima petunt ; hinc Virgineæ mirabile monstrum ,
Quot prius Aeratæ steterant ad litora proræ ,
Reddunt se totidem facies, pontoq; feruntur.

Quæ quidem structura,si uersus sit admittendus , longe uidetur elegantior.

TVRBATIS MESSAPVS Equis. Non placet, quod in Romano codice legitur TVRBATVS . Præterea . MESSAPVS . uarie scribitur , nonnullis, uti dictum . SS . nonnullis . PP . geminantibus , neq; id constanter ; aliis etiam utranq; consonantem simpliciter scribentibus .

AT Non Audaci CESSIT FIDVCIA Turno. In codicibus aliquot antiquis ad cappacismum euitadum,trãspositis dictionibus legitur . AT Non Audaci TVRNO FIDVCIA CESSIT . Sed enim . CESSIT FIDVCIA TVRNO . uersum reddit sublimiorem , ualidioremq; , qui languescere uideatur', si . FIDVCIA CESSIT . legas.

EXPECTANT Rutulos. In antiquis . EXSPECTANT . Sed enim Grammatici quidam in hoc significato adimunt . S . uti alibi dictum .

RERVM Pars Altera ADEMPTA EST . Neq; id placet,quod in Romano cod. legere est . DEMPTA EST . quum aures magis impleat . ADEMPTA . quod forte factum per apostrophen.

TERRA Autem IN NOSTRIS MANIBVS . ita est in Romano codice , & in Oblongo , & in Mediceo . sed in aliis quibusdam antiquis legere est . IN MANIBVS NOSTRIS .

TOT MILLIA GENTES Arma Ferunt Italæ. MILIA . unico . L . antiquissima Veterum cõsuetudine scriptum . In codicibus antiquis plerisq; . GENTIS . legitur , quod Genitiui casus multi uolunt esse . Gentis Italæ . Sed mihi figuratũ magis uidetur . GENTES . legere , atq; ita nescio quid elegãtius præ se ferre .

SAT Fatis Venerisq; Datum EST. In Romano quidem codice; & in Mediceo. EST. habetur,in aliis uero minime; perinde ac etiam in eo loco. SAT Patriæ Priamoq; datum absq; EST legitur quod longe concinnius uidetur.

SED PERIISSE Semel Satis Est. In codicibus nonnullis admodum uetustis legere est. SI PERIISSE. & pro peccare, PECCASSE. Nam si. SED. legas, ratiocinium illud non nihil impetum concitatæ orationis remorati uidetur, quæ nihilo serius tamen decurrit, dicendo. SI. In quo illud unum est negotiũ ut ad obiecta respondeatur, neq; nunc per interpellationem, dum res geritur, retardetur. Affirmatiua enim omnis enũtiatio moram trahit, quæ in condicionali, uel coniunctiua properatur.

PENITVS MODO NON GENVS Omne Perosos Fœmineum. In cod. aliquot antiquissimis MODO NEC GENVS. Sed recte Seruius NON Aduerbium agnoscit. Est & ubi PEROSVM legatur, sed corrupte. Nã PEROSOS legendũ; quod duorum infinitiuorum, PERIISSE, & peccare, suppositũ est.

QVIBVS Hec Medii Fiducia Valli FOSSARVMQVE Moræ Leti Discrimine Paruo Dant animos. In Romano codice legere est FOSSARVMQ. MORA ET LETI Discrim. Par. Dant Animos. In eodem, in Porcio & aliis quibusdam manu scriptis. DISCRIMINA PARVA. legitur per appositionem, quod ualde placet.

AN NON Videtunt. In antiquis plerisq; codicibus. AT NON. Legitur, particula ea confutationibus, comparationibus, & redarguttionibus apta. Vt AT non Sic Phrygius Penetrat Lacedæmona Pastor.

SED VOS O LECTI Ferro Quis Scindere Vallum Apparat. In codicibus aliquot antiquis SED VOS ELECTI. Legitur quod nequaq̃ placet, illud non ita repudiauerim; quod in Mediceo & aliis codicibus peruetenibus habetur. FERRO QVI Scindere Vallum. Et in aliquot ex his APPARET. Non per interrogationem sed per enuntiatum, quamuis interrogatio non displiceat.

CESIS Summæ Custodibus Arcis. In Romano codice. CESIS LATABCVS. AR. legitur; in quibusdam aliis LATE aduerbialiter, horum utrumq; fœdiorem ostendit cedem, Sed Epitheton SVMMAE, proprium est Arcis. Et Homericum est carmina repetere, quod nonnunq̃ Virgilius imitatur.

NEC Equi Cæca Condemus In ALVO. In Romano codice ALVEO. Vnde in quibusdam aliis antiquis. CAECO. Sed de Alueo non admodum sollicitus fuerim. Quod uero CAECO, An CAECA legendum sit, Attius quidem uirili genere Aluum posuit; Sed Virgilium ait Nonius fœmininum protulisse.

CVM Danais Rem Faxo Et Pube Pelasga Esse Putent. In codice Mediceo & aliquot aliis antiquis. ESSE FERANT. legitur.

DECIMVM Quos Distulit Hector In Annum. Legere est in antiquo codice DECVMVM per. V. in pene ultima. & in antiquissimo codice actionum in Verrem. M. Tullii, Semper DECVMAS. notatum animaduerti, & agri Veientani DECVMAS VOTAS. E ita passim apud Liuium in ueteri cod. & QVARTIONIS DECVMI Augusti Liberti monumentum alibi citauimus, ne quis hoc per librariorum imprudentiã scriptum putaret. Sed quia ætas illa in Augusti gratiam ita scribere cõsuerit. Cuiusmodi exempla locis pluribus recitata sunt.

PARS ACTA Diei. In plerisq; codicibus antiquis DIEI EST. Legitur; quod sui me offendit exilitate, quum absq; substantiuo uerbo concinnius omnino Versus hic enuntietur.

ET Pugnam SPERATE PARATI. Antiqui omnes codices, quotquot inspexi. SPERATE PARARI. legunt. Quod etiam agnoscit Seruius, cum dicit; cõtra Troianos, non a Troianis scilicet parari pugnam.

CINGERE Flammis. In anti. FLAMMA. Sed magis placet FLAMMIS.

numero multitudinis ut negotium id multorum opera procuratum indicet.
CENTENI Quemq; Sequuntur. In Romano codice. SECVTI. Legitur in reliquis SEQVVNTVR & SECVNTVR.
PVRPVREI CRISTIS Iuuenes. Sunt codices in quibus Purpureis Cristis legatur. Sed figuratum magis. PVRPVREI & huic similis nominatiuus sequitur. AVROQ. Corusci. quamuis etiam dici possit. Corusci Purpureis Cristis.
ET IVXTA Comes Euryalus. In anti. aliquot exemplaribus ET (auroq. NISVM IVXTA Euryalus. Legitur.
TROIANA Nec IMDVIT Arma. In antiquis aliquot codicibus NEQVE INDVIT. Suauiori numero legitur.
SOMNO VINOQVE Sepulti. In Romano codice, & aliquot aliis legere est. SOLVTI non Sepulti. ut soluunt se somno, & Lyeus eo quod soluat appellatus. Seruius Sepulti quasi sine pulsu interpretatur. Sed & inferius quoq; codices omnes ueteres. SOLVTI. Legunt in hanc sententiam. Illud uero Ouidianum ex Secũdo Fastorum. Vtq; uidet comites somno uinoq; sepultos. Sunt qui GRAVATOS. legant.
AENEAN Acciti OMNES; Populusq; Patresq; Exposcunt In antiquo quodã codice OMNIS. Vt quadret cũ uiciniori Populus, quod nõ ita mihi satis facit, quum dilatatio totius in partes figura longe uenustior uideatur. Quare OMNES omnino magis placet. Sed enim & POPVLOS. In ueteri codice nominatiuo singulari legitur. Quam dictionem ita scriptam in Legibus. xii. Tabularum Victorinus adnotauit, ut alibi ostendimus.
TVMVLO Videor REPERIRE Sub illo Posse Viam. In codicibus aliquot peruetustis; APERIRE legitur. quippe, uiam quae clausa erat hostium obsidione; neq; quidem timendum syllabae, quia locus communis est.
PERCVLSVS Amore. Vt saepe dictum, Veteres omnes codices PERCVSSVS legunt, per. SS. geminatum.
ET FATA Extrema Secutus. Non placet; quod in Romano codice FAMA legitur. quum, secutus extrema fata sit omnino casta lectio.
QVAE Te Sola Puer Multis E Matribus Ausa Prosequitur. In Ro. codice; multis. A. Matribus. habetur in quo uel, procul, aut, Dissepatata, intelligen dum esset. Sunt etiam codices in quibus legas Multis e Matribus Vna. Sed enim est hoc superfluum, quum iam SOLA. Dictum sit. Magis uero me mouerit. quod uerbum. PERSEQVITVR. In antiquis codicibus aliquot, nõ Prosequitur notatum est. Tangit enim hoc perseuerantiam in sequendo gnato.
REGEMQVE Requirunt. In antiquis aliquot codicibus REVISVNT habet.
DVCTORES Teucrum Primi, & Delecta Iuuentus. In codicibus pene omnibus antiquis quotquot habui Versus legitur absq;. ET. copulatiua particula, Ductores Teucrum Primi, Delecta Iuuentus. Sed enim copula hic omnino necessaria esse uidetur, ut Duces a militibus distinguat, & ordinum Romanorum mores ubiq;, uti suus est mos, tangat.
CONSILIVM Summis Regni De Rebus Habebant. In codicibus aliquot manu scriptis. CONCILIVM legas. nempe quia & CONSCILIVM in ueteribus exemplaribus reperitur, quod illi nomen abEsse Conscium deducebant. Nam Consilium a Consulo est, & diuersum quid significat. Sed enim in altero illo significato Scita plębis, & Scire plębẽ apud Veteres inuenio, nõ Conscilium, aut quid huiusmodi. Ea uero potissimum de caussa conuenerant, ut, quid uni cuiq; è Repub. uideretur in medium consulerent.
QVISVE Aeneae Iam nuntius Esset. In Antiquis aliquot exẽplaribus. ISSET. legitur. Nam hoc etiam quaerere poterant; Nuntiasset ne adhuc quispiam Aeneae quid rerum gereretur. Sed quia dixerat Nisus Populum & Patres exposcere mitti uiros,

mitti Vitos, qui certa reportarent; magis placet . ESSET . Vulgata lectio.
CASTRORVM ET CAMPI IN MEDIO . In codicibus antiquis . IN . præpositio non habetur. Sunt uero codices, qui legant . CASTRORVM . ET MEDIO CAMPI .
TVNC Sic Hyrtacides. In antiquis . TVM . qđ & alibi sæpe pro . TVNC . positū.
VINOQVE SEPVLTI . Vti diximus alio itidem loco, in Oblongo, & aliquot aliis codicibus . SOLVTI . legitur.
PROCVBVERE . Superius quidem uerbum hoc habetur; sed hic Veteres omnes codices, quotquot inspicere licuit, excepto Mediceo . CONTICVIRE . legunt, quod magis indicat eos somno laxatos, in quo nihil magis q̃ silentium expetitur.
QVAE PROXIMA Ponto . In antiquis aliquot codicibus . QVAE PRO XVMA Ponto EST . una plus dictione legitur.
QVAESITVM AENEAN AD Mœnia Pallantea. In antiquis . AENEAN ; ET Mœnia . καὶ ὕστερον πρῶτερ .
VIDIMVS Obscuris PRIMAM Sub Vallibus Vrbem. Carisius . PRIMAM . pro . IN PRIMIS . hic positū ait; atq; expositū Terentianū illud in Adelphis. ab Hellenio Acrone. In prima Fabula. Ita & illud. Troia qui primus ab oris, pro Inprimis; ubi Terentius Scaurus in cōmentariis in Artem Poeticā. L. x. Non qui ante omnes, inquit, sed ante quē nemo est, & addit, quo genere plures primi accipi
ATQVE ANIMI Maturus Alethes. In Ro. codice . ANIMIS . (possunt. legitur, quod non ita placet,
CVM TALES Animos Iuuenum, Tam Certa Tulistis Pectora. In antiquis fere omnibus exemplaribus . TALIS Animos Iuuenum ET Tam Certa Tulistis . legitur, quod magis placet.
QVAE Vobis Quæ Digna Viri Pro TALIBVS AVSIS. In codicibus aliquot antiquis . PRO LAVDIBVS ISTIS . legitur; & id Seruius agnoscit. In eo- porro ueteri codice, qui apud me est, ita etiam legebatur, sed utraq; dictio abrasa est, & . TALIBVS AVSIS . adscriptum. Est uero hoc idem alibi, ubi Aene as Lausi pietatem admiratur, qui sese morti obiecerat pro salute patris.

Quid tibi nunc miserande puer pro Laudibus istis,
Quid Pius Aeneas tanta dabit indole dignum.

CVI Sola Salus Genitore REDVCTO . Mediceus codex, & aliquot alii . RE CEPTO . legunt Sed id melius inferius, Nihil illo triste Recepto.
SI VERO CAPERE ITALIAM Sceptrisq; Potiri. In aliquot ueteribus codicibus alio numero legitur . SI VERO ITALIAM CAPERE Sceptrisq; potiri. Sed prior ille numerus. CAPERE ITALIAM . magis placet.
CRISTASQ. RVBENTES . In Ro. codice . COMANTIS . legitur. Sed RVBENTIS . placet, quia Purpurei Cristis Iuuenes superius indicati sunt.
INSVPER ID CAMPI QVOD Rex Habet Ipse Latinus. Varie legitur hic uersus. Nam codices nōnulli ueteres . INSVPER HIS . CAMPI QVOD . & QVOS . Alii legunt & . HIS CAMPIS . QVOD Rex Habet Ipse . Vtcumq; uero priores legantur dictiones duæ, placet . QVOD . legere.
IGNARAM Huius, Quodcunq; PERICLI EST . In Romano codice, & aliquot aliis . PERICLI . absq; . EST . legitur. Sed hoc loco sententia uerbum id requirit, & uersum uenustiorem facit.
AT TV Oro Solare Inopem, Et Succurre Relictæ. In codicibus aliquot manu scriptis . HANC TV . Sed magis placet . AT .
PERCVLSA Mente. In antiquis omnibus cod. PERCVSSA . uti sæpe dictum.
TVM SIC EFFATVR . In antiquis, & . TVM . & TVNC . inuenio . & ADFATVR . quod ut mihi uidetur, non ita congruit huic loco.
CASVS Factum Quicunq; SEQVETVR . In antiquis pleriſq; codicibus . SE

QVENTVR. numero plurali habetur. In aliquot. FACTVM Casus Quã uq Sequetur. transpositis dictionibus.

HAEC Ait ILLACHRYMANS. In ueteribus cod. SIC Ait INLACRVMANS.

MVLTA Patri PORTANDA DABAT MANDATA. In antiquis exemplaribus. MVLTA PATRI MANDATA DABAT Portanda. Sed quis idem numerus sit, quoquouersum, atq; eadẽ pene uocaliũ & syllabaru uis, nitidior tñ structura ea uidet, quæ in uulgatis habetur exẽpl. Multa patri portãda dabat mãdata.

NOCTISQVE PER VMBRAM. Antiqui omnes codices. PER VMBRAS. numero multitudinis legũt, quod non ita placet, quod huiusmodi plurale Manibus aut defunctorum animis magis adcommodari soleat.

INTER LORA, Rotasq;. Inemẽdate legit in nõnullis cod. INTER TELA Ro.

HAEC EGO VASTA DABO. Pleriq; ueteres cod. una cũ Porcio legũt. (tasq;. HAEC EGO VASTABO. Cæterum ea lectio, quæ uulgatior est. VASTA DABO. magis omnino pluribus satisfacit; quis in nonnullis, ea abrasa lectione, VASTABO. sit inde repositum. Seruius hoc de corporibus, quæ fusa iacebãt intelligi uult; sed nunquid potius de locis dictũ existimemus, quæ occupata, clusaq; erant a custodiis, atq; uastaturum pollicetur, ut Euryalum lato dein limite ducat.

ARMIGERVMQVE PREMIT RHEMI Aurigamq; Sub Ipsis. Romanus, Porcius, & pleriq; alii codices antiqui legunt. ARMIGERVMQ. REMI PREMIT. Nam Remus primam corripit. Oui. Interea crescente Remo crescente Quirino. Scribitur præterea passim absq; adspiratione.

NECNON TAMYRVMQ. LAMVMQ. In Ro. codice, & in Porcio. LAMYRVM. in aliquot aliis. LOMVRVM. in Oblõgo. LIMYRVM. deniq; quot codices, tot nominis uarietates. Omnes uero uno cõsensu incipiũt ab .L. lrã.

FADVMQVE HEBESVMQ. Subit. In antiquis plerisq; cod. HERESVM. legas. In nõnullis oĩno perperã, utraq; cõsonãte inserta. HERBESVM. népe ut Lectori liceret, q̃ mallet expũgere, siue. Hebesum. siue. Heresum. agnosceret.

RHETVMQVE ABARIMQVE. In cod. nonnullis transpositis cõsonantibus ARABIMQVE. legere est. In aliquot aliis. ABRATIMQ. in nonnullis. RHOECVMQ. FABRVMQ. Sed de nomine Rhœcus, & Rhœtus, alibi dictũ.

HIC Furto Feruidus Instat. In Oblongo codice. HVIC. inuenias scriptum.

VBI IGNEM Deficere. In codicibus atiquot antiquis. IBI IGNEM. ut sit redditio caussæ, cur ad Messapi socios tenderet.

POST MortemBello Rutuli PVGNAQ. Potiti. In Ro. cod. PRAEDAQ. Potiti. legitur. in aliis quibusdam manu scriptis. PVGNA.

VOLSCENTE Magistro. In Ro. codice, in Mediceo, in Porcio, & in aliquot aliis VOLCENTE. legere est; & ita passim. VOLCENS. absq; .S. inter. L. &. C.

MVROQ. Subibant. Vetera aliquot exemplaria. MVROS. habent.

HAVD Temere EST Visum Conclamat Ab Agmine VOLSCENS. In cod. nõnullis. HAVD Temere Visum. absq;. EST. Sosipater, ubi, Temere, pro Negligenter, positum ait, uersum ita citat, Haud temere est uisum Conclamat ab agmine VOLCENS. nomine VOLCENS, uti superius adnotatum est, absq; S. in medio scripto.

OMNEMQ. ABITVM Custode Coronant. In Romano codice, in Oblongo, & in Mediceo. ADITVM. legitur; quamuis meliorem lectionẽ. ABITVM. Seruius esse dicit, ut in Porcio, & plerisq; aliis.

QVI Post Albæ De, Nomine Dicti Albani. Albæ Regi Successisse Procam, ait Seruius. Sed Liuius eum Auentino successisse dicit.

SVSPICIENS ALTAM LVNAM Sic Voce Precatur. In Ro. codice, & aliquot aliis legere est. ALTAM AD Lunam. quod nequaq̃ displicet. In Porcio. ALTAM LVNAM ET. Cuiusmodi quidem lectio agnoscitur a Prisciano,

ubi tã. ET. q. ATQVE. poeticẽ nõnunq̃ postponi notat, aliter uero non; exẽplo hinc ex Virgilio citato, Suspiciens Altam Lunam Et, sic uoce precatur. Plerisq; tamen Eruditis placet magis absq; ulla copula carmen legi. Ist & . ORE PRECATVR. in antiquis aliquot codicibus, quod parui refert.

TV Dea Tu PRAESENS. Seruius exponit. Præsens, Ilico. Sed cur non potius Præsens, Propicia, Fauens, ut illud in Buc. Nec tã præsẽtis alibi cognoscere Diuos.

CONNIXVS Corpore. In Ro. codice. CONISVS. Ac de geminatione quidem apud antiquos adeo rara, superius dictum. Quantum uero pertinet ad. X. uel. S. in participii forma reponendas, Valerius Probus sentire uidetur, eandem esse appellationem in proprio nomine, in appellatiuo, & participio. NISO Hyrtaci filio; NISO participio; & NISVQVE immotus eodem. Quare CONNISVS. ex Probi sententia scribendum.

FRANGITVR, AC FIXO Transit Præcordia Ligno. In ueteribus codicibus uel. FISSO. legi, a Findo, quod agnoscit Seruius, uel lectionem abrasam, & modo, FIXO, modo FRACTO, aliena manu repositum.

ET Longis Singultibus Ilia PVLSAT. In Ro cod. PVLSANT. sed melius

TELVM VIBRABAT. In codicibus plerisq; omnino VIBRABAT. legitur, sed in emendatioribus. LIBRABAT. (unitatis numero.

DVM Trepidant, IIT Hasta Tago. In cod. antiquis. IT. omnino per synæresin. Siue. IT. præsentis temporis omnino sit, & ui subsequentis adspirationis producatur, quod magnum litteratissimis Viris negotium facessit. meliore tamen parte in eorum sententiam concedente, qui concisionem factam ex, IVIT, autumant, ut in Terentiano prologo Existimat, pro Existimauit; quam lectionẽ Donatus agnoscit, licet apud Priscianũ, in hoc citato uersu, neq; IT, neq. IIT. legatur, sed, VOLAT Hasta Tago per tempus utrunq;. Sed & illud obseruatione dignum, quod Carisius monet Tempora pluraliter tantum dici, quamuis Virgilius singulari sit usus, ut hoc loco.

ATROX VOLSCENS. In antiquis cod. VOLCENS. uti dictũ, absq; S. Atq; ita scribendum inferius, VOLCENTEM Petit, in solo VOLCENTE moratur.

NIHIL Iste, NEC Ausus. In Ro. NEQVE Ausus, quod licet parui sit momenti, elegantioris tñ ingenii Viri numerosæ huiusmodi uarietate delectati solent.

ET SIDERA CONSCIA Testor. Veteres omnes codices legunt. ET CONSCIA SIDERA. Adiectiuo præfecto.

TRANSADIGIT Costas. In Ro. codice. TRANSABIIT. legitur. & in aliquot aliis. TRANSADIIT. quod ab aliquot Eruditis receptum uideo. In Porcio, & plerisq; aliis manu scriptis. TRANSADIGIT. omnino scriptũ est. Sed usus loquendi est, ut Adigo ferrũ, aut ensem enuntiemus, nõ ensis adigit, & iã dictũ est, Ensis adactus, quare uel. ABIIT. uel. ADIIT. melius uidet.

ET CANDIDA PECTORA Rupit. Ro. codex cũ aliquot aliis. PECTORA Candida. epitheto, quod miserationem mouere posset, ultimo loco apposito.

LAXOVE Papauera Collo. Antiqui pleriq. cod. LASSO. Porcius, Vitalianus & aliquot alii. LAPSO. habent.

AT Nisus Ruit In Medios. In Oblongo. AC. in quibusdam aliis. ET. Sed enim locus ipse exigere uidetur. AT.

PROTVRBANT. In antiquis aliquot. PERTVRBANT. Sed oĩno melius

INSTAT NON SEGNIVS. In ant. cod. NON SECIVS. (PROTurbant.

Quod nõnulli etiam per. T. scribunt. SETIVS. quod nequaq̃ Docti probant.

CAPITOLI Immobile Saxum. Quãuis in uetustis codicibus. CAPITOLII. geminato. II. scribatur, eo modo, quo Terentius Scaurus huiusmodi Genitiuos scribi præcipit. Hoc tamen loco, ne synalepha ex tribus uocalibus distinctis fiat. CAPITOLI. unico. I. scribendum Censuerim, facta synæresi, ut ptius

erat in Porcio. Quae uero Seruius de Termino, eadem fere apud Aulum Gellium habentur. Lactantius tamen libro contra Gentes primo, saxum hoc a Romanis cultū dicit, propter illius memoriā; quod pro Ioue obiectū est Saturno deuorādū.

VOLSCENTEM EXANIMVM. In Ro. cod. VOLCENTEM EXANIMEM. In aliis EXANIMVM. utrūq; receptum a Grammaticis.

TEPIDVMQVE RECENTI Cede Locum. Ita quidem habetur in Ro. codice. Sed in Oblongo, & quibusdā aliis. TEPIDAQVE RECENTEM Cede Locum. legitur. Quam hypallagen figuram agnoscit Seruius. In Porcio una mutata dictione, eadē tamen elocutionis figura. TEPIDAQVE MADENTEM Cede Locum. habet.

IAM Rebus Luce RETECTIS. Sunt antiqua exemplaria, in quibus. RECEPTIS. scriptum sit, quasi res noctu auferri uideantur, die uero reddi. Sed enim. RETECTIS. omnino receptius.

MVRORVM IN Parte Sinistra. In Romano codice. MVRORVM PARTE. legitur, absq; IN.

SIMVL ORA Virum Praefixa VIDEBANT. In Ro. codice, in Oblongo, in Mediceo, & quibusdā aliis peruetustis. MOVEBANT. legere est cū paraphrasi, Commouebant, ex Seruii Commentariis desumpta.

PENNATA. In Ro. cod. PINNATA. de qua scribēdi ratione alibi satis dictū.

HVNC Ego Te Euryale Aspicio. Cicero in Rhetoricis. Octauus Locus, per quem aliquid dicitur esse factum, quod non oportuerit, hoc modo. Non affui, non uidi, non postremam eius uocem audiui, non postremum eius spiritum excepi. Item. Inimicorum in manibus mortuus est; hostili terra turpiter iacuit insepultus; a Feris diu uexatus cōmuni quoq; honore in morte caruit; qui loci omnes hic a Virgilio tanguntur. Quantum uero pertinet ad Grammaticen, Sosipater Soloecismum notat transmutatione fieri, quum finitiua pronomina pro qualitatis significatione ponuntur, hoc citato uersu, Hunc ego te Euryale aspicio, pro Talem.

TIBI QVAM Noctes Festina Diesq; VRGEBAM. In Ro. codice. TIBI QVOD. & VRGVEBAM. in aliquot ueteribus, Attiano more.

HOC Mihi De Te NATE REFERS, QVAE Sum Terraq; Mariq; secuta. Exēplaria manu scripta magna ex parte ita legunt. GNATE REFERS. HOC Sum Terraq; Mariq; Secuta. Quod dubioprocul longe uenustiorem sententiam reddit. & est pathos ab inani spe, qua inducta fuerat, ut Gnatum terra mariq; sequeretur, felicitatis proposita spe, nūc uero funus eius miserabiliter intueatur. Nam illud. QVAE. Sum terraq; mariq; secuta, subfrigidum nescio quid habet.

SVB TECTA REPORTANT. In Mediceo, in Vitaliano, & plerisq; aliis antiquis codicibus. IN TECTA REPONVNT. habet. In Porcio. SVB TECTA REPONVNT. praepositiua ab his tantum particula uariata.

AC VELLERE Vallum. Male in Ro. codice pro VELLERE. PELLERE. est, sumptū ex inferiori uersu, ubi recte. Pellere Vallo missilibus certant. scriptū est.

SVBTER Densa. In cod. aliquot ant. SVPTER. per. P. legit & hic & alibi.

CVM Tamen Omnes Ferre LIBET. In Mediceo. IVVAT. scriptum est.

RESCINDIT Vallum. In cod. admodum uetustis legere est. TRANSCENDIT Vallum. quia sequitur. Scalas in moenia poscit. Magis tamen placet. REASCINDIT. ut in pluribus manu scriptis codicibus habetur. Nam si ad moenia succedendum erat, uia prius aperiēnda fuit, rescisso uallo.

ET Flammam AFFIXIT Lateri. In Mediceo. AFFECIT. Sed melius ADFIXIT. ut in aliis habetur.

HELENOR. In aliquot Ant. HALENOR. Sed HELENOR. in pluribus.

SERVA LYCIMNIA. In antiquis aliquot cod. LACYMNIA. legit. In aliis LICINNIA. usq; adeo saeuitū est passim in oīa pene Hominū, & Locoꝝ noīa.

QVAESITVM Aut MATRI Multis Balatibus Agnū. In Ro. cod. & in Porcio.

MATRIS . quippe Balatibus, legit, q̃q MATRI uulgata lectio non displiceat.
ALLAPSA Sagitta . In anti. ADLABSA . per .D. & per .B. more Veteri, & SAGICTA . quod eam a Sagaci ictu dictam uolunt.
ET LEVO Infixa Est Lateri Manus . In ant. aliquot . ADFIXA qđ nequaq̃
ET MORTI Prætendere Muros . In cod. aliquot antiquis MAR (displicet . TI . Legitur. Sed enim MORTI . pro Bello positum ait Seruius.
SAEVOQVE Gelu Duramus . In antiquis aliquot codicibus . DVROQVE Gelu . habetur. Sed SAEVO Castior omnino lectio.
CONVECTARE Iuuat Prædas . In Ro, cod . in Mediceo & peruetustis aliquot aliis . COMPORTARE . Legitur. Sane Comportari dicuntur quæ proueniunt ex reditibus . Hor. Si comportatis rebus bene cogitat uti . Ita de iis omnibus quæ ex Agro . In Vrbem comportantur . COMVECTARE tamen magis placet eruditis auribus.
TYMPANA Vos Buxusq; Vocat BERECYNTHIA . In ant. exempl. VOCAT numero singulari, ut cũ uicinìori supposito congruat. Est & VERECYNTHIA. per V. Digammon in codicibus nonnullis. Vt huiusmodi pleraq; alia, Græcæ cõsonantis sono. Male uero scribunt qui Syllabæ pene ultimæ aspirationem apponunt, quum . T . sit apud Græcos βερεκυντία.
ET CEDITE Ferro. Seruius intelligi putat de Cultris quibus Sacerdotes Deæ Cybeles euirabantur. Atq; ita Cedite, Parete interpretandum erit. Sed enim figuratius est dicere. Ferro hoc est Bello. Neq; indecora est illa eius sententiæ per diuersi uocabula repetitio, quam is fere negligit.
AVDIIT . In ant. per Synæresin AVDIT . de quo sæpe alibi dictum.
SONAT Vna Letifer Arcus . In Ro. cod. nõnullisq; aliis legitur FATIFER .
EFFVGIT Horrendum Stridens Elapsa Sagitta . Quamuis Seruius EFFVGIT Agnoscat . Vetera tñ exẽplaria ET FVGIT . legũt. & pro Elapsa . ADLAPSA & ALLAPSA Inueni . In Ro . uero cod. & in aliquot aliis Ipsa uenerandis uetustate. ADDVCTA . scriptum animaduerti, In qua lectione ipsum Iaculantis & Telum contendentis gestum aspicere uidearis . Oui. Viderat adducto tendentẽ cornua neruo . Loco tamen hoc nonnulli uolunt ALLAPSA melius esse.
ET CAVA Tempora Ferro Traiicit . I . Verbis Virtutẽ illude Superbis . Est & hic quoq; unus ex illis locis, qui tam Varie leguntur q̃ Variæ sunt Veterum codicum manus . Nam in R o. cod. IP ANSADIGIT . VERBIS . scriptũ habetur, facta nimirum iniuria sententiæ, Si nequeas . I . Verbis Virtutem Illude Superbis, integrum subiungere . Nam si tollas . I . Verbum totam eius sententiæ uenustatẽ tollas. In Oblõgo cod. pueteri . TRAIECIT . In aliquot aliis TRANSIECIT . Sed enim oblati etiam mihi sunt codices peruetusti, In quibus TRANSFIGIT . scriptum uideas. Quare aut hic aliquid simile Versibus illis exlegibus . Nec te Comitem hinc asportare Creusam . & Rostrisq; stridentibus , aut quod omnino placet . TRAIICIT . Legendum, Vt . I VERBIS . subsequatur.
AB ALTO Aethere Se Mittit . In ant. aliquot MISIT præterito tempore.
FORMA Tum Vertitur Oris Antiquum In Butem. Pleriq; Veteres codice FORMAM . Legunt cuiusmodi lectio abrasa est ex Mediceo . Est & ANTIQVVM Vnico . V . legere. qđ olim per. C. scribebat . ANTICVM, Vt POSTICVM .
ET Crines ALBOS . In Porcio & quibusdã aliis manu scriptis codicibus CRINIS FLAVOS habetur. Sed qui Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, Albos iam Capillos habere debebat. Qui uero Flauos reposuere forte ALVOS , Corrupta sæculi pronunciatione, quam emendare conatus est Adamantius scriptum inuenerãt, Eiusq; abusionis ignari . FLAVOS scribendum iudicarunt . Nam ALBOS . In codice Delphio & aliquot aliis antiquis omnino legi .
SIT Satis AENIDE . In Romano codice legitur, AENEADE . secunda syl-

. laba a principio correpta, per abiectionem ꝑ ἰῶτα ex diphthongo. In reliquis tamen exemplaribus. AENIDE. habetur κατὰ συ κοινῆ. uel. AENEIDE. per diphth. ει. integra dictione. Vnde. AENEIS. patronymicum fœm. diphthongo soluta. Sed enim Priscianus ait Virgilium actoritate sua dixisse Aeneiden, quod secundum regulas. AENEAS. esse debuerat.

DANT Sonitum FLICTV Galeæ. In Romano codice, & aliquot aliis. AD FLICTV. legitur, ex paraphrasi sumptũ. Nam Seruius agnoscit. FLICTV. In aliquot cod. antiquis mutato numero legit. Dant Sonitum Galeæ FLICTV.

IDEO Alcanore CRETI. Veteres aliquot codices. NATI. habent, ex paraphrasi lectione inculcata contextui.

PRO Turribus ASTANT. In Veteribus nonnullis. INSTANT. legitur, sed. ADSTANT. melius.

LIQVENTIA Flumina Circum. In Oblongo quidẽ codice. LIQVETIA. legitur. Vnde quidam arbitrati sunt de fluuio nobili, in Foro Iulii, dictum. Romanus tamen codex cum plerisq; aliis. LIQVENTIA. legunt. Sæpe enim fit, ut posito genere species subiungatur. Hinc addit, Siue Padi ripis, Athesim seu propter amœnum.

CONTINVO QVERCENS. In antiquis aliquot cod. QVERQVENS. habet.

ET Pulcher EQVICOLVS. In antiquis partim. EQVICVLVS. partim AQVICVLVS. legitur.

ET Præceps Animi TMARVS. In antiquis aliquot. TMAROS.

AVT VERSI Terga DEDERE. In codicibus nonnullis AVERSI Terga DEDERVNT. Sed enim. AVT. necessariũ uidetur, ut sententia & ordo cõstent.

AVT IPSO Portæ. Neq; id placet, quod. IPSI. in nonnullis Veteribus habetur exemplaribus.

TROES Glomerantur EODEM. In Romano codice legere est. IN VNVM. sed melius. EODEM. hoc est ad eandem Portam, quam Pandarus & Bitias reclurserant. Fuit uero. IN VNVM. paraphrasis.

AERA Per TENVEM. In plerisq; cod. TENERVM. Sed &. TENVEM. & AERI. & AVRAE. sæpe additum inuenias.

REDDIT Specus Atri VVLNERIS Vndam. Quamuis in plerisq; codicibus VOLNERIS. legatur; & Seruius Specus Vulneris agnoscat exaggeratione Poetica. Sunt tamen alii cod. antiqui, in quibus. SANGVINIS Vndam. legas.

TVM Sternit APHIDNVM. In cod. Romano. ACHIDNVM. In Oblõgo AFIDNVM. per. F. latinum. In aliis. AFIDVM. In aliis. APHIPNVM. deniq; tot uarietates, quot pene codices.

ET CLYPEVM Super Intonat INGENS. Dubitare uidet Seruius an Clypeum Ingens dicendũ sit genere neutro, ut cum Homerica sententia congruat. ἀσάβιος δὲ τὰ … ἀυτῷ. quod alibi Virgilius expressit, Sonitum super arma dedere. Sed enim Liuius libro Quarto de bello Macedonico, Clypea argentea decem ait, quod tamen de imaginibus intelligi, eo loco nonnulli uolunt. Asserit ad hæc Nonius Marcellus, Clypeum utroq; genere pro scuto Virgiliũ posuisse, ut eo loco Ardentes Clypeos. & hic, Clypeum super intonat ingens. Clypeum enim ingẽs indubitato legit Nonius, quo genere & Licinius usus est. Diximus uero clarissimos olim Viros tam in genere, q̃ in scriptione differentiam posuisse; aliterq; Clypeum, aliter Clipeum, aliter Clupeum significare; cuius rei cura sit penes eos, qui nunc etiam & hoc & huiusmodi alia diligentissime perquisiuere, quorum doctissimos libros spero breui in lucem prodituros.

QVALIS In Euboico. In Romano. TALIS. Sed id ex paraphrasi.

CONSTRVCTAM IACIVNT PONTO. Antiqui oẽs cod. hoc numero legunt, CONSTRVCTAM PONTO Iaciunt. sed magis placet interiectus dactylus.

PENITVSQVE Vadis ILLISA Recumbit .·. In antiquis aliquot codicibus legitur VNDIS INLISA. Sed VADIS magis placet. Alludit autem Poeta ad Portus Lucrini reparationem ab Augusto factam, quum Aedificatus a Iulio Cæsare corruisset.

QVI CASVS AGAT Res. In Ro. & in Mediceo. QVIS Vt Grammaticorum præceptionibus fieret satis. Nam QVIS. Cum. S. dici uoluut grammatici auctore Sosipatro, cum in quærendo; Vt Quis Te Nate Dea. In inferendo autem. QVI. sine. S. Vt ille uides pura Iuuenis qui nititur hasta. Et enim Præpositiuum Quis, Subiunctiuum. QVI. Quod tamen Auctores non obseruarunt. Vt Attius. QVI nam Tantalidarum internitioni modus sit. & Virgilius. Qui casus agat res. hæc Catisius.

LVX Oculis EFFVLSIT. In Romano codice OFFVLSIT. Vt superius.

CLIPEOQVE Micantia FVLGVRA Mittit. In Ro. Mediceo & in Porcio. FVLMINA. & Verbum Mittit numero uariat.

SI QVA ANIMO Virtus. In Ro. ANIMI. Sed magis placet ANIMO.

AT NON Hoc TELVM. Miratur Seruius Telum pro Gladio positum. Sed. n. & apud Oratores inuenitur. In Rhet. ad Heren. L. primo Aiax in silua postq̃ resciuit quæ fecisset per insaniam, gladio incubuit. Vlysses interuenit, occisum conspicatur, corpore Telum cruentum educit. Est in Mediceo LIBRAT. pro VERSAT scriptum.

NEQVE ENIM IS Teli Nec Vulneris Auctor. In Romano codice, in Porcio & aliquot aliis scriptum. NEQVE ENIM ES. Vt sit ideo non effugies. quia tu non Es Auctor teli neq; uolneris. Tua. n. euitari possunt, mea autem minime.

GEMINA INTER TEMPORA. Codices nonnulli ueteres legunt. MEDIA Inter Tempora. Figurata elocutione. Mediã frontẽ inter media tẽpora.

ATQVE Illi In PARTIBVS Aequis. Antiqui codices omnes, quotquot uidi legunt absq; IN. ATQVE ILLI PARTIBVS AEQVIS.

CEDISQVE INSANA Cupido. In ueteribus aliquot exẽplaribus INFANDA.

IN TERGVM. Ro. codex. TERGVS habet. Quam lectionem hoc citato uersu Flauius Sosipater agnoscit aduersus eos qui pro Dorso Tergum Tergi facere. Tergus uero tergoris pro pelle contendebant. Nam & Terga boum dictum a Virgilio reperit, quum Tergum tantum Hominis esse contenderent. Exemplis uero Virgilianis impunitas etiam illis datur, qui putant Tergum hominis, Tergus uero pecoris nominari. Nam & Tergora deripiunt costis, & alibi Venit in Tergum ad uersi Sulmonis legitur.

ET CONFIXVM Phegea Parma. Veteres omnes codices CONFIXA legunt PARMA. Sed CONFIXVM. figuratius est.

TVRNVS PAVLATIM Excedere pugna. In Romano codice PVGNAE. Legitur. Sed Pugna melius iudicant eruditi Viri.

ET PARTEM Que Cingitur AMNI. In Romano codice; & aliquot aliis. VNDA pro AMNI. habetur.

DEMISIT GERMANAE Haud Mollia Iussa Ferentem. In codicibus aliquot antiquis. Legere est MISIT GERMANAE HAVD. Absq; ulla Synalepha; quod neq uaquam placet.

ACCEPIT VENIENTEM. In antiquis plerisq; codicibus. FVGIENTEM. Repositum ab iis, qui fugæ dedecus noluerint Turno illatum. Sed enim fuga & fugere, non semper in opprobrium, sed pro celeri cursu sæpissime ponitur. Sumpta uero hæc figura nimirum ex Historia Coclitis, Qui resciso a Tergo Ponte Sublicio cum armis se in Fluuium dedit; incolumisq; ad suos enatauit.

esse uoluerunt . Vt ARCESSO ab eo uerbo sit ; Quod est Arceo . Accerso uero ab eo quod est Cio . Vtcumq; uero scribat ad eandem pertinere significationē. Cansius uero eos errare scribit, qui Accerso ex eo qđ est Arceo ductum putāt ;sicut Arcesso . interesse.n.ait, quod Arcessere est accusare . Accersere autem uocare .

ET PLACIDVM Læti Componite Fœdus. Non Eo Inficias PLACIDVM per . D . in Veteribus aliquot codicibus reperiri , prout in impressis ; uulgatisq; omnibus habetur . Romanus tamen Codex atq; Mediceus PLACITVM per . T. legit . Quam lectionem agnoscere uidetur Seruius , Quum exponit . Mihi .s.

O PATER O Hominum Diuumq; Aeterna potestas . Romanus codex una cum Porcio & aliis quibusdam legunt . RERVMQ . AETERNA Potestas . Probus Grammaticus horum Vnum secundum Physicos , Alterum secundum Mathematicos esse dicit . Circa res uero , Physica uersatur inuestigatio .

AGGERIBVS Mœrorum Prætereo ADGERIBVS & ATGERIBVS . Vt habetur in exemplaribus antiquis . Illud missum non faciam . Multos Auctoritatē Seruii secutos . MOERORVM . per . OE . diphthongum scriptitasse . Nam omnino esse quædam nomina ait Probus quæ . V . litteram in . OE . litteras cōuertant . Vt puta MVRORVM MOERORVM : & cætera talia . In Romano tamen codice , in Mediceo , in Porcio, & plerisq; aliis manu scriptis . MVRORVM per . V . notatum . Plura uero super hoc uideris apud Seruium .

ET INVNDANT Sanguine Fossæ . Antiqui codices pleriq; legunt FOSSAS . Vt Rutuli sit subiectum . Quam lectionem agnoscere uidetur Seruius . dum ait . Inundant . Implent : & inundare faciunt ; dicturus nimirum . Implentur . si FOSSAE plurali nominatiuo legisset .

CVR NVNC Tua Quisq; Vertere Iussa Potest . Ita quidem scriptum est in antiquo codice Vaticanæ Bibliothecæ, Sed in Romano . IVRA . non Iussa legitur . In Oblongo autem & aliquot aliis FLECTERE IVSSA . Quod a plerisq; doctis Viris iam receptum est .

AENEAS Sane Ignotis Iactetur In Vndis . & SANE & VNDIS . In plerisq; omnino codicibus habetur . Sed Romanus codex antiquissimus , & qui apud me est AENEAS . PROCVL . IGNOTIS . legunt ; atq; etiam pro . VNDIS . ORIS . In Veteribus aliquot exemplaribus inueni . Et est cōcessio amaritudinis plena. Aeneas procul ignotis iactetur in oris , dum tantū liceat mihi Ascanium in Vrbibus meis aut Amathunte , aut Papho , aut Cytheris incolumē seruare . Magis tamen placet . VNDIS . ut adludat obiter ad futurā Aeneæ mortem ; Vt in quarto . Cadat ante diem, mediaq; inhumatus harena .

ET DIRAE Valeam Subducere Pugnæ . In antiquissimo codice . DVRAE Sed in aliis omnibus DIRAE .

EST AMATHVS Est Celsa Mihi Paphos Atq; Cythera . In exposito Palatino codice legere est . Est Amathus , est celsa Paphos , atq; alta Cythera; cui lectioni secretior ille Codex maioribus litteris Perscriptus , nō nihil adstipulatur , quis in eo sint litteræ aliquot inuersæ . Adiuuat etiam id quod inferius Iuno eadem argumenta retorquēs ait . Sunt alta Cythera . Sunt uero codices antiqui , ubi . AMATHOS . scriptum sit ; Sed enim αμαθουσ Græce dicitur , & eodem modo proferunt Latini eiusdem diphthongi ουσ . seruato sono .

EXIGAT. Hic Aeuum . Antiqua pleraq; exemplaria . EXIGET . Indicādi qualitate legunt . Non in Deposcendi figura . Nam illud . Magna dicione iubeto Carthago premat Ausoniam, separatum est membrum per concessionem .

ET ARGOLICOS Medios Fugisse Per Ignes . In Romano codice , in Mediceo in Porcio & nōnullis aliis antiquis MEDIVM . Legit . qđ multo magis placet .

RECIDIVAQVE Pergamā Quærunt . Recidiua quidem in multis habet exemplaribus tam Recentibus quam Vetustis, tractum sermonem de arboribus, quæ aliis

fectis repullulant; ait Seruius. Qui quidem longe eruditius mihi uidetur expofuisse alibi, post casum restituta. eo Versu. ET recidiua manu posuissem pergama uictis. Vt enim a Cado Cadiuus, ita a Recido recidiuus, quod si a Cedo, seco, deduceretur secunda syllaba produci deberet. his tamen ita disputatis & Codex Romanus, & alter peruetus qui apud me est. REDIVIVA legunt. Quod nō ita proprie dictum nonnulli putant. Sextus tñ Pompeius ubi. REDIVIVVM esse, ex Vetusto renouatum exponit, Exemplum ex Cicerone citat Lib. primo in Verrem. Vtrum existimatis minus operis esse unam colūnam efficere ab integra nouā nullo lapide rediuiuo. Ita enim est in antiquo Pompeii codice.

ITALIAM Petiit Fatis Authoribus. In codicibus nonnullis admodum uetustis legere est. ITALIAM FATIS PETIIT AVCTORIBVS. Quod nōnulli putarunt. T. litteram posse reddere syllabam communem, quum eiusmodi scansionis ratio cesuræ debeatur. Vt apud Ouidi. VII. Metamorphoseos. Dissimilemq; animum subiit Aeeta relictus. quod imperite nonnulli deprauarunt, qui. SVBIIT PATER OETA RELICTVS. Legēdum censuere. ignari nomen αἰήτης in eam formam contrahi non posse. Aliquot ex iis codicibus qui PETIIT Auctoribus habent. PETIT unico. I. scribunt. sed id longiore linea notatum, Vt duorum uicem subeat. Vt. INFERIS. Choriābici dimēsione unico. I. notatum in antiquo lapide legi; Quē. C. Curtius. C. L. Antiochus Pater, Et Aricinia Nais; Mater Basso filio posuerunt. ita enim est.

DEBVIT. HOC. NATVS. NOBIS. PRAESTARE. DVOBVS.
VT. CINERES. PATRIOS. DEDERET. INFERIS.

PACEM Orare MANV PRAEFICERE Pupibus Arma. In aliquot antiquis codicibus legere est. ET PRAEFICERE. Quod hoc loco uidetur emphasim

FOVIQVE. Cupidine Bella. In ant. fere omnibus FOVIVE. (habere. legitur non inepte.

RERVM CVI Summa Potestas. In Ro. codice. PRIMA POTESTAS.

TVM Zephyri Posuere. In ant. aliquot. Et Zephyri.

ACCIPITE Ergo Animis. Antiqui aliquot codices. ADCIPITE. scribunt incolumi præpositione. Sed enim antiquissimum est. Accipere. CC. geminato scribere. Siquidem Velius Longus ait Lucillium instituisse, Accipio & Accurrere geminato. CC. notare.

QVAE CVIQ. Est Fortuna non placet. QVAECVNQVE. Vt in uetustis aliquot codicibus habetur.

TROS Rutulus ue Fuat. In aliquot antiquis cod. Rutulus ne legitur.

FATA VIAN Inuenient. In Mediceo codice INVENIANT. scriptum est Imperatiue, Vt sit Sententiæ perlatæ pronuntiatio. non tamen expungendū est. INVENIENT. quum id quoq; suam habeat orationis maiestatem.

IASIVS Imbrasides. Romanus Codex. ASIVS legit. Nam. IASIVS. Quadrisyllabi forma est. Vt Iasion. Vt apud Oui. Iasiona Ceres. quod imperite quidam legunt Iasona flaua Ceres. In aliquot uero aliis antiquis omnino codicibus. LASIVS legitur. Sane quidem Homerus Asium inter Troianos Proceres recenset, Sed apud eum Hyrtaci nō imbrasi ille filius appellatur.

ET SENIOR Cum Castore Tybris. In Ro. codi. THYMBRIS. legitur; quod ne forte ridiculum uideatur, sciendum est dictionem, quæ Tybris est apud Latinos θύμβρις. apud Græcos dici, ut apud Hesichium & Stephanum. Theocritus καλὸν κατὰ θύμβριδος ὕδωρ. a quo Syracusanos Fluuium hunc riostrum appellasse indicat Seruius in tertio Aeneidos. Sed ibi, Vt plerumq; alibi corruptus. Sed ne de nomine tantum proprio. THYMBRIN,

dici debere putet. pro Romano Fluuio . THYMBRIN . quoque scriptum in antiquissimo codice Virgiliano ostendit mihi Angelus Colotius.

ET CLARVS Ethemon Lycia Comitatur Ab Alta . Bona Codicum Pars ex iis præsertim qui uulgati sunt, unum tantum Proprium nomen ponere uidetur ut Sarpedonis fratres innominati sint, & his comes Ethemon accedat, Clarusq; sit Epitheton . Romanus uero codex una cum ueteribus plerisq; aliis legunt. ET CLARVS . ET. HAEMON . LYCIA Comitantur Ab Alta . Vt nomina hæc fratrum Sarpedonis fuisse noris. CLARVM quippe, HAEMONEMQ ue. Clarus enim pro nomine proprio siue Hominis; siue Insulæ primam corripit. Atq;. ET. siue quod monosyllabum est in principio pedis, siue quod cesura Tritimemeris, siue, quod sequitur adspiratio, produci potest. In aliquot etiam exemplaribus antiquis legere est . IDA COMITANTVR AB ALTA . non Lycia. Nempe quod Epitheton Monti, potius quam prouinciæ congruat . Sed enim Seruius Alta pro Nobili positum ait. pluribus enim de caussis Lycia nobilis.

LYRNESIVS ACMON . Antiqua exemplaria . ACMON. per.C. scribunt. Sunt uero omnino adeo cognatæ litteræ. C. & .G. Vt uix pronuntiatione distingui intelligantur. Est & illud in quibusdam codicibus antiquis, quod sæpe. C. pro .S. ponitur. quia posteriora tempora figuram .S. litteræ si Græce scriberent, ad similitudinem .C. litteræ latinæ delinearunt . Quare non mirum si etiam LYRNECIVS. pro LYRNESIVS .scriptum inueniatur.

NEC Fratre MENESTHEO . Seruius omnino Dactylum uult in quinta sede. MENESTHEOQ . interiecta uocali. E. inter. M .&. N. omnino legendum contendit . Neq; desunt uetusti codices qui eodem scribant modo. Antiquiora tamen exemplaria Versum spondaicum faciunt, dum . MNESTHEO, legunt. Vltimæ enim duæ syllabæ in unam coeunt . κατὰ συνίζησιν.

AVT Oricia Terebyntho . Multi Oricia. per. C. scribendum curarunt. Vulgatiora exemplaria per. ϑ. Orithia.Verum Oricus per ω μέγα . Ciuitas est in Ionio sinu. & Oricæ Paludis in Epiro, sua in Europa mentionē facit Hecatæus, Et ab utroq; nomine Oricius deducitur. Quæ dicta uolui, quia sunt, qui orithon per . ϑ. & ita orithia scribendum libris iam editis autumant. Sed & Terebynthū per. Y. In pene ultima male scribunt. quæ ἶτα est apud Græcos. In quo omnia corrigenda sunt exemplaria latina . Præterii uero de industria; quod in quibusdam ueteribus cod. CORICIA legitur, quū Oricia in longe pluribus legatur.

ET MOLLI Subnectit Circulus Auro . In codicibus nonnullis ad modum uetustis SVBNECTENS legitur.

PACTOLVSQVE Irrigat Auro . In Ro. codice, non sine dulci aurium prurito PACTOLOS . legitur. In aliquot aliis . Pactolus & irrigat . Sed Pactolusq; uel PACTOLOSQVE IRRIGAT. plurium codicum consensu comprobatur.

AGGERE Murorum MOERORVN . hoc loco scriptum est in Romano codice. In aliis Murorum.

TVM LIBERA FATIS . In Ro. codice & Oblōgo. FATI . singulari numero Genitiuo casu legitur, quod minime contemnendum est.

ROSTRO Phygios Subuecta Leones. In Mediceo, in Porcio, & aliis plerisq; codicibus antiquioribus scriptū obseruari. SVBIVNTA . quod longe uenustius est. Prætereo autem lectionem eam quæ SVBIECTA legit. qd' non ita placet.

QVIQVE Vrbem Liquere Cosas. Vsurpationem esse dicit Seruius, Vrbē Cosas, quum apud Sallustium singulari numero dicatur . Arusianus inter elocutionum exempla hoc obseruat. Vrbem singulari numero. Et nomē plurale coniunctum.

VNA TORVVS Abas. In Ro. TORVOS . & ita pleraq; alia; quæ consulto dissimulauimus; ne delicatis quorumdam auribus fastidio essemus.

SEXCENTOS ILLI. Adeo uaria est scribendi ratio si omnia consectere, ut nullum

pene uerbū inuenias uno modo scriptum, qđ alia aut alia ætas aliter non scripserit. SEXCENTOS quidem nemo non per. X. notat. Sunt tamen Antiqui codices, in quibus id nomen per. S. notatum inuenias SESCENTOS. quum tamen ætates quædam aliæ. S. in. X. mutare gauderent, Vt in nomine. XECVNDVS. Fieri solitum superius indicauimus.

QVI CERETE DOMO. Non referā loco hoc codicū uarietates quum omnino casta lectio sit. CERETE DOMO. Ea elocutione, qua dictum alibi. Qui Genus VNDE DOMO. Quaq; dixit Horatius. VNDE DOMO, Quis. Itaīn ultima scena Pœnuli Plautini. DOMO Carthaginenses sunt. Et quod Romæ apud Zampolinos ostendit mihi Antonius. Valla Theanen. antiqua inscriptione notatū. D. PERVSIA. quod signat. Domo Perusia. Atq; in iisdem ædibus.

POLINGENVOS DOMO
BONDINCOMAGVS.

Ex quo locus apud Plinium examinandus de Oppido Bondinco in Padi Hostio.

INTEMPESTAEQ. Grauiscæ. In Romano codice GABISCAE. legit. Librariorum imperitia. Grauiscas enim quod grauem Aerem sustineāt dictas aiunt.

TRANSIERIM Cigne, siue Cicne, ob cognationem. Sed enim nomen hoc in antiquis exemplaribus aliter scriptū inueni. Siquidem in eo codice, quem Pomponii Læti delicias fuisse dicunt. & in Vetustis aliis plerisq;, qui apud me sunt, atq; etiam in aliquot aliis Vaticanæ Bibliothecæ legitur. CINERE. In Romano CV, MARE. Cycne uero, & Cygne diuulgatorum est exemplarium. Non enim hic Ligurū ductor Cycnus, Sed insignis Cycni gestamine inducitur ob eius Cycni memoriam, qui Luctu Phaethontis Canentem molli pluma duxisse senectā fert.

O LORINAE Surgunt De Vertice Pennæ. In Ro. cod. PINNAE. Vt adsolet. In alirquot aliis. CRISTAE. notatum est, sed. CRISTAE. Paraphrasin fuisse crediderim.

ILLE Etiam Patriis Agmen Ciet Ocnus ab Oris. In antiquo satis exemplari legere est. QVIN ETIAM PATRIIS. Hemistichium uero reliquum duab9 transpositis dictionibus, in uno ex antiquioribus, qui sunt in Vaticana Bibliotheca legitur. Patriis OCNVS Ciet AGMEN ab Oris. Est & ubi legatur. OGNVS. per. G. uti CYCNVS & CYGNVS.

QVOS Patre Benaco. In Ro. codice VENACO. more suo scriptum est per V. digammon. Quin etiam Adamantii Martyrii regula est, Vt in iis; quæ utrum per. B. mutam, an per. V. digammon scribenda sint quærit. SI. VE. producta fuerit prima sede collocata, Si quidē Masculini Vel neutri generis existant, per. V. signari. Vt Venator, Velum. Veretrum, τὸ μόριον. Venabulum, & similia. Si uero fœminina sint tantummodo quorum origo a masculino uel ne non cernitur per. B. mutam scribi debere. Besica, Bellua, Bestia; de signat tamen quæ duarum fuerint syllabarum, Ex quibus, Beta, τὸ σεῦτλον, polisyllaba sequatur. Quare qui. VENACO. scripsere Adamantii sententiam secuti sunt. Sed enim quam ponit ille, Besica nemo nunc per. B. scribit, si latine; a Vento uero eam deduci tradit Caper, & Vensica ea de caussa dicta est a nonnullis. Sunt præterea multa alia, quæ nunc aliter scribimus & enunciamus; quam Adamantius præceperit. VERNAM. n. per. V. scribimus & enuntiamus, pro Seruo domi nato, quem ille, uti superius diximus, tum differentiæ caussa, tum Ethimologiæ per. B. scribi præcipit. LARVA etiam τὸ δαιμόνιον. per V. scribim9; ille per. B. mauult, LARBA nō aliter ac Herba. Tuba. Turba. Similiter nos NAEVVS. per. V. Ille per. B. NEBVS. Vt Cibus. Rubus. Contra uero, nunc omnium mos latine scribentium est, Vt LABOR. BALBVSQVE. per. B.

per . B . mutā scribantur. Ille LAVOR. ut FAVOR , & FERVOR . scribit. & BALVVM, ut CVRVVM, SAEVVM, TORVVM, per. V . digammon. Sed utrum Nos, an Ille melius, incompertum est mihi, quum uideam non solum inscriptiones tam multas a nostri temporis usu uariare; uerum etiam opinatissimorum Hominum sententias super hac scribendi ratione latas. Sed enim optimum factu iudicauerim ita se ad usum accommodare; ne dum doctiores esse uolumus, derisui habeamur. Sequamur uero . M . Tullii Ciceronis exemplum, qui quū pleraq; aliter q̃ in usu forent, enuntianda cognosceret, libentissime tamen cessit consuetudini. Neq; uero nos tam multa ex marmoribus, ex nomismatis, ex tabulis æneis, ex diuersorum Grāmaticorū sentētiis, ex ueteribusq; codicibus congessimus, ut omnia ea suscipienda censeremus; sed, ut quos Grāmaticorū uulgus nunc errores appellat, non imperitia, sed temporum usu euenisse commoneremus.

CENTENAQ. Arbore FLVCTVM Verberat. In Ro. cod. FLVCTVS . plur. nu.

IN PISTRIN Desinit Aluus. In antiquioribus . PRISTIN . de quo dictū.

SPVMAS Salis ære SECABANT. In aliquot antiquis codicibus . RVEBANT . legitur, uersu aliunde repetito.

QVOT Prius ætatæ Steterant Ad Littora PRORAE. Versum hunc superius habundare diximus; neq; in ueteribus codicibus, nisi adscriptum inueniri, hic uero congruum habet locum. Cæterum in Oblongo codice, non . PRORAE . sed NAVES . scriptum est. In aliquot aliis . PVPPES . legit; quod ideo placet, quia uti eo loco supiore dicebamus, Proræ pelago obuertūt, Stant Litore Puppes.

IAMQ. Dies Cœlo DISCESSERAT. In antiquis exemplaribus; quod ualde placet, CONCESSERAT . legitur; q̃uis . DISCESSERAT . nō improbem.

TVNC Sic IGNARVM Adloquitur. In Romano codice . IGNAVVM . Librarii omnino indiligentia scriptum est.

RVMPIMVS Inuitæ Tua Vincula. In cod. aliquot antiquis oīno . RVMPIMVS . habet. Sed in Mediceo, & pleris q; alis . RVPIMVS . p̃terito tempore.

PRIMVS IN ARMA. Sunt codices antiqui, ubi . PRONVS IN ARMA . sit scriptum . Sed . PRIMVS . castior lectio.

QVEM DEDIT IPSE INVICTVM IGNIPOTENS. In cod. aliquot antiquis legere est. QVEM DEDIT INGENS. Sed . IPSE . magis placet. & pondus

SVPERA ASPECTANS Conuexa. In nonnullis codicibus antiquis (habet. SPECTANS . legitur. Sed magis placet . ADSPECTANS.

CLYPEVM TVM Deinde Sinistra Extulit Ardentem, Clamorē Ad Sidera Tollunt Dardanidæ. In antiquis plerisq; cod. CLIPEVM CVM . & QVOM . legit; hoc est . QVOM inde Extulit Clipeum Dardanidæ Clamorem Tollunt. Altera tamen lectio per dissoluta membra magis poetica est.

DARDANIDAE E MVRIS. In Ro. codice . DARDANIDAE MVRIS . absq; . E . particula legitur Aduerbialiter. Reliqua exemplaria . E MVRIS . habent . Eamq; lectionem agnoscit Probus; ubi fieri synalepham ait quum Diphthongus in simplicem Longam cadit . hoc exemplo.

ARDET APEX CAPITI. In Romano codice . CAPITIS . legitur, Sed enim magis placet . CAPITI . Datiuo casu.

CRISTISQVE A Vertice Flamma Funditur. Confusus nimirum ordo; nisi ueteta succurrerent exemplaria, ut antiquissimum illud Romanis litteris perscriptū; in quo legere est . CRISTISQ. AC VERTICE FLAMMA FVNDITVR . ita etiam in Mediceo. In aliquot aliis ueteribus . CRISTIS AC VERTICE . legitur, absq; . QVE . Vtrumlibet ex his magis placet q̃ A VERTICE.

ET Vastos Vmbo Vomit AVREVS Ignes. In antiquis nonnullis codicibus . AEREVS legitur. Sed . AVREVS . rem magnifice magis amplificat. Et inferius, ubi Aeneas congreditur cum Mezentio, idem habetur. Sed Substinet Au.

reus Vmbo. Sciendum uero in eadem dictione eandem esse lectionis uarietatem apud Liuium. L. VIII. de bello Macedonico. Et. XII. Clypea ærata ab. AEDD. Cur. P. Claudio, &. P. Sulpitio Galba sunt posita. quod in emendatioribus exemplaribus. AVRATA. legitur.

LITTORA PRAERIPERE. In antiquioribus codicibus legitur. LITORA PRAECIPERE. Id uero significat, Capere ante locum; quod in historiis frequēs; & apud Liuium. L. II. tertiæ Decadis, ubi passim legitur de Annibale effugium meditante. Dum ipse longius spatium fuga præriperet. antiquiores codices habent. PRAECIPERET. Et eodem modo libro primæ Decadis Sexto, ubi legitur. Nobiles homines in possessionē agri publici grassari; nec, nisi anteq̃ omnia præripiant, diuisus sit, locum ibi plebi fore. In antiquo codice, Nisi anteq̃ omnia PRAECIPIANT. scriptum est.

IN Manibus Mars Ipse VIRIS. Ro. codex, & alia quædam uetera exemplaria. VIRI. legunt uocandi casu. Sed neq; displicet. VIRIS. hoc est iis, qui Viri erunt, Mars fauebit.

DVM TREPIDI, EGRESSISQ. Labant Vestigia Prima. Romanus cod. & pleriq; alii ueteres admodum legunt. DVM TREPIDI EGRESSIQ. Labant Vestigia, quod magis figuratum est. Alii quidam codices manu scripti. GRESSVSQVE. legunt. Sed uulgatā ego lectionem non damnarim.

MVLTI Seruare RECVRSVS Languentis Pelagi. Sunt cod. antiqui, in quibus legat. RECESSVS. Sed Cursus, & Recursus in hoc significato in usu est frequē.

QVA VADA NON SPERAT. Romanus codex cum Oblōgo & [illegible]tiori. aliquot aliis legunt. QVA Vada Non SPIRANT. ut illud in Primo Georgicon. Feruetq; fretis spirantibus æquor. In uno ex iis, Qui, SPIRANT, legunt, paraphrasis superaddita, Crispantur. Sed magis placeret, In Vorticem desidunt. Quin etiam in aliquot ex iis, qui apud me sunt, legere est. QVA Vada Non SPVMANT. Seruius. SPERAT. melius esse putat; quod maiorē Viri ferociā ostendit. Ridiculum, quod in impressis aliquot cod. SPECTAT. legit.

FRANGERE Nec Tali PVPPIM Statione Recuso. Romanus codex, Mediceus & alii quidam peruetusti legunt. PVPPES. numero multitudinis; Quod ostēdit eum parui facere nauis omnes, quotquot agebat, dummodo semel arripiat tellurem, & hoc quoq; magis ac magis hominis ferociā, ardoremq; pugnādi indicat.

ET FLVITANTIA Transtra. Non placet quod in antiquis aliquot cod. legitur. EFFLVITANTIA. Nam sententia. ET. illud exposcit.

RETRAHITQVE PEDES Simul Vnda. In codicibus aliquot antiquis. PEDEM. legitur figurate.

PERQVE Aerea SCVTA. In Romano codice, in Mediceo, & in eo, qui apud me est. SVTA. legitur, quod nequaq̃ displicet, quum pulchra sit Loricæ periphrasis, a Suo suis. Eodem uero uocabulo, sed forma alia usus est etiam in Quarto. Georgicon. Corticibus fuerint tibi suta cauatis.

INDE LYCHAM Ferit EXECTVM Iam Matre Perempta. In Ro. codice, & aliquot aliis. EXSECTVM. integris partibus. Missum facio codicem antiquum, in quo. EXEMPTVM. legitur. Ea enim paraphrasis fuit, quæ contextui mox inserta est. In Oblongo peruetери exemplari. ET SECTVM. legitur, quod nescio quid leporis habere uidetur. ET. particula copulatiua geminata. ET SECTVM Iam Matre perempta, ET Tibi Phœbe Sacrum. in quo illud etiā animaduertēdum in nonnullis codicibus antiquis. SATVM. non SACRVM. legi, quod non æque placet.

CASVS Euadere Ferri. CVI LICVIT Paruo. Haud temere in codicibus aliquot antiquis scriptum crediderim. QVOD LICVIT. ea quipe de caussa factum. Quod paruo licuit ferrum euadere, quum maternus uterus exsecaretur.

NIL ILLOS Herculis Arma. In antiquis codicibus . NIHIL . & pro. NIL Validæ . NEC Validæ. legitur.

ECCE PHARON Voces Dum Iactat Inertes. Ro. codex,& Oblõgus. PHARO. absq. N. scribunt, ut Plato.Solo.& huiusmodi pleraq, quæ apud Latinos absq N. littera proferri debent. Cuius rei manifestum usum uideas apud Statium Papinium. Stimulatq Agamemno uolentes. Sane. C. Iulius Ro. quem Sosipater Scriptorem diligentissimum appellat, dictum a Virgilio norat, Exultat Amazon. Quãuis nullum nomen latinum. ON. litteris finiatur,& ideo Rhodum,& Delum Accusatiuo dicamus. Quædã tamen esse inquit Plinius Secũdus, quæ ad nos usq proprios gentis suæ uultus,formãq custodiret,ut Pluton.Xenophon,de quo alibi.

STETERANT Quæ In Corpore Graium. In antiquis aliquot codicibus. STETERVNT. legitur, ut illud,Obstipui Steteruntq comæ.

MEONIS. In antiquis codicibus plerisq cum diphthongo. MAEONIS.

CVM Pectore RVMPIT. In Ro. codice. RVPIT. est ptẽrito tempore. In aliis

TRAIECTO Missa Lacerto Protinus Hasta Fugit. Seruius Traiecto (Rumpit. retroacto exponit. At cur nõ potius trãsfosso,ut hastæ impetu lacertũ intelligamus Traiectum,quum subsequatur, Dexteraq ex humero neruis monbunda pependit.

VIRIBVS HIC FIDENS Prima uo Corpore Lausus Adueniт. In hoc mẽbro codices tam impressi,q̃ manu scripti,tam ueteres,q̃ noui multipliciter uariant. In omnibus tamen uenerandæ antiquitatis codicibus pars illa prior eodem consensu legitur. HIC CVRIBVS FIDENS. quod etiã Seruius submonuit. Deinde Lausi nomen ad hanc usq ætatem quotundã omnino ueterũ codicum adsensu admissum est, quũ. CLAVSVS. a quo gens Claudia deriuarit, Sabinorũ ductor alibi nominetur a Virgilio,Ecce Sabinorum prisco de sanguine magnum Agmen agens CLAVSVS. & hic ueetera quædam exemplaria. CLAVSVS. habent. Sed interim eorũ stuporẽ prætereamus, qui Numitorem Curibus populis clausum stipatũq,quod iuuẽtuti primæuæ fideret Aeneam telo petiisse interpretãtur. Sane uero quod. ADVENIT. in impressis cod. omnibus legitur,neq nõ in aliquot ex uetustioribus, in Oblongo illo Pomponianis deliciis. ADVOLAT. habetur.

OCCVRRIT HALESVS. In antiquis. OBCVRRIT ALAESVS. diphth. AE.in media sita syllaba,quæ tamen raro in codicibus antiquis habeť,sed ita Græci scribunt huiusmodi nomen ἄλαισος absq etiam adspiratione.

STANT OBNIXI OMNIA CONTRA. In antiquis omnibus exempl. præsertimq Vaticanis tribus,legere est. STANT OBNIXA OMNIA Contra. reliqui fere omnes abrasi,in quibus. OBNIXI. adulterina lectione reposuẽ. Nam. OBNIXA. cũ Seruii quadrat interpretatione dicẽtis,Mare mari,nubes nubibus, uenti uentis. Neq uero parum me mouerit Arusiani Messi obseruatio,dũ Is elocutionis modum,quo Obnixus contra illa dicimus hoc exemplo probat, Stant Obnixi omnia contra, Vbi de Ventis dubioprocul intelligit; si, Omnia,sit præpositionis appositum. Dici uero & Obnixus huic rei ex Georgicon Tertio, & Aeneidos Duodecimo comprobatur, Arboris Obnixus Trunco.

DIMITTERE Quando Suasit Equos. In antiquis aliquot. DEMITTERE. legitur. Nam Dimittere,in diuersas partes mittere significat; & Dimissus Senatus, quia alius alio domũ quisq suam reuertẽs,ingreditur. Iuniores tamen Grãmatici uolũt. DEMITTERE. deorsum mittere significare,neq unq̃ accipi pro relinquere.

PATRIAE Quæ Nunc Subit Aemula Laudis. In Romano codice, & plerisq antiquioribus codicibus. LAVDI. Datiuo casu legitur.

QVA Globus Ille Virum Densissimus VRGET. In Ro. codice. QVO. & VRGVET. Attiano more habetur. Ita inferius,Mortali Vrguemur ab hoste.

ECCE Maris MAGNO Claudit Nos Obiice Pontus. MAGNO uirili genere in impressis omnibus cod. legas. In antiquis uero. MAGNA. fœminino gen.

Idq; recepisse Seruius uidetur, quum dixit, Quidam Magno obiice legunt. Aitq; nõnullos ad euitandam ambiguitatem legere malle. MAGNI. s. maris. Vsq; adeo Vates, summus loquendi, scribẽdiq; artifex, sub ferulã, si Deo placet, reuocat a Grãmaticis, qui nolũt amplius hic & hæc obex dici, ut Veteribus dicere cõcessũ est. Est & illud adnotandum. OBICE. unico. I. in antiquis codicibus scribi

DEEST Iam Terra Fugæ, PELAGO Troiamne PETETIS. Pelago impressa oĩa legunt exemplaria; quũ tamen in uetustioribus omnibus. FVGAE PELAGVS. legat, quod alii uiderint. Præterea pro. Petetis. PETEMVS. persona prima in plerisq; cod. habet. In aliquot ex iis, qui apud me sũt. PETAMVS. qd' figuratius est.

HIC Magno Vellit DVM Pondere Saxum. In Ro. codice. VELLIT MAGNO. Sed quod ibidem. CVM. pro. DVM. positum est, nõ placet. lege uero. HVNC. Accusatiuo casu.

HINC HELENVM Petit. In antiquis plerisq; cod. STELENVM. habet; unde Librarii. S. & . T. in adspirationẽ conuertere. In Ro. uero cod. STENELVM. legitur, sed absq; adspiratione. Id uero nomen apud Græcos per. θ. notat σθένελος.

MISTVS Dolor Et PVDOR Armat In Hostes. In Ro. codice pro PVDOR. legitur. FVROR. Sed .n. PVDOR. magis placet, quia uiderunt Iuuenem Pallanta strenue facientem; a quo tam acriter reprehensi fuerant.

FRATREMQ. TYREN. In Ro. codice. TYRIN. quia .s. ιτα nunc aliter pronuntiat apud Latinos, aliter apud Græcos. τυρην .n. est a Nominatiuo τυρῆς.

AC Velut OPTATA Ventis Aestate Cohortis. OPTATA quidẽ in uulgatis cod. habetur. Sed enim antiqui omnes, quotquot habui. OPTATO. legunt aduerbialiter, quod admittere uidet Seruius, dum interpretatur, ex uoto. Sed eius quoq; exẽplaria passim corrupta sunt. Hoc uero ita legendũ. OPTATO .i. ex uoto; per æstatẽ enim Venti frequenter optantur, & quasi contingere uident ex uoto. quod si OPTATA. legas, nihil ad Seruii paraphrasin; sed contrarium sensum habebit, ut æstas optet uentis surgẽtibus. Quare. OPTATO. omnino mihi legendũ uidetur.

NON ALITER SOCIVM VIRTVS COIT Omnis In Vnum. In Oblongo numerus ita mutatus. NON ALITER VIRTVS SOCIVM COIT.

DEXTRAM Fulgenti DIRIPIT Ense. Non in antiquo tantum cod. Romano uerum etiam in quibusdam aliis peruetustis hoc loco legitur. DERIPIT. per E. significat enim hoc separationem; sed aliud quid in. DIRIPERE.

OSSAQ. DISPERGIT. DISPERGIT. instãti tẽpore legit in uulgatis exempl. In antiquioribus uero oibus, quos præ manibus habuimus. DISPERSIT. pterito.

HALESVS. In aliquot Ant. ALAESVS. per. AE. diph. ut supius dictum, & absq; ulla adspiratione.

FATA CANENS Syluis Genitor Cælatat Alæsum. In cod. nonnullis. FATA CAVENS. legitur, quod non ita Seruio satisfacit.

DA Nunc TYBRI Pater. In Ro. codice familiari errore. TYBRE. scriptũ est.

DVM Texit IMAONA. In aliquot antiquis. IMAEONA. per. AE. diphth. legitur. Sed in pluribus. IMAONA. Sed neq; placet. ABANTHVM. ut in Romano legitur, quũ Abas Abantis declinetur; quare. ABANTEM. rectius.

OPPOSITVM INTERIMIT Pugnæ. In Ro. codice utraq; orationis parte integra. INTEREMIT. scribitur pene ultima correpta, non enim præteritum est.

MONET SVCCVRRERE Lauso. SVCCVRRERE passim in uulgatis est codicibus. In pluribus uero manu scriptis, præsertimq; Vaticanis. SVCCEDERE. scriptum animaduerti. Neq; tamen nusq̃. SVCCVRRERE. legitur.

TEMPVS Desistere PVGNAE. In Ro. codice. PVGNA. est auferẽdi casu.

ET Socii Cesserunt Aequore IVSSI. In Mediceo & antiquis aliquot exẽplaribus. IVSSO. legitur; quod figurate dictum agnoscit Seruius.

TVM IVSSA Superba. In Oblõgo cod. pueteri. DICTA. sed Iussa magis placet.

MIRATVS Stupet. Quidã cod. antiqui. MIRATVR. habẽt, quod nõ ita placet.

MEDITANTEM PRAELIA Taurum. Duo exemplaria antiquiora Vaticanæ Bibliothecæ legunt. MEDITANTEM IN PRAELIA.

CERNAT Semineci Sibi Me Rapere Arma Cruenta Victoremq; Ferant MORIENTIA LVMINA Turni. In Oblongo cod. CERNANT. numero multitudinis legitur, cuius suppositum erit, Lumina Morientia, in quo etiam. MORTALIA. scriptum est; sed ut alterum illud non improbatim, ita hoc minime receperim, quum. Morientia. magis faciat ad sententiam.

LACHRYMASQ. EFFVDIT INANES. In aliquot antiquis cod. LACRVMASQ. EFFVNDIT IMANIS sed. Effudit. pteritū magis placet, posito Audiit.

TOT NATI Cecidere Deum. In Ant. GNATI. ex Valerii Protonis distinctione.

ETIAM Sua Turnum Fata VOCANT. In codicibus aliquot. MANENT. legitur. sed. Vocant. magis placet, quia magis facit ad consolationem, si pœna nō differatur. &. VOCANT. instare significat.

FVLGENTEM DIRIPIT Ensem. In Ro. cod. DERIPIT. more suo, uti supius.

HVMERIS Surgunt Qua Tegmina SVMMA. In nōnullis Vaticanæ Bibliothecæ cod. & in iis, qui apud me sunt. HVMERI. habetur Gentiuo casu, quod magis placet. & pro. SVMMA. PRIMA. legitur in Romano codice.

TOT Ferri Terga Tot Aeris. CVM Pellis Toties Obeat Circumdata Tauri. In antiquis nōnullis cod. reperitur. CVM. siue. QVOM. non. TOT. hoc pacto. Dixerat; At Clipeum. QVOM Ferri Terga Tot Aeris;

QVOM Pellis Toties Obeat Circūdata Tauri. Sed omnino melius, ut in uulgatis.

VIBRANTI CVSPIS MEDIVM Transuerberat. In aliquot. VIBRANTI MEDIVM CVSPIS. mutato numero.

ILLE Rapit Calidū Frustra De VVLNERE Telū. In Ro. legit. DE PECTORE.

SANGVISQVE ANIMVSQVE Sequuntur. In Ro. codice, & alquot aliis SANGVIS Animusq;. absq; particula copulatiua priori loco. Sed enim ea repetita in similibus plena uenustatis est, nisi ueisū ēt elāguescere aīa deficiente uelimus.

CORRVIT In Vulnus. In Oblongo codice peruetusto. CONCIDIT. legitur. Sed. Corruit. maiorem habet uim.

QVEM Turnus Super Assistens. In Ro. codice uersus integer, his additis dictionibus. SIC ORE PROFATVS. Alii nugas alias addidere.

EXANIMVM. Antiqui codices libentius. EXANIMEM. scribunt per. E. ut obseruatum sæpe. Sed utrunq; receptum a Grammaticis.

QVAE BONVS EVRYTION Multo Cælauerat Auro. EVRYTION. passim in codicibus impressis habetur. Sed in antiquis. EVRYTIDES. uno omnium consensu positum est. Epitheton uero illud. BONVS. in manu scriptis exemplaribus uariat. Nā Oblongus codex, Mediceus, & aliquot ex iis, qui apud me sunt. CLONVS. habent. Romanus una plus littera. CLONIVS. Alius codex peruetustus. COMVS. Sed quū Eurytides sit Patronymici forma. CLONVS. quod in codicibus emendatioribus habetur, pro nomine proprio mihi magis placet. Legendum igitur. QVAE CLONVS EVRYTIDES.

O Dolor Atq; Decus Magnū Rediture PARENTI. In Ro. codice. PARENTIS. quippe dolor, & decus. Sed omnino magis placet. Parenti. acquisitiuo casu.

TEMPVS Versis SVCCVRRERE Teucris. In Romano codice hoc etiam loco. SVCCEDERE. legitur, uti superius, Succedere Lauso.

MENSAE Quas Aduena PRIMVS Tunc Adiit. In Ro. codice. PRIMVM. In aliis quibusdā. PRIMAS. Idem tamen facit. Primus. sed figurate.

INDE MAGO Procul Infensam QVVM TENDERET Hastam. Varia uersus huius lectio est apud codices antiquos. Impressi uero uulgariq; omnes conueniunt in epitheto. INFENSAM. Sed in Romano. INFESTAM est. Praeterea. CVM Tenderet. uulgo legitur; Sed in Romano. CONTORSERAT.

Oblõgus uero, atq; aliquot alii eadem forma, unica dictione . CONTENDERAT. Tu uero uideris, siue . CVM TENDERET , siue per interpositionem. Procul In fensam CONTENDERAT . legi placeat utrũ Mago sit Datiui casus, ut Seruius

CAPVLO Tenus ABDIDIT Ensem. Ro. codex, Mediceus, & aliquot (putat. alii admodum uetusti legunt . APPLICAT Ensem.

NEC Procul Aemonides. In cod. aliquot antiquis huic nomini aspiratum est.

INFVLA Cui SACRA Redimibat Tempora Vitta . Ro. ille codex secretior SACRO . legit, pro Sacerdoti. Praeterea sunt, qui . REDIMEIBANT . per EI . in pene ultima scribant, quod ego nusq̃ in his cod. antiquis obseruaui. Sed recte fieri, ex frequenti scriptione huiusmodi, quae in antiquorũ monumentis passim inspicitur, & ex Lucillii instituto superius ostendimus.

TIBI Rex Gradiue TROPHEVM . In compluribus ex his ueteribus codicibus. TROPAEVM . absq; adspiratione legitur, & ita scribendũ esse censent pleriq; Viri doctissimi, eiusq; inscriptionis usus. in Veterũ monumentis non uno apparet loco.

TRVNCVMQ. REPENTE Prouoluens. Oblongus codex, atq; etiam alter publico expositus usui, neq; non Mediceus . TEPENTEM . habent. Romanus quoq; huc tendit, q̃uis litteris transpositis . PETENTEM . ibi sit.

NVNC TE Optima . potius . NON . In aliquibus uero cod. deest . TE .

PROTINVS Antaeum Et LYCAM . In Oblongo codice . LYNCAM . est una plus littera. Romanus . LVCAM . habet, quod ridiculum forte cuipiam uidebitur. Sed enim in aliquot aliis quoq; codicibus eodem modo . LVCAM. scriptum inueni. Neq; quod . Y . in . V . mutatum sit, ut in pleris q; aliis factitatũ, sed quia Lucam eadem pene forma, qua Lucagus apud Virgilium latinam esse dictionem crediderim, prima producta, quae corripitur in Lyca ut ibi, Inde Lycam ferit; & ita apud Ouidium semper. Sic etiam reliqua eiusdem analogiae . Lycaon. Lycurgus. Nos uero frequẽti nuncupatione Elephantos comperimus Lucas boues appellatos a Lucania, ubi primum eos uiderint Romani, quare Luca Romanũ est uocabulũ. Quod uero sequebat satis corrupte. Prima Agmina TVRNVM. ex antiquioribus exemplaribus recte iam scribi coeptum est . TVRNI .

MAGNANIMO VOLSCENTE Satum. In antiquis cod. uel . S . uel . C . tantũ inuenias scriptũ . VOLSENTE . uel VOLCENTE . quod superius adnotatũ est.

AENEAS Desaeuit IN AEQVORE Victor. Sunt codices antiqui, in quibus, nõ IN AEQVORE , sed . IN AGMINE . legatur. Sed enim magis placet IN AEQVORE . quia multo plus dicit.

QVIN Ecce NYPHEI . In antiquis aliquot . NIPAEI . absq; adspiratione, & per . I . latinum . Sed . NYPHAEI . frequentius .

QVADRIIVCES In Equos. In cod. aliquot ant. QVADRIIVGOS . legas.

RAPIVNTQ. IN LITTORE CVRRVS. Ro. codex cum altero exposito Vaticanae bibliothecae legunt . AD LITORA CVRRVM . Vnum enim Currum agebat Nyphaeus . In quibusdam aliis cod. manu scriptis non contẽnendae uetustatis legere est . RAPIVNTQVE AD LITORA CVRSVS . Sed magis placet . CVRRVS . aut CVRRVM . quia facta est mentio effusi Ducis .

CVI LIGER . Quamuis non parum uenustatis & elegãtiae uideatur habere lectio absq; eo carminis imperfecti principio . CVI LIGER . ea tamen duo uerba passim in antiquis codicibus reperimus; quare illa praeterire religio est.

IACVLVM Nam Torquet In HOSTEM . Exemplaria pleraq; ex iis, quae fuere nobis prae manibus . IN HOSTES . numero multitudinis legunt. Vna enim Lucagus, & Liger impetum faciunt in Aeneam, cuius uno tantum ictu alter moribundus uoluitur, alter delapsus ueniam implorat.

NEC CVRRVS Cernis Achillis. In aliquot cod. antiquis . CVRRVM . Sed hic magis placet . CVRRVS . numero plurali ad amplificationem positum .

ARRIPVIT Biiugos, Frater Tendebat Inermes. In codicibus aliquot per uetustis. INERTIS. legitur. id,tam & si non ita placebat,quia tamen tam mul tis in exemplaribus inueniebamus,duximus adnotandum.

TALIA Per Campos Edebat Funera Victor Dardanius Torrentis Aquae. Pro batiores illi codices Vaticanae Bibliothecae, & aliquot alii. DVCTOR DARDANIVS,legunt. quod mirifice placet. Vt inferius habebimus. Saeuae iamq altius irae Dardanio surgunt Ductori. Sunt etiam codices, in quibus non Dardanius, sed. DARDANVS ET TORRENTIS Aquae. legatur. Illud simplicius, hoc figuratius est.

VEL TVRBINIS Atri More Furens. In Romano cod. FREMENS. legitur, Sed hoc loco. FVRENS. melius est, Vt furit immissis Volcanus habenis. de Clade enim hic loquitur,non de strepitu.

CVI IVNO Submissa. In Romano codice. ET IVNO Summissa legitur.

QVID SI.,. Quod Voce Grauaris. In antiquis aliquot exemplaribus legere est. QVID SI QVAE VOCE Grauaris.

QVIN ET Pugnae Subducere Turnum. In codicibus nonnullis. TVRNVM SVBDVCERE PVGNAE. legitur, transpositis dictionibus.

CVI IVNO Illacrimans. In Romano. CVI IVNO LACRVMANS.

TVRNO Rata Vita Maneret. Rata fere passim legitur, id Seruius admittit. Sed in Romano cod. DATA VITA. habetur. quippe qui suo fato,non ferro violen ter moreretur. placet uero magis omnino. RATA.

QVIN. O Potius. Nonnulli. QVIN VT POTIVS. scripsere. Exemplaria uero Tria Palatina, & aliquot ex iis,quae apud me sunt. QVOD. VT. O. PO TIVS. legunt. quamuis in eorum uno desit. O. hinc aliqui, ut Versui succurre rent. QVIN illud, pro QVOD posuere.

ILIACAMQVE Aciem, Et Laurentia Castra Petiuit. Non placet qd in codicibus aliquot antiquis. TECTA. pro CASTRA. legitur. quamuis de Vrbe possit intelligi. In aliquot uero aliis codicibus legere est mutato numero. Iliacamq Aciem Petit, Et Laurentia Castra.

IRRITATQVE Virum Telis. Impressi codices omnes IRRITAT. R. gemi nato scribunt, sonet ut de nare canina littera. IRITO tamen ab Ira est.

OSINIVS. In codicibus aliquot antiquis OSIRIVS. legitur. insolitũ nomẽ.

VIX PRORAM Attigerat. Rupit Saturnia Funem. in Veteribus codicibus pene omnibus RVMPIT, Instanti tempore legitur. Res.n.narrat in ipso actu.

AVVLSAMQVE Rapit Reuoluta Per Aequora Nauem. In anti.omnino. AVOLSAM. Sed etiam in nonnullis ADVVLSAM. per AD. quod ad se traxisse significat. Scribe uero. NAVIM. per. I. ex antiquis codicibus.

TVNC Leuis Haud Vltra. In antiquis codicibus. TVM LEVIS.

MANVS ad sidera tendit. In antiquis pleris codicibus. TOLLIT. habetur.

TANTON Me Crimine Dignum. Erudite quidem Seruius. TANTON' scri bendum procurauit. Sed enim eiusmodi scriptionis usum parcissime inueni in Veteribus exemplaribus, in aliquot, ubi habebatur, Lectionem eam nõnulli Cul tro etiam impetere ausi sunt. Priscianus tamen Vbi de, NE, particula agit, eam frequentissime ait interrogatiuam esse, Vt illud Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas. & in Decimo. TANTON' me crimine dignum.

QVAE Me Fuga Quem ue reducet. Romanus codex, & alii nonnulli. REDVCIT. legunt. praesenti tempore. De regressu enim suo in patriam loquitur. Est etiam in quibusdam codicibus manu scriptis. Quae me fuga, Quae ue reducet. Hoc est quo nunc fugio? Quo uero pacto reuertar: Sed enim Seruius agnoscit. QVEM. Hoc est Qualem. & haec castior est lectio, apud plures.

INFANDA In Morte Reliqui. Vetustiora pleraq exemplaria. INFANDA

MORTE . legunt, absq. IN. præpositione, quam elocutionis figuram sæpissime apud Virgilium inueneris.

ACCIPIO. Vetustissimum est ADCIPIO scribere. Sed, uti superius dictum, Primus omnium Lucillius. C. In hoc uerbo geminauit, teste Velio Longo.

AVT Quæ Iam Satis Ima DEHISCAT Terra Mihi. In Ro. cod. DEHISCET, futuro tempore legitur, Sed DEHISCAT. figuratius & elegantius.

TERRA MIHI VOS O Potius. In Mediceo legere est TERRA MIHI O VOS O POTIVS. Aduerbio exclamationis repento.

AN Sese MVCRONE Ob Tantum Dedecus Amens Induat. Multa Seruius super hac elocutione, qui Mucrone, Ablatiuo casu legit. Sed enim Romanus codex. MVCRONI. In acquirendi ponit casu. quasi dicat det se in Mucroné. Magis tamen placet Hipallage. quum in aliis plerisq. MVCRONE. legatur. In Prisciani tamen codicibus. Mucronem, Accusatiuo casu legitur, eiusmodi constructionis aliis etiam exemplis positis, ait enim Coronatur illam Rem, & illa Re. quo modo etiam induit. Hor. Magna coronari contemnat Olympia. Virgilius. Induit albos cú Vitta crines. Et. An Sese Mucronem ob tantum dedecus amens induat. Apud Cæsarem tamen cum Ablatiuo casu dictum inuenies. Vt in bello Veneto: Acutissimis stipitibus induebantur.

ET CRVDVM Per Costas EXIGAT Ensem. In Romano codice. DVRVM. legas. quod forte non displiceat, in aliquot aliis CRVDVM per Costas dirigat; Sed EXIGAT. omnino receptius.

IVVENEMQVE Animo Miserata Repressit. Variant exemplaria; dum quædam ANIMO quædam ANIMI legunt. In quibusdam ulnma syllaba uitiata subditiciaq. Sed enim Arusianus Messus In exemplis Virgilianarum Elocutionú ANIMI. Genitiuo casu agnoscit unacú Seruio, quæ lectio est codicis Medicei.

IPSA IMMOTA Manens. MANENS. Participii Vox. In Romano codice est, & in Mediceo, Et quibusdam aliis. In Oblongo. MANET. uerbum.

NEC NON EVANTEM PHRYGIVM, Paridisq. Minanta

Aequalem, Comitemq. Vna quem nocte Theana
In Lucem Genitori Amyco dedit. & face pregnans
Cisseis Regina Parin creat. Vrbe paterna
Occubat. IGNARVM Laurens habet ora Minanta.

In his Versibus illud obseruaui. In Romano codice. MIMANTA. per. M. secunda syllaba scribi, non per. N. Vt in uulgatis plerisq. codicibus habetur. Inde THEANO. per Vocalem quartam, non per primam. Græce enim Θεανώ. Si quis uero quæsierit quid sibi uelit structura illa duriuscula VRBE PATERNA OCCVBAT. IGNARVM LAVRENS HABET ORA MIMANTA. Sciat is IGNARVM ab Aulo Gellio legi passiuo significato, qué ipsum hunc Virgilianum locum & Plauti & Sallustii auctoritate subfulcit, dum nonnulla recenset nomina; quæ in dextrum læuumq. latus uestigia torquent. Quoniam uero in Vetustis aliquot codicibus, & OCCVBAT, & IGNARVM, Vtramq. dictionem subdititiam priore abrasa lectione perspicias. nónulli, qui & ingenio & eruditione ualent. Codicú Characteribus obseruatis suspicati sunt. Ignarum. adulterinam esse dictionem, & ex duabus unam effectam. Ac, si legeretur. VRBE PATERNA OCCVBAT HIC. CARVM LAVRENS HABET ORA MIMANTA. & sententiam candidiorem futuram & elocutionem elegantem. Hic; quippe Paris de quo dictum, occubuisse, Seruius etiam agnoscit. CARVM uero Mimanta ipsi Paridi, cui & Aequalis & Comes fuerat. Sed enim non ego hæc ita asseuerim, Vt contra. A. Gellii auctoritatem stare uelim. Qui præsertim apud Ouidium eandé hui9 nominis formá obseruauerim Li. Metamorph. VII. Iamq. aderat Theseus proles ignara parenti. Quod minus aduertentes Interpretes, IGNOTA

ibi legendum putauere. Sed enim quo minus omnia possimus assequi, id etiam facit, quod multa toto opere relicta sunt imperfecta, uel ipso Virgilii de se testimonio. Quare non ego quicq̃ succensuerim cuipiam, qui nonnulla conniuentibus oculis præterierit. Vt ea quoq; tam multa, quæ in subsequenti comparatione perquiruntur. AC VELVT ILLE Canum. Vbi unum ex Duodecim locis obscuris, esse Grammatici uolunt.

ET VASTO Clamore lacessunt. In Oblõgo cod. MAGNO. sed pl⁹ est. VASTO.

COMASQVE ARREXIT. In aliquot antiquis. Comas ADREXIT. absq; particula copulatiua, Sed ea apposita magis implet.

VISCERIBVS SVPER ACCVMBENS Lauit Improba Teter Ora Cruor. Exemplaria quædam peruetusta legunt. SVPER INCVMBEMS. In Romano LAVAT. in reliquis. LAVIT. quod secutus est Balbus. Lauitur patrios ubi Victor ad Amnes. Lauo.n.Lauas.& Lauo lauis. Probus & alii litterati agnoscũt.

POSITO Pede Nixus. NIXVS. per. X. omnia tam uulgata, quam manu scripta notant exemplaria. Probus, ut alibi dictum, id Participium eiusdem formæ dicit esse, cum. NISVS. proprio nomine.

PARS Belli Haud Temnenda VIRIS Iacet Altus Orodes. Conclamât Socii. In Mediceo cod. VIRI. legitur. cũ Paraphrasi, quæ uocãdi casum innuat.

PRAECESSERAT AGIS. In codicibus aliquot antiquis. ACES. legitur. In aliquot etiam. HARGIS. Sed. AGIS. receptum.

DEIICIT ATRONIVM Salius. pro Atronium. AT CRONIVM. in quibusdam codicibus inueni. Sed Atronium in castigatioribus.

SALIVMQVE Nealces, INSIGNIS Iaculo Et Longe Fallẽte SAGITTA. In Romano codice pro, Insignis, INSIDIIS. legitur, Mox quæ fuerint Insidiæ subiungit, Iaculo & longe fallente Sagitta. Sed insignis Iaculo omnino recepta lectio. Est & SAGICIA per. CT. quã dixim⁹ a sagaci ictu dictam.

FVGA NOTA, NEC ILLIS. In ant. NEQVE, qđ repetitũ uenustius uidet.

TELVM Quod Missile LIBRO. In Oblongo VIBRO. Sed enim hæc dictio sæpe confusa aliis etiam locis, reperitur.

EGREGIVM ANTOREM. Sunt qui nomini adspirationẽ addant, In Ro. tamẽ codice & quibusdam aliis antiquis absq; aspiratione notatur. Nonnulli etiam ANCTOREM scribunt. C. littera superflua. Quamuis ita etiam sit in Capri codicibus de Elegantiis, ubi. PROCVL.& Longe & Prope significare dicit. Inepte uero quidã & hic & ibi Auctorẽ scripsere. Inuersa. N. littera. Citat porro Prob⁹ locũ. Herculis Antorem comitẽ. ubi nomen Antores ita declinari dicit ut, Diores.

ILLA Per Orbem AERE CAVVM Triplici, per Linea Terga, Tribusq; Transiit Intextum Tauris Opus. Missum facio. AERE CAVO. In Romano codice, non enim ita placet ut. CAVVM. Illud non prætererim, ubi, Per Linea Terga in aliis codicib⁹ habetur. In Romano. TER Linea Terga. legi, quod maxime placet, Sunt etiam codices, in quibus nõ Linea sed LIGNEA legitur. Vti superius de Sulmonis scuto Transfixo a Niso, dictũ est. Fisso trãsit præcordia ligno. Scuta enim Viminum textu, uel bracteolis ligneis primum contexuntur, mox tergorib⁹ super inductis, laminis etiam æteis uel Auro uel Argento muniunt.

ERIPIT A FEMORE. In Mediceo & antiquis aliis exemplaribus. A FEMINE. legitur, Et Femen Nominatiuum agnoscit Seruius ex Capto, & ita legendum esse Grammatici Veteres effeuerant. C. Iulius Romanus Tibullum citat qui Femini dixerit eo Versu. Implicuitq; femur femini, nõ femori, quasi sit hoc Femur huius feminis. Femen enim Nominatiuo, ut femen non dum legimus (ait is) a ueteribus adsertũ. Sane uero & Sosipater hoc Virgiliano uersu. FEMINE. agnoscit. Cuius hæc sunt uerba. Hoc Femur huius femoris, sed frequẽtius huius Feminis huic Femini dictum, & Femina q̃ Femora. Ideo Tibullus hoc ipsum eti.

dite custodit; cū dicit. Implicuitq; Femur Femini; & Virg. ERIPIT A FEMINE.

SIQVA Fidem Tanto Est Operi Latura Vetustas. In antiquis aliquot exemplaribus. TANTO. OPERI. absq; EST, nulla facta collisione legitur. Nam O etiam alibi apud Virgilium non in Græcis tantū dictionibus, Sed etiam in latinis libera euasit ab elisione. Vt eo loco. MAEONIA generose DOMO, VBI Pinguia Culta. Quodq; alibi citauimus. Antiqua e Cedro Italusq; paterq; Sabinus. Neq; tñ displicet TANTO EST OPERI. qđ etiā pleriq; Vetusti codices

PRORIPVIT Iuuenis. In Romano cod. PRORVPIT. legitur. (habent. quod ideo quadrare uidetur, quia sequitur. Seseq; immiscuit Armis.

IAMQVE ASSVRGENTIS DEXTRAE Plagamq; Ferentis Aeneæ Subiit Mucronem. In antiquissimo codice Romano. ADSVRGENTIS DEXTRAM. Accusatiuo casu legitur. Vt sit ordo. Subiit dextram Aeneæ iam adsurgentis, & Mucronem ferentis plagam. Dicet uero Mezentius inferius. Vt pro me hostili pateter succedere Dextræ, Quem genui.

NVBEM Belli; Dum DETINET Omneis; SVSTINET. in Vulgatis quidem omnibus exemplaribus, & aliquot antiquis DETINET legitur. hoc est moratur. Sed enim lectio illa mihi castissima uidetur, quam in antiquissimo codice Romano reperi. NVBEM BELLI. Dum DETONET. OMNEM SVSTINET. pulcherrima Metaphora, & conflictui maxime commoda, quia præsertim dixerat Nubem belli, Et alibi dixit. FVLMINAT Aeneas Armis, Præterea Seruius lectionem hanc uidetur agnouisse, dum exponit, dum Detonet, donec Deferueat. Superius uero illud. DVM PLVIT. In eodem Romano codice. VV. geminato PLVVIT, scriptum est. Inde Pluuia. Sed hoc idem in aliis quoq; Auctoribus, antiquisq; codicibus obserues.

TRANSILIT Et Parmam Mucro. In Ro. & in Oblongo. TRANSIIT. habetur, Est tamen & TRANSILIT. In antiquis aliquot codicibus.

LEVIA ARMA Minacis. Quidam antiqui codices legunt. MINANTIS. Romanus duabus mutatis dictionibus. MEDIA. ARMA. MINACI. legit. Sed omnino mos eius Librarii fuit. S. nonnunquam superfluam ponere, nonnunquam ob negligentiam præterire.

INGEMVIT Miserans GRAVITER. Quidam antiqui codices legunt INGEMVIT GRAVITER Miserans Dextramq; Tetendit.

VVLNERA Siccabat Lymphis, Corpusq; LEVABAT Arboris ACCLIVIS Trunco. Exemplaria complura. Romanum, Oblongum, & quædam alia, legunt. LAVABAT. quippe quia præiectum est. Volnera siccabat Lymphis. Sed enim non desunt codices ueteres; in quibus LEVABAT. legatur, & eam lectionem agnoscit Seruius. Qua uero ratione leuaret membra, tam uulneribus, q̃ certamine fatigata subiungit. Arboris Accliuis Trunco. Id quod in antiquis. ADCLINIS. scribitur, quod Seruius exponens, Inclinatione recreabat, ait.

PROCVL AEREA RAMIS DEPENDET Galea. In Romano cod. RAMO. Vnus enim satis erat ad sustinendam Galeam.

STANT LECTI Circum Iuuenes. In aliquot antiquis codicibus. STANT. CIRCVM LECTI PROCERES. legitur. Sed hæc maiestas negotio bellico non uidetur congruere, quare melius. IVVENES.

PROPEXAM In Pectore Barbam. Malunt nonnulli Perpexam. Sed PROPEXAM. In antiquioribus habetur.

MVLTOSQVE Remittit. In Romano codice legitur. MVLTVMQVE remittit. Sed magis placet. MVLTOS. quod nescio quid uehementius habet, quum & instantiam, & iterationem nuntiorum ostendat.

CANICIEM IMMVNDO Deformat Puluere. Exemplaria omnia uetustiora, quæ uersamus. MVLTO Deformat Puluere legunt, quod miseriam auget. Sed

Immundus proprium est; epitheton pulueris. Desumpta uero est ex Homero sententia; ubi de Achille, occiso Patroclo hæc, miseriarum signa describuntur. ἀμφοτέρῃσι δὲ χερσὶν ἑλὼν κόνιν αἰθαλόεσσαν χεῦ' ἀπὸ κεφαλῆς. quod ita etiam Catullus expressit. Caniciem terra, atq; infuso puluere fœdans.

VT PRO Me Hostili Paterer SVCCEDERE Dextræ Quem Genui. In antiquis Prisciani codicibus hoc citato uersu. Succumbere. pro SVCCEDERE, habetur. Quum tñ reliqui omnes Virgiliani codices, quos inspexi, SVCCEDERE legant.

HEV NVNC Misero Mihi Demum EXILIVM Infelix. In uetustis plerisq; cod. EXITIVM. est, quod nõ æque placet. Ait .n. se facile tolerare exsiliũ potuisse, dũ in tali nato conquiesceret: quo erepto, Exsilium demũ infelix esse. Quia uero sequit. Nunc alte Volnus adactum. Recte etiã legi potest EXITIVM infelix, quum omnino filium sequi decreuerit, neq; eo perempto uelit superuiuere. Inde in Aeneam dicit. Hæc uia sola fuit, qua perdere posses. Infelix autem quod uideat se dedisse caussam cedis. Infelix, quod frustra se morti subtraxerit, qum eam nunc ultro appetere cogatur.

ANIMAM Sontem Ipse DEDISSEM. Aliquot exemplaria DEDISSE legunt .ut conueniat cum uerbo debueram.

ET QVANQVAN Vis Alto VVLNERE TARDAT. In uetustis codicibus quibusdam legitur QVAMQVAM. SESE. ALTO. VOL. TARDET. Sed enim Seruius. VIS. agnoscit.

ALLOQVITVR Mœrentem Et Talibus Infit. In codicibus aliquot antiquis. ADLOQVITVR MOERETEM. AC TALIA FATVR.

SIC CVRSVM In Medios Rapidus DEDIT. In antiquissimo codice Romano legere est. SIC CVRSV In Medios Rapidus REDIT.

AESTVAT Ingens Imo In Corde PVDOR. Multa quidem exemplaria uetera. VNO IN Corde, legunt. Sed. IMO. magis placet. In Mediceo autem codice non Pudor sed. DOLOR. habetur. Sed neq; tacebo q̃uis ineptum mihi uideatur, In codicibus aliquot manu scriptis legi. Non, Pudor, sed PVER. quo itidem modo, iisdemq; dictionibus Peccatum est in eo Propertii uersu. Si puer es, alio traice tela tua. Quũ legendũ sit. Si pudor est, alio traice Tela PVER.

ET FVRIIS Agitatus Amor Et Conscia Virtus. Carmen hoc nõ habetur. In Antiquissimo codice Romanæ notæ. Sed locũ habet in Duodecimo Libro, ubi Poeta de Turno loquitur, ut loco suo dicetur. Neq; tamen incongruum est idem Carmen in diuersos usus disponere, ueluti alterum illud. Vitaq; cum gemitu fugit indignata sub umbras, & Camillæ & Turno adcommodauit.

AENEAS AGNOVIT EVM. In antiquis codicib' est. ADGNOVIT ENIM. per interpositionem dictum.

QVID Me Erepto Sæuissime Nato TERRES. In antiquis aliquot codicibus legere est. TERREAS. quod quamuis ex sententiæ congruitate sit elegantissime dictum, quo pacto tamen uersui consultum sit, uidendum. Id quidem, siquis admittere uoluerit, aut Synizesin figuram esse dicat oportet, aut Amphimacrum loco Dactyli positum. quod Virgilium etiam alibi fecisse a Terentiano moniti comperimus, neq; id Valerius Probus inficiari potest. Sed enim; ut, quid sentiã, dicam. Grammaticorum adhuc nemo loci huius meminit tam insignis, non tacituri profecto, siquid illis tale suboluisset, quare. TERRES. legerim, ut longe plura habent exemplaria.

DESINE IAM Venio Moriturus. In ant. qđ magis placet. NAM Venio, legitur.

CONTRA Tyrrenus VT Auras. In aliquot codicibus ET. legitur, quod non ita placet.

IO. PIERII. VALERIANI. CASTIGATIONES IN. VNDECIMVM. AENEIDOS. VIRGILIANAE.

VANQVAM ET SOCIIS. DARE TEMPVS HVMANDIS. Sunt qui. ET. particulã summoueant, ET QVANQVAM SOCIIS. legendum uelint. Verum sententiæ numeriq; cõcinnitas, & ueterum omnium codicum consensus castiorem esse lectionem indicant. QVANQVAM ET SOCIIS. & ita pri us erat in Mediceo; nunc, & inde abrasum.

ANNVERINT SVPERI. Romanus codex familiari quodam errore Librarii. ADMVERENT legit. I. littera I. E. mutata. Sed ADNVERINT uera lectio.

QVI Solus Honos Acheronte SVB IMO EST. Pleraq; uetera exemplaria SVB IMO. absq; uerbo. EST. legunt. Nempe, quia uerbum id quibusdam tantum punctis in Codicibus manu scriptis notari solitum, fefellerit. Melius enim. SVB IMO EST.

CORPVS VBI EXANIMI Positum Pallantis Acetes. In ueteribus quibusdã codicibus legere est. CORPVS VBI EXANIMVM. uti etiam superius. Exanimumq; auro corpus uendebat Achilles. Sed longe melius est. Exanimi Pallantis. quia Positum Corpus satis habet, absq; alterius adiectiui inculcatione.

CIRCVM OMNES FAMVLVMQVE MANVS. In antiquis codicibus. OMNIS legitur. ut sit OMNIS manus, turbaq; omnis.

ET MOESTAE Iliades Crinem DE MO. SO. In uulgatis codicib⁹ MOESTAE. nunc passim legitur. Sed in antiquis omnibus, quot quot habui. MOESTVM legi. Est enim & in habitu mœsticiæ significatum, Vt non uideatur incongtuũ dicere. Solutæ mœstum crinem.

FORS ET VOTA FACIT. Sunt aliquot codices, in quibus. FORSIT VOTA FACIT. legatur; quam lectionem Seruius non improbat, dum FORSIT. Vnum esse posse dicit. Sane Horatius sermone primo ea usus est dictione. Quia non ut Forsit honorem iure mihi inuideat quisquam. Sed enim Priscianus hic. FORS. agnoscit, neq; uno tantum loco carmen citat. aitq; Nominatiuum esse, atq; pro aduerbio positũ a Virgilio. Illud non subticebo, scriptum esse alicubi etiam. SORS. ET. Verum hoc inusitatum est.

ET Iuuenem EXANIMVM. Vtrunq; legitur & EXANIMVM. & EXANIMEM. uti paulo ante dictum, Grammaticis adquiescentibus.

EXPECTATIQ. Triumphi. In Ro. codice. EXOPTATI. legitur, quod nõ æque placet; quis non defuturi sunt, qui locum ex Terentio tueantur, quod ille dixerit. Teneo ne te Antiphila, maxime animo exoptata meo. Sed enim ibi quoq; EXPECTATA. legitur in antiquis codicibus, & maxime omnium emendatis.

NEC Sospite DIRVM Optabis Nato Funus Pater. In Mediceo. DVRVM.

HEI MIHI Quantum Præsidium Ausonia. In antiquis aliquot (habetur. codicibus. HEV. habetur. Grammatici malunt. HEI.

ET TOTO Lectos EX AGMINE Mittit. Romanus codex EX ORDINE. legit. Sed plus est. EX. AGMINE.

OBTENTV Frondis INVMBRANT. Oblongus codex peruetus. OBVMBRANT. legit, In aliis INVMBRANT. uulgata lectio.

SVBLIMEM IN STRAMINE PONVNT. Antiqua omnia exemplaria, quot quot habuimus. SVBLIMEM STRAMINE. legunt, absq; præpositione, quæ tamen pluribus placet interiecta, Vt quæ nescio quid numerosius efficiat.

A VROQ. OSTROQVE RIGENTES. Ita legitur omnino in ueteribus aliquot exemplaribus. Sed enim uulgata lectio magis placet. OSTROQ. AVROQ. ut epitheton

ut Epitheton, Rigentis, uicinius fit dictioni, quæ caussa sit rigiditatis.

CESO SPARSVROS Sanguine FLAMMAS. Ro. codex. FLAMMAM. unitatis numero legit. Et aliquot alii cod. SPARSVRVS. singulari numero recto casu legût, ut suppositū sit uerbi Mitteret. Sed lõge melius est. SPARSVROS.

INIMICAQ. Nomina FIGI. In Ro. codice. FINGI. legitur, quippe. ut res aliquanto amplior effictа, maiorem Euandro consolationem afferret; quum in gestarũ rerum narratione, multa ueris uulgo superaddi soleant, & ex commodo fingi. Sed alienum est mendacium a Viro fortissimoq; & sapientissimo, qualem Virgilius Aeneam passim ostentat. Quare longe magis placet eorum sententia, qui affixos tropæis titulos occisorum aiunt.

COMITVM PROCESSERAT Ordo. Ro. codex, & Oblongus, & omnes deniq; antiquiores. PRAECESSERAT. legunt, ut in antiquarũ aliquot impressionũ codicibus habebat. Qui funus enim ducũt, pcedere solẽt, subsequi uero, qui lugẽt. Sed procedere in similibus admodũ usitatũ est. Ter. Funus interim Procedit sequi.

SALVE Aeternum Mihi Maxime PALLA. Ro. codex Vocatiuum (mut. hunc Nominatiuo similem facit. PALLAS. Sed nomina in. AS. desinentia, quæ Genitiuo crescente per. NT. pronuntiant, neq; synæresin patiuntur. Vocatiuũ facere solent, extrema Genitiui abiecta. Thoantis, o Thoan. Laodamantis, o Laodaman. Poetæ tamen huiusmodi Vocatiuum absq;. N. littera proferre libentius solent. ut o Laodama, o Polydama. sic o Palla.

VENIAMQ. ROGANTES. Ro. codex. PRECANTES. legit, ut etiam inferius est. Quos bonus Aeneas non aspernanda precantes Prosequitur uenia.

ET AETHERE Cassis. Mediceus codex, & aliquot alii. AERE. legunt. de inferiori enim & spirabili hac aura loquitur.

PACEM NE EXANIMIS. Ro. codex, Mediceus, & antiquiores pleriq; alii legũt PACEM ME EXANIMIS. quod mirifice placet. Habet enim emphasin pronomen illud, plusq; in recessu præstat, q̃ fronte polliceatur.

EQVIDEM ET Viuis Concedere VELLEM. In antiquis aliquot codicibus MALLEM. legitur, quod magis explet Oratorum uota; magisq; sibi eos conciliat. VELLEM. tamen receptum.

NEC VENI Nisi Fata Locum Sedemq; Dedissent. Fieri per modos solœcismum Comminianus ait, hoc loco citato. Nec Veni. pro Nec uenissem, indicatiuus pro coniunctiuo. Indignatur uero Fab. Quintilianus huiusmodi elocutionum species, nunc Solœcismi, nunc Barbarismi nuncupatione appellitari, ubi ait, Exẽpla Barbarismi quidam fere in iactationem eruditionis sumere ex Poetis solent, & Auctores, quos prælegunt, criminantur.

AEQVIVS HVIC TVRNO FVERAT Se Opponere Morti. Antiqua omnia exemplaria, quotquot uersare contigit. TVRNVM. Accusatiuo casu legunt; ut ordo sit, æquius fuerat Turnum opponere se huic morti. Nam & Seruius. Huic morti legit δεικτικῶς, quasi iacentes ostendat.

HIS DECVIT MECVM CONCVRRERE. In Ro. codice, & aliquot aliis ad euitandam cacophoniam, quæ in pede quarto fieret. CVM CON. scriptum est transpositis dictionibus. HIS MECVM DECVIT Concurrere Telis.

OLLI OBSTVPVERE SILENTES. In ueteribus codicibus pene omnibus scriptum obseruaui. ILLI OBSTIPVERE.

IVSTICIAE NE PRIVS MIRER BELLI NE Laborem. Sane Seruius. Miror Genitiuo iũctum, græca ait figura, θαυμάζω ἐκείνου, καὶ ἄρχω ἐκείνου. ut apud Hor. Agrestum regnauit populorũ, legit. In Ro. tñ cod. & aliquot aliis peruetcribus posita hæc sunt in casu septimo. IVSTITIA NE PRIVS MIRER BELLI NE LABORE. in quo illud etiã obserues. IVSTITIA. per. T. in pene ultima scribi, ut ex antiquis inscriptionibus, & nomismatis approbauimus. Sed est & ubi. BEL

P

LINE LABOREM. Est,ubi. IVSTITIAM, & LABOREM. Accusatiuo casu legas. Neq; mirum lectionē hāc ita nunc uariare; quū uariæ super ea fuerint olim etiam Grāmaticoꝝ sententiæ. Nam Priscianus,ubi ait, coniunctionem dubitatiuam,uel interrogatiuā similes casus exigere,locum hunc Virgilii citat; in quo scriptum secus asserit, neq; præceptioni huiusmodi Poetam paruisse, qui scripserit Ablatiuo casu. IVSTITIANE PRIVS MIRER. mox Genitiuum adiecerit. BELLI NE LABORVM. quippe propter ancipitem dictionum constructionē, quod utrūq; bene dicatur,Miror Iustitia,& Iustitiæ, Inueniri tamen in codicibus etiam. IVSTITIAE. Genitiuo casu, idq; aptius esse, non inficiatur; quod & alibi confirmat græcæ constructionis exemplo posito, θαυμάζω τῶν πολῶν.

FERRO Sonat ALTA Bipenni Fraxinus. In aliquot antiquis cod. ACTA. legitur, quod minime placet, quia statim sequitur. EVERTVNT ACTAS Ad Sidera Pinus. Siquid uero immutandum fuerit ex lectione uulgata, placeret. ICTA. quod in antiquissimo codice obseruaui.

EVANDRIQVE Domos Et Mœnia COMPLET. Impressores pleriq; Librarii COMPLET. ut sonorius esset,posuere. Antiqua tamen omnia exemplaria. REPLET. legunt; uti etiam in uulgatis prius codicibus habebatur.

QVAE Postq̃ Matres Succedere TECTO Viderunt. In cod. aliquot antiquis. Succedere MVRIS. legit. In Mediceo & plerisq; aliis. TECTIS. numero multitudinis.

PROCVBVIT Super Atq; Hæret Lachrymansq;,Gemensq;. PROCVBVIT. præterito tempore, nō sine quorundā codicū ueterū testimonio scribi uideo. Romanus tamen. PROCVMBIT. præsenti tēpore legit;quod prius in uulgatis etiā habebat; placet uero. PROCVMBIT. quia subsequit. ATQVE HAERET. eodem tempore, remq; ipsam actu esse, magis mouet.

ET Via Vix Tandem VOCI Laxata. In Ro. cod. VOCIS. quod nō ita placet.

NEC Vos ARGVERIM Teucri. In codicibus aliquot antiquis. ARGVEREM. græcanica figura legitur; nec tamen displicet. ARGVERIM.

SORS ILLA Senectæ Debita Erat Nostræ. Antiqua omnia exēplaria. ISTA. legunt, ut olim etiam imprimi solitum.

CECIDISSE IVVABIT. In Romano codice. IVVARET. eadem figura, qua Arguerem superius dictum notabamus, quippe pro,Iuuare poterit.

TYRRHENIQVE Duces Tyrrhenumq; Exercitus Omnis. Quum ita legerēt uulgati omnes codices. QVE. particula duplicata, putabam hunc quoq; uersum ex iis esse, qui cōmunes scansionis regulas transgrediuntur. Poetis interdum lasciuire uolētibus. Postea uero quam ueteres omnes codices, quos præ manibus habui, consentire in unam eandemq; lectionem animaduerti. Iam nonnullorum superstitione repudiata, legendum asseruerim. TYRRHENIQVE DVCES TYRRHENVM Exercitus Omnis. absq; ea particula,quis ea desiderari uideatur.

MAGNA TROPHEA FERVNT. In antiquis aliquot. TROPAEA. & in Romano,& aliquot aliis. FERANT. quod luculentius uidetur.

ESSET Par Aetas Et Idem SIT ROBVR Ab Annis. Legendum. Et Idem SI ROBVR. ex antiquiorum omnium codicum lectione. Quibus addam ROBOR. utraq; syllaba per. O. scribi solitum in antiquis aliquot codicibus. Neq; desunt Veterum Grāmaticoꝝ obseruationes,Robor,in eorum ordinem redigentium,quæ. OR. finiunt, ut Marmor,Aequor; & ita semper apud Sosipatrem Carisium obseruaui,in codice litteris Longobardicis scripto. De hoc uero Quintilianus ait. EBVR. & ROBVR. ita dicta,ac scripta, in summis Auctoribus in. O. litteram secundæ syllabæ transferunt quidam, quia sit Roboris, & Eboris. Addit & alios fuisse,in quibus Antonius Gnifo memoratur,qui non solum Robur Ebur,Murmur,uerum etiam ex his ROBVRA. EBVRA. MARMVRA. & scriberent,& enuntiarent; quum tamen ipse litterarum citet affinitatem, ob quam

ob quam ita Robur Roboris dicamus, ueluti etiam Limes Limitis.

TVRNVM NATOQ. Patriq, Quam Debere Vides. Alias ex Victorino. GNATO. legendum ostendimus. G. littera præposita; quod uocabulum Fortunatianus tam Poeticum existimat, ut minime Oratori adcommodatum putet. Huic uero scriptioni Carisiũ subscripsisse loco hoc præcipue recte manifestum, ait enim ille, ubi de figuris. Prothesis est, quum primæ parti dictionis, aut littera adiicitur, aut syllaba; littera, ut. TVRNVM. GNATOQVE. PATRIQVE. syllaba, ut. TETVLIT. toties apud Catullum, cuius hoc loco uersum. Concitum TETVLI Gradum. Carisius ex Poemate de Vere, quod desideramus, citat; ut illis etiam sit responsum; qui Ferre gradum latine dici negant.

STELLIS Ardentibus APTVM. Sunt codices aliquot antiqui, in quibus adspiratum est huic uocabulo. HAPTVM. nempe quia παρὰ τὸ ἅπτω dictum crediderint, atq Haptum ita incensum, aut inflammatum significaret; uel si ἀπὸ τοῦ ἅπτομαι, quod coniungere, compaginare, & coaptare significat; nihilominus adspirationem admittere.. Sed enim eam Latini non usq quaq recepere, ut omnibus iis adspirent, quibus Græci solent.

INGENTEM CEDIS ACERVVM. In Ro. codice legere est. INGENTEM STRAGIS ACERVOM. In aliis. CEDIS.

ET LONGE Pars Maxima Luctus. in Ro. codice. LONGI. habetur, quippe luctus; quã lectionẽ improbat Seruius, quẽ bona inde Librariorũ pars secuta est.

INGRAVAT ET SAEVVS Drances. Ex codicibus antiquis. INGRAVAT HAEC. omnino legendum, & si placeat. SAEVOS. Ex Romano.

SOLVM Posci IN CERTAMINA Turnum. Quãuis POSCI IN CERTAMINA. uetera aliquot habeant exẽplaria; minime tamen displicet, quod in antiquissimis aliquot legit. IN CERTAMINE. Aeneã quippe iam paratũ in cãpo opperiri, ut Turnus in duellum icto fœdere descendat. Nam quod alibi. SOLVMQ. DVCI, quippe Aeneæ uocari Turnum legitur, nequaq̃ placet.

HOS INTER Motus Medio FLAGRANTE Tumultu. Vetera oĩa, quæ uersamus exẽplaria. MEDIO INFLAGRANTE. legũt, uti prius imprimi cœptũ fuerat.

ECCE Super Mœsti MAGNI Diomedis Ab Vrbe Legati Responsa Ferunt. Et MAGNI. & MAGNA. legi, Seruius attestatur, idq impressores in diuersũ egit. MAGNI uero Diomedis. legitur in Oblongo codice; sed in Romano & aliquot aliis uetustate ipsa uenerabilibus codicibus. MAGNA. habetur; & meo quidem iudicio magnificentius uidetur Legatos uenisse ab Vrbe magna; quod ipsius etiã Diomedis amplitudinem ostendit, & eius opes. Magnus uero esse posset Diomedes rebus gestis, & præclaro nomine, exiguis tamen opibus. Sed si dominus Magnæ Vrbis sit, dubioprocul etiam potentem esse confitendum.

AVT Pacem Troiano AB REGE PETENDVM. Librarii porro omnes chalcographi Seruii Grãmatici auctoritatem secuti. PETENDVM. figura Gerundii scribendum curauere. ut, Pœnas in Morte timendum, apud Lucretium; & Castra introitum, apud Sallust. Cæterum codex Ro. antiquissimus, & alter peruetus in Vaticana Bibliotheca repositus, & pleriq alii minime contemnendi, legunt. PACEM TROIANO A REGE PETENDAM. figura participii. Sed utrum ex his magis placeat, non laboro.

FATALEM Aeneam Manifesto Numine Ferri, Admonet Ira Deum. Seruius. FATALEM, loco hoc, omnibus pernitiosum significare dicit. Sed cur non obsecro potius exponamus, Fatis certo aduectũ. Argumentoq esse, nos dum Aeneæ resistimus, grauem Deorũ iram concitasse. Tot mortaliũ strages imissas, pugnariq a nobis infeliciter manifestum, quia contra Deotum imperia arma sumpserimus; Mihi enim religio est, Aeneam tam inhonesto epitheto notatum asseuerare.

ALTA INTRA LIMINA Cogi. INTRA LIMINA, passim legitur, idq

& Seruio,& aliis negotium facessit. Cæterum in antiquissimo codice Romano INTRA . MOENIA . legitur; ut adlusio sit ad Veterum mores, qui uicatim habitabát. Non tamen displicet . LIMINA . neq; ea quæ super hoc Seruius (comminiscitur.

SEDET In Mediis Rex MAXIMVS AEVO, Et Primus Sceptris Haud Læta Fronte Latinus. In antiquis omnibus exemplaribus legere est . ET MAXVMVS AEVO Et Primus Sceptris . & ita recte in antiquioribus erat editionibus priorum Impressorum.

VIDIMVS O Ciues DIOMEDEN Argiuaq; Castra. Qui uidebant. DiomedeN. ultimam producere . DIOMEDEM . latino declinatu scribendum procurarunt; ut collisioni locus esset. Sed enim obseruaui ego in antiquis codicibus plerisq; DIOMEDE . legi, græco declinatu . διομήδεα διομήδην . ἀττικῶς. Quam lectionem Seruius etiam agnoscit.

GARGANI Condebat IAPYGIS AGRIS . In antiquis aliquot codicibus . ARVIS . legitur. Quod uero Seruius Iapygiam ab Iapydia distinguit, quid alii tradant Auctores ostendimus eo uersu, Et Iapydis arua timaui . huc addemus Iapygiá, ex Strabone, uocatá esse ab Iapyge Dædali filio, quem de Cretensi muliere (susceperat.

POSTQVAM INTROGRESSI Et Coram Data Copia Fandi. In Romano codice legere est . POSTQVAM CONGRESSI . Sed . IN TROGRESSI , quod agnoscitur a peritis, magis placet.

FERRO VIOLAVIMVS Agros. In Romano codice . POPVLAVIMVS . legitur. Sed cur . VIOLAVIMVS . sit legendum, non leuem Seruius ratio- nem affert. Populauimus uero forte sumptum ex paraphrasi.

QVOS Simois PREMIT Ille Viros. Romanus codex, atq; etiam Oblongus, & Mediceus, & aliquot alii . PREMAT . legunt, elocutionis modo non inuenusto; & ita prius in uulgatis exemplaribus habebatur.

MILITIA Ex Illa Diuersum Ad Litus ADACTI . Antiqua omnia, quæ uersamus exéplaria . ABACTI . legunt. Vt antiquiores etiam habent impressiones. Ordo enim est, Abacti ex illa militia ad diuersum Litus.

LIBYCOVE Habitantes Litore Locros. Vetera omnia, quæ legimus exemplaria. LIBYCONE . legunt, per interrogatiuam particulam, non per disiunctiuam.

DEVICTA ASIA SVBSEDIT Adulter. ita prorsus est in impressis codicibus, & aliquot ueteribus. Longe uero aliter in antiquissimo codice Vaticano, ubi est, DEVICTAM ASIAM POSSEDIT Adulter. Sed enim . POSSEDIT . ex paraphrasi, contextui est insertum. Subsidere enim, ex insidiis occupare significat, uel dolo possidere; ut. Subsidere Regnum Chalcidos Euboicæ. apud Lucanum. Præterea Arusianus Messus inter elocutionum exempla . SVBSE DIT . agnoscit, & Accusatiuo casui recte iungi dicit, ut Subsedit illam rem. Locumq; hunc Virgilianum citat, Deuictam Asiam subsedit adulter. Quod uero alio significato . Deuicta Asia subsedit. Seruius magis approbare uidetur; hoc est reliquus fuit in insidiis. Non negat idem Arusianus utrumq; eleganter dici, & utraq; figura usum esse Virgilium, Galeaq; ima subsedit Acestes . hoc est relictus est. Ita posteaquam Agamemnon bellum difficillimum confecerat, subsedit adulter, qui eum interficeret.

PATRIIS Vt Redditus ORIS . In dictione . ORIS . antiqua uariant exemplaria . In Oblongo enim . ORIS . In Romano in Mediceo, & aliquot aliis . ARIS . Nonnulli codices ipsi quoq; admodum ueteres . ARGIS . habent; de se enim loquitur Diomedes.

ET Socii AMISSI Petierunt Aethera PENNIS . In aliquot antiquis codicibus . ADMISSIS PENNIS . legi . Vtroq; uero modo Seruius non negat inueniri. Sed . AMISSI . ommino est in probationibus. PINNIS uero in Romano, de more suo. In Mediceo . ALLISI . est, quod alii uiderint.

EX Illo Mihi Iam SPERANDA Fuerunt. In nonnullis codicibus antiquis. SVPERANDA. legitur; quod non ita placet. SPERANDA. uero castior omnino lectio est; & elocutio ipsa figuratior; ut illud. Sperare dolorem.

POST ERVTA Bellum Pergama. In Romano codice, & aliquot aliis. DI RVTA. Sed. ERVTA. non displicet.

MVNERA Quæ Patriis Ad Me PORTASTIS Ab Oris. In Romano codice, in Mediceo, & aliquot aliis, quod delicatius sonat. PORTATIS. præsenti tempore scriptum est.

SI DVO Præterea Tales. C. Iulius Romanus in libello de Analogia rectā ponit declinationem. Hos Duo. Attius in Epinausimache, Martes armis Duo congressos crederes. Ter. in Adelphis, Tu illos duo pro te tollebas tua. Vbi Hellenius Acron, pro Duos ait; amat enim Hellenius, Ambos, Duos, dici per. S.

VICTORIA GRAIVM Hæsit ET In DECIMVM Vestigia Rettulit Annum. In Oblongo codice. VICTORIA TANTVM. legere est pro. GRAIVM. quam lectionem nusquam alibi reperi. Præterea uetusti quidam codices. IN DECVMVM. Cuiusmodi rationē scripturæ non in Plautinis tantum codicibus inueni, uerum etiam, ut alibi adnotauimus, in Ciceronianis. DECVMVM. MARITVMVM. In monumentis autem Veterum plerunq; , ut illud.

D . M
QVARTIONIS . DECVMI . AVG . LIB .
EVPHEMIANI . A . MANV . FIDELIS
CONLIBERTVS . FRATRI
B . M

ET RESPONSA Simul Quæ Sint Rex OPTIME REGVM Audisti? In Ro. cod. in Mediceo, & quibusdam aliis antiquis, non. REGVM. sed REGIS. legit' unitatis numero, ut sit ordo, O Rex optime audisti quæ sint responsa Regis Diomedis. & quæ sit eius sententia. Adulatio enim illa. OPTVME REGVM. quæ inferius in Drance quadrat, nunc importuna uideretur.

CLAVSO FIT GVRGITE Murmur. In codicibus aliquot antiquis legere est transposito uerbo. FIT CLAVSO. In aliquot aliis. IT CLAVSO Gurgite Murmur. Vt etiam uerbo respondeat comparatio. Cucurrit Fremor. ita etiā. IT Murmur. Sed & FIT Murmur. ut Fit Gemitus. nō est pter usum.

ET TREPIDA Ora Quierunt. Non placet, quod in codicibus aliquot antiquis RABIDA. legitur, quod in Sexto recte est.

COGERE CONCILIVM Cum Muros OBSIDET Hostis. In Romano cod. ADSIDET. legitur. In Mediceo. ASSIDET. ut proximius imminere periculum ostendat; plerūq; enim sine periculo obsidemur. Et in ueteri exemplari, quo Donati Commentaria continentur. ADSIDET. habetur. Est etiam in aliquot cod. CONSILIVM. Sed Grāmatici hic. CONCILIVM.

NEC Victi Possunt ABSISTERE FERRO. In Oblongo codice (malunt. DECEDERE FERRO. legitur; quam lectionem si admittas, dicendum erit, aut Victi ferro, aut Decedere ferro, quippe sibi temperare, ne arma resumerent, quibus se Victos negarent. Sed enim. ABSISTERE. haud quaq; displicet.

SPEM Siquam ACCITIS. In Ro. codice. ADSCITIS. quod parui refert.

CAETERA QVA Rerum Iaceant PERCVLSA RVINA. In quodam antiquo codice. QVAE IACEANT. legitur. Sed magis placet. QVA RVINA. ut digito uelut intento ruinam indicans, magis moueat. Sunt etiam uetusti codices, qui. PERCVSSA. legant. Sed. PERCVLSA. omnino melius; quia ut, nonnulli uolunt, cōsternationem etiam animorum continet.

CENTVM Oratores Prima De Gente LATINOS Ire placet. In plerisq cod. antiquis. Prima De Gente LATINI. legit. sed. Oratores Latinos. castior lectio.
MVNERA Portantes EBORISQ. AVRIQ. TALENTA. In antiquis cod. legere est. AVRIQ. EBORISQ. nempe ut respondeat eorum ordini, quae statim subiiciuntur. TALENTA, & SELLAM. ut sit, Auri Talenta, & Eboris Sellam. Tam & si Seruius Aurum, Ebur, & Sellam distincta internoscit munera. Mihi uero Virgilius ad ea dona respicere uidetur, quae Romani Regibus mittere consueuerunt, Sellam eburneam, Pateras aureas, tunicas, clamydes, pallas pictas, & alia uestimenta purpurea, ut ad SYphacem, togam, & tunicam purpuream, sellam eburneam, & pateram ex quinq auri pondo factam, olim missa. Ptolemeo Regi, togã, tunicam purpuream, cum sella eburnea. Cleopatrae Reginae Pallam pictam cum amiculo purpureo portata, quae darentur. Quare lectionem ita punctis distitam esse placet, ut. Munera Portantes Auriq, Eborisq. uno legatur membro. Inde quid ex auro, quidq ex ebore constaret, subiiciatur. Talenta, & Sellam. Quamuis etiam nihil offendat, si legatur. EBORISQ. AVRIQ. Talenta, & Sellam. Cuiusmodi χιασμὸς & Hermogenes apud Demosthenem, & alii apud Homerum & Theocritum, inter elocutionis ornatus obseruarunt, id ita figurantes.

Eboris	Auri.
Talenta	Sellam.

NON Futilis AVCTOR. Antiqui aliquot codices. ACTOR. quod nõ placet.
INCERTVM De Patre FEREBAT. In Ro. codice. FEREBANT. numero multitudinis legit, ut id ad famã referat. Sed Donatus. Ferebat. singulare agnoscit.
FVGAE FIDENS. Quãuis Seruius. FVGAE. figurate pro. FVGA. dictum afferat; in Ro. tamen codice. FVGA. est. At. FVGAE. in antiquissimis est Donati Cõmentariis. Fido enim Datiuum casum minime respuit, teste Prisciano, hoc eodem citato uersu; quod ubi tamen Ablatiuo etiã iungi probat.
QVAE Plurima Mitti Dardanidis DVCIQ. Iubes. Romanus codex. Mediceus & alter peruetus in Vaticana Bibliotheca, & aliquot alii. DICI. legunt. Idq Seruius admisisse mihi uidetur, dum ait, mitti aurum, ebur, & sellam. Dici de nauibus, uel agro, quod. s. consilium sit initum, & quod optio ad Aeneam pertineat. Idem est in ueteri Donati Commentario.
ET Pacem Hanc Aeterno Foedere IVNGAS. Ro. codex, & aliquot alii legunt. FIRMES. Iuncta enim semel fuerat, sed non firma fuit; huic igitur errori consulit occurrendũ. q̃q id etiã huic sententiae satisfacit, quod dictũ est. Aeterno foedere.
STERNAMVR Campis. Ti. Donatus futuro Indicatiui. STERNEMVR. legit, adiecta paraphrasi, per omnes campos iacebimus fusi; locumq hunc eodem tẽpore repetit in Duodecimo; & ita scriptum est in codice Mediceo.
LARGA Quidem SEMPER DRANCE Tibi. In codicibus aliquot antiquis. LARGA Quidem DRANCE SEMPER Tibi. quod parui refert.
DVM DISTINET HOSTEM AGGER Murorum. Seruius quidem. DISTINET. agnoscit. Sed in ueteribus codicibus aliquot. DVM DETINET HOSTIS AGGERE Murorum. Vbi subaudiendum esset. SE. uel quid huiusmodi, ut, Accinguut operi, superius. Apud Priscianum quoq in antiquis codicibus uariat ipsa lectio. aliis. DETINET. aliis. DISTINET. legentibus. Sed reliquum eodem exemplo legitur. HOSTES AGGER Murorum. quod in uulgatis exemplaribus. HOSTEM. singulari habetur numero.
NEC Inundant Sanguine FOSSAE. Apud Priscianum, FOSSAS. Accusatiuo casu legitur. Inundo enim ait ille modo absolutam, modo actiuam habere significationem inuenitur. Virgilius. Dum Det. Hostes Agger. Murorum Nec Inun. Sanguine Fossas. Est enim, Hostes replent fossas. Vel inundare faciunt fossas.
TONA ELOQVIO SOLITVM Tibi. In plerisq codicibus antiquis. SOLITO. legitur. Sed Solitum receptum, elocutione admodum eleganti.

CIRCVMSTANT Vndiq; Muros. In codicibus aliquot CIRCVMDANT. Sed. CIRCVMSTANT. magis receptum.

NVNC Et MYR. Proceres PHry. Arma TREMISCVNT. Vt alibi sæpius obseruatum In Romano codice, in Mediceo, & ueteribus pene omnibus. TREMESCVNT legitur, media syllaba per. E. uocalem secūdam notata. Eadem enim Analogia Tremor. Pauor. Calor. Tremebam. Pauebam. Calebam. Tremesco. Pauesco. Calesco. Bam in. SCO. mutata.

ET FORMIDINE Crimen ACERBAT. In Oblongo codice, in Mediceo, & quibusdam aliis admodum uetustis. ACERVAT. legitur per. V. digammon. forte ut Soriten argumenti speciē, qua plurimū utūtur Oratores innuat. Sed.n. ACERBAT. per. B. mutam cum Statio Virgilii metaphraste conuenit. Facinusq; relatu Asperat Iliacum. & apud Claudianum. Crimenq; feri rectoris acerbat. Præterea Ti. Donati paraphrasis. ACERBAT. legendū ostendit. tam & si ætatis uitio. V. consonantem. B. literæ sono proferentis. ACERVAT In eius antiquo codice scriptum est. Ait uero. Quale illud scelerati cōmentum, uide licet timorem fingere, accusationes duras exercere. Durum enim cū acerbo congruere uidetur. Vt mollia etiam mitia nuncupamus.

NVNC AD TE ET TVA MAGNE PATER Consulta Reuertor. In Romano codice & aliquot aliis antiquis. MAGNA. legitur, quippe cōsulta, quia de summa belli & pacis agebatur. Sed omnino MAGNE PATER. Ti. Donatus legit. Vt uero quantum amiserimus detestabili eius facinore, qui tam docta commētaria mutilauit, aspicere unusquisq; possit. quæ super hoc loco ille scripserit apponere non grauabor. NVNC AD TE ET TVA MAGNE Pater Consulta Reuertor. Ex oratione turbulenta, quam pro ratione personæ protulit, ad mitē adq; humilem repente conuersus est, uel quia cum Rege constituerat loqui, uel cū eo, quem Socerum esse cupiebat; Plus tamen ostendit se Socero deferre, q̄ Regi. dicendo. MAGNE PATER. alioqui diceret MAGNE REX. In ipsa tamē tranquillitate sermonis est quædam consiliorum Latini, & dispositionum occulta uituperatio. Nunc ad te, ait, Magne Pater redeo, & ad consulta tua. PATER uidetur dixisse, quasi honorificentiæ loco, ut pote qui loquebatur, ut Gener, Vt ostenderet, quod diximus plus Socero deferre quam Regi. Sed alia loquentis intentio est. Summa enim dispositionum displicebat Turno. Deniq; post appellationem Patris secuta est propositio, qua ostendit se de illius consiliis tractaturū, ut ostenderet improuidum Patrem. Ergo appellatio Magni Patris irrisionem induxit obliquam, quasi diceret. Qualis Pater es, qui non recte consulis filiæ tuæ. Qualis Pater, cui suasum est facile, ut missa affinitate Ciuis, nudo, peregrino, naufrago, filiam tuam dare festines. Hæc Ti. Donatus, neq; pauciora desunt in locis aliis toto opere, ubi super ingeniosissimi Poetæ artificio sit lati⁹ declamandū. Quod uero hæc habuerimus, Benignitate Camilli Portii factum est, qui integra huius Auctoris commentaria in duos ultimos Aeneidos libros mihi uidenda officiosissime concessit, pluta daturus, nisi per Bibliotaphos quosdā suppressa essent reliqua.

NEC Habet For. Re. pluribus in antiquis exemplaribus. NEQVE.

DEXTRAS Tendamus INERMES. In Romano cod. in Mediceo & aliis ueteribus. INERTIS. legitur. Quamuis uero INERTIS. In Donati etiam commentario legatur, Eius tamen sententia. INERMES. legendum ostendit, uel Inertis idem significare, dum ait. Orandum uidelicet pacem, & inertes dextras esse tradendas ironicos positum, quasi re uera oranda esset pax, & adiicienda ignauis uirtus, & quæ in hostis iugulum armatæ esse debuerant, inertes ad eorum genua dexteræ uerterentur.

ET HVMVM SEMEL Ore Momordit. In Romano codice. SIMVL. habetur, ac si dicat; simul atq; procubuit, humum identidem momordit. Est apud

Seruium interpretatio, Cito, Confestim. ideft, qui tota mortis celeritate consumptus est. Videtur tamen. SEMEL. quid eruditius præ se ferre, neq; id diuersum quicq̃ ab hac sententia significat. Hic uero Poeta laudat Fortunam uiri Fortis; ait Donatus, & non dicit nomen. Omnes tamen Mezentium sentiunt, qui cũ sua felicitate procubuit. Non præteribo in antiquis aliquot cod. MEMORDIT. augumẽto syllabico pet. E. Græcoꝝ more posito, de qua geminatiõe plura Gellius.

SVNT ILLIS Sua Funera. In Romano cod. legere est. SVNTQ. ILLIS. Et id quidem longe uenustius.

VARIVSQ. LABOR Mutabilis AEVI. In Romano codice, & aliquot aliis. VARII. legitur, ut sit VARII AEVI. In aliquot. BELLIQ. LABOR. Sed omnino melius. VARIVSQ. LABOR.

QVOD SI ME SOLVM TEVCRI In Certamina Poscunt. In antiquis aliquot exemplaribus. QVOD SI ME TEVCRI SOLVM. habetur, structura aliquanto elegantiore.

TVRNVS Ego Haud Vlli Veterum Virtute Secundus DEVOVEO. In antiquis codicibus. DEVOVI. est præterito tempore, quod agnoscit Donatus.

INSTRVCTOS Acie. In Oblõgo. INSTRVCTOSQVE. Sed oĩno. QVE.

EXTEMPLO Turbati ANIMI. In antiquissimo codice Romano (uacat. legere est. Turbati ANIMO. Sed. Turbati ANIMI. nescio quid maius

DISSENSV MAGNVS VARIO. In antiquis omnibus, structura hæc (habet. est. Clamor DISSENSV VARIO MAGNVS Se Tollit In Auras.

DANT Sonitum Rauci Per Stagna LOQVACIA Cycni. Legere quidem est in codicibus antiquis. LOQVACIA. & non inelegantem figuram, bonisq; Poetis familiarem, ea lectione Seruius agnoscit. Antiqui tamen aliquot codices. LIQVENTIA. Aliquot alii. STAGNA SONANTIA. legunt. Sed id forte sumptum ex aliqua paraphrasi.

ILLI Armis In Regna RVVNT. In antiquis aliquot exẽplaribus. RVANT. habet; sed Fatendi modo, ut tẽ præsentẽ intẽto quasi digito indicet, magis mouet;

AC Tristi Turbatus PECTORE Differt. Antiqua omnia exemplaria, quotquot legi. Tristi Turbatus TEMPORE. habent. Sed. PECTORE. magis probat.

TVNC Muros Varia Cinxere Corona. Veteres codices. TVM. legunt.

CAVSA MALI TANTI ATQVE OCVLOS Deiecta Decoros. Hoc quoq; loco. ATQVE. illud, dictionũ omnium importunissimum, Virgiliani carminis candorem deturpauit. Quum non inuenustè prius in antiquis cod. legeretur. CAVSSA MALI TANTI OCVLOS Deiecta Decoros. absq; synalepha; ut Hanc sine me spem ferre tui, audentior ibo. Et illud. Extemo commissa Duci Aeneia puppis, ac huiusmodi pleraq;. Inuenio tamen scriptum in Romano & aliis quibusdam codicibus antiquis. CAVSSA MALIS TANTIS. non quod hac emendatione uersum sustentare arbitratentur, sed quia apud Donatum ita legi, uideatur. Quia multa acciderant mala, cum ea inquit, & Lauinia pergebat, quæ fuerat malis omnibus caussa. Si enim nuptiarum eius controuersia non fuisset, tot nunq̃ extitissent aduersa. Sed quãuis ita Donatus interpretetur; non facit tamen hoc, ut lectio ea. MALI TANTI. stare non possit.

ET Mœstas Alto Fundunt De LIMINE Voces. Antiqua aliquot exemplaria. DE PECTORE. legunt. Sed cur. DE LIMINE. legendum sit, non ineptam affert Seruius rationem.

ARMIPOTENS BELLI PRAESES. Dictionum ordo in antiquis est cod. ARMIPOTENS, PRAESES BELLI Tritonia Virgo.

RVTVLVM Thoraca INDVTVS. Codices antiqui sunt, in quibus. INDVCTVS. habet. Inducere autem & Plinio, & Suetonio Tranquillo, induere est.

CAMPOQ. POTIITVS Aperto. In antiquis aliquot. POTITVR, est, uerbi uoce,

quam lectionem,si diligenter aduertas, Seruius etiam agnoscit. dum docet,unde Pontur pene ultima breui, & unde hoc ea producta descendant.

OCCVRRERE TVRMAE. Romanus codex TVRMIS habet, numero multitudinis Seruius. TVRMAE. singulari numero uidetur agnouisse. Apud Donatum uero TVRMIS. est plurale.

OCVLOS Horrenda In Virgine FIXIT. Legendum omnino FIXVS. ex antiquis exemplaribus.

PER Deserta Iugo SVPERANS Aduentat ad Vrbem. Romanus codex, & antiqui aliquot alii IVGO PROPERANS legūt. Quāq̃ &. SVPERANS.i. Me diceo, & in aliquot aliis antiquis habetur. Est &. ADVENTAT IN VRBEM. hoc est aduersus Vrbem. uel in Vrbem immisso exercitu. Sed AD VRBEM. magis placet. Idq; adgnoscit Donatus: perinde ac etiā. SVPERANS. ait enim Ipse per mōtis deserta, ardua superans, hoc est ad ipsum cacumen ascendens, transcenso montis iugo ad Vrbem uenire disponit.

TYBVRTIQ. Manus DVCIS Et Tu Concipe Curam. In antiquis aliquot codicibus. TYBVRNI. scriptum obseruaui. quod alio loco superius adnotatū est, Et dictionem. DVCIS. uarie punctis distiā, quum nonnulli legant. TYBVRNIQ. manus Ducis. aliqui. Ducis & tu concipe curam. Ac Tyburni quidem apud Donatum etiā habetur. quantū uero pertinet ad distinctionē, ante uel post dictionem. DVCIS, adlinendā. Ait ille. DVCIS. sic in medio est, ut sine pronuntiationis culpa; uel superiorib⁹, uel inferioribus possit aptari. Quippe si dicat. Tyburniq; manus Ducis, recte dicitur. Si, Ducis & tu concipe curā, non erratur. laudauit omnes, ne Inertes ardenti iunxisse uideretur.

VALLIS ACCOMMODA FRAVDI. In aliquot antiquis exemplaribus. VALLES ADCOMMODA. legitur. & VALLES. nominatiuum a Valle agnoscere uidetur Probus, quamuis in uulgatis eius codicib⁹ nescio quid desideranm; quum ibi de iis loquatur, quæ terminant in. PES. longam. ut Puppes, Rupes, Vulpes, quare uidens, an ita sit legēdum. PES. producta, Latina, uel græca tertiæ sunt declinationis. PIS. facient Genitiuo. Puppes puppis. ut Valles Vallis. ita Rupes rupis. Vulpes uulpis. Aspes aspis. Vel alia prorsus dictio substituenda.

TENVIS QVA SEMITA DVCIT. In antiquo codice Ro. & aliquot aliis. QVO Semita Ducit. legitur; quam lectionem agnoscit Seruius.

TVTIQVE RECEPTVS. In ueteribus plerisq; codicibus. RECESSVS. habetur. Sed RECEPTVS huic loco magis conuenit, ut .s. ostendat non tantum ad erumpendum & inuadendum hostem locum esse commodum, seu dextra leuaq; uelis occurrere pugnæ, uerum etiam quo tuto se recipere possint, Atq; instare iugis & grandia uoluere saxa, si forte eueniat,ut maiore hostium urgente ui repellantur, alio loco deiici tenerentur.

VNAM EX VIRGINIBVS SOCIIS SACRAQ. CATERVA. Ro. codex præter q̃ impressa omnia exemplaria & aliquot alia manu scripta legit. VNAM EX VIRGINIBVS SACRIS SOCIAQ. CATERVA. Sed altera lectio magis placet eruditioribus ingeniis.

TRISTIS LATONIA VOCES ORE DABAT. Romanus codex TRISTI ORE legit, cui aliquot etiam alii manu scripti non sunt dissimiles. Seruius tamen TRISTIS Voces mauult. TRISTIS & Donatus, qui dubitari ait, utrum Tristis Latonia, an Voces tristis dicendum sit. ait uero morem Poetæ retinendum, quem ubiq; seruauerit, bisq; intelligendū Tristis, ut qualis anima fuit, talia habuisse uideatur & uerba; dicendū itaq;, Tristis Latonia uoces tristis emittebat.

NOMINE SCAMILLAE Mutilata Parte Camillā. Vnde SCAMILLAE nomen, quod nonnulli commenti sunt, desumptum sit, In nullo adhuc ueterum codicum deprehendi. In aliquot autē omnino antiquis QVASMILLAE. scriptū

inueni;in aliquot aliis absurdiora quædam. Sed enim antiquiora illa exemplaria quæ præcipue sequimur. CASMILLAE. legunt. Quodq; nonnulli codices. MVTILATA. habent, Vetustiores pene omnes MVTATA scriptum ostendũt. Non tamen displicet. MVTILATA. Quia Donatus ait; Matris huic addidit nomen aliqua tamen subtracta particula, ut. CAMILLA. potius q̃ CASMILLA. diceretur. Habiturus in exilio comitem item filiam, & in appellatione infantis, dulcissimæ nomen Vxoris.

AMASENVS ABVNDANS. In antiquis codicibus. HABVNDANS. cum adspiratione scribit. Veterib⁹ eã nonnullis uerbis applicare suetis, quo ea incitatius (enuntiarẽtur.

IACVLO PALMAS ONERAVIT Acuto. Romanus codex. Oblongus, Mediceus, pluresq; alii peruetusti, PALMAS ARMAVIT. legũt. quod non sine proprietate dictum est. & in donati codice repetitur. Sed enim Seruius ONERAVIT. agnoscere uidetur. dum ait. Onus est quicquid teneris manibus imponitur.

QVANDOQVIDEM Fatis VRGEMVR Acerbis. In antiquis aliquot codicibus legere est. FATIS VRGEMVR INIQVIS. Sed utcunq; placuerit, Acerbis aut Iniquis, non laboro. Sane. VRGEMVR. persona prima mihi uidetur etiam Seruius agnouisse cum scripsit. Ostendit etiam desideria ex Fati necessitate descendere. Ceterum quod Seruius ad desiderium refert, cur nõ potius ad amorem, & Sympathiam quamdam referamus, ut scilicet Vrgemur fatis acerbis dixerit, uti quæ pari, cum ea, Calamitate affici sibi uideretur. quæq; Camillæ aut acerba, aut iniqua imminebant, ea Diana impendere sibi existimabat.

TROS ITALVSVE. In Romano codice legere est. TROS ITALVSQVE. Et eodẽ modo etiam superius, sed VE disiunctiua melius. Illud quoq; animaduertẽdum. Quod uulgata quædam exemplaria. HANC Quicunq;. legũt. Antiqua. HAC. habent. s. sagitta. In aliquot aliis. AC. particula coniunctiua ut sit mandati summa. Hæc arma cape. Sagittam deprome; Ac quicunq; sacrũ uiolarit uolnere corpus, det sanguine pœnas.

HASTASQ. Reductis PROTENDVNT Longe Dextris. Antiqua pleraq; exemplaria. PRAETENDVNT legunt. qui quidem gestus est infertandi hastam in cataphracto milite, cuspide ad feriendũ prætensa. Sed enim quia de iaculatione loquitur melius est. PROTENDVNT. quia in iaculatiõe manus reducitur protensa hastæ longe maiori parte, ne si capias a medio cuspidẽ uersus, manus difracto aere ictum faciat elanguescere, impulsumq; moretur. Eadem elocutione dictum ab Ouidio. Protentaq; forti Tela tenent dextra lato uibrantia ferro. Donatus uero hic duo agnoscit, Et quod hastas gestarent; dexteris retrorsum adductis, & qđ spicula uibrarent. Pergebant, inquit, paratis hastis & dextris, ut hostes petere uiderentur, Ibant uibrãtes spicula, ita crebro motu, ut ea iam crederent esse missuri.

CONTINVO ADVERSIS Tyrrhenus Et Acer Aconteus, Connixi Incurrunt Hastis. In Romano codice, & aliquot aliis antiquis ADVERSI. legitur. neq; obstat quod connixi hastis subsequatur, quod isti absurdum putauerunt. Hoc uero uidetur agnouisse Donatus, dum ait. Continuo aduersi cum singulis ex diuersis partibus eruperant hastis; quis idem dicat, si aduersis hastis legamus.

PRAEFRACTAQ. QVADRVPEDANTVM Pectora Pectoribus rumpũt. In Romano codice, in Mediceo, & quibusdam aliis peruetustis. PERFACTA. legitur. Ex quo impetus Equorum uehementissimus ostenditur. Quod uero ita pectora pectoribus ruperint, aduersos eos icurrisse demonstrat. Est & QVADRIPEDANTVM. secunda syllaba per. I. tertiã uocalem, de qua plura alibi.

PRINCEPS Turmas INVASIT ASylas. Antiqua omnia quæ uersamus exemplaria. INDVCIT. legunt, quod a uerbo, inuasit, forma diuersissimum est. Donatus quoq;. INDVCIT. agnoscit. Ait.n. Primus Asylas induxit Turmas

in medios, quis enim metueret fugientes ? Est & inducere in hostem sæpius apud Historicos.

NVNC RVIT AD TERRAS. In codicibus aliquot antiquis. RVIT AD TERRAM. singulari numero legitur.

LEGITQ. VIRVM VIR. No. Marcell⁹. LEGIT. hoc loco p Accessit positū ait. Vt in .II.Georgicon. Primi lege litoris oram. Donatus pro delegit mauult Ait enim unusquisq; Vir uirum sibi, cum quo certaret, facta prius exploratione de ligebat. Quales peramus electos, nisi eos, qui possunt facile superari. Nullus enim deligit a quo possit occidi

QVO SONIPES ictu FVRIT Arduus. In antiquis aliquot codicibus FERIT. legit, sed imperfecta esset oratio, quare. FVRIT. longe melius. Est & illud aduertendum, Quod ubi uulgata exemplaria legūt. ALTAQVE Iactat crura. Vetera quædam. ACTA. habent.

DVPLICATQ. VIRI Transfixa DOLOREM. Romanus codex, Mediceus, & aliquot alii peruetetes legunt. DVPLICATQ. VIRVM TRANSFIXA DOLORE. hoc est duplici Virum dolore cumulat. Qua forma dixit Ouidius. Duplicataq; uulnere cæco est. Sunt qui nō inepte reposuere. DVPLICATQ. VIRVM TRANSFIXA DOLOREM. Vt sit, Transfixa Virum duplicat dolorem, pulchro & figurato elocutionis modo. Quam tamen secundo loco retulimus lectionem in pluribus inuenies exemplaribus.

DANT FVNERA FERRO. In Mediceo. VVLNERA. cum decora, quæ sequitur. repetitione, pulchramq; peiunt per Vulnera mortem. Quod si Funera legas Dari, repetitio erit sententiæ, quæ non ita decora uidetur. Est uero illud etiam; Quod in aliis. AT medias inter cedes. in eodem Mediceo. AT medias inter Acies legit; Sed omnino plus est dicere. inter Cedes

HASTILIA DENSAT. In aliquot antiquis codicibus. DENSET. secundæ coniugationis habetur. Sed utrumq; agnoscunt Grammatici.

NVNC Validam DEXTRA Rapit Indefessa Bipennem. In antiquo codice manu scripto legere est. NVNC Validam Rapit In DEXTRAM Non Fessa Bipennē. Sed quū INDEFESSA agnoscat Seruius, uulgata illi lectio porior.

AVREVS EX HVMERO Sonat Arcus. In Romano codice legere est EX HVMERIS SONAT. Vt duobus. SS. continenter pronuntiatis, quodam ueluti sibilo maior sonit⁹ excitetur, qualem Homerus ficto ex uoce uerbo mira expressit felicitate. ἔκλαγξαν δ᾽ ἄρ᾽ ὀϊστοὶ ἐπ᾽ ὤμων χωομένοιο. Sed aduertēdum apud Donatum scriptum esse. AVREVS EX HVMERIS ERAT ARCVS Et Arma Dianæ. Omnino enim paulo infra Aureus ex humeris sonat arcus & Aurea Vati Cassida, Vbi de ornatu Clorei Sacerdotis loquitur, habebimus.

QVAS Ipsa Decus Sibi DIA Camilla. In Romano codice. DVRA. legitur Vt illud. Durū a stirpe genus. Sed enim Seruius admittit Epitheton. DIA. quod in Mediceo & aliquot aliis antiquis codicibus. DIVA. scriptum inuenias, Quo super loco Donatus ait. Tantum Camilla ad Dianæ animum pertinebat, ut apud Socias suas pro Dea haberetur.

PACISQ.BONAS Belliq; Ministras, BONAS quidem in codicibus aliquot antiquis habetur. Sed enim cum Mediceo plures atq; iidem probatiores BONAE legunt, idq; Seruius agnoscit. Donatiana tamen Paraphrasis ad eam lectionem, quæ. BONAS. habet Accusatiuo casu, respicere uidetur. Sic enim est. Deniq; cum iret ad bellum has sibi esse Comites uoluit, quod essent ornamento in pace, & ministræ in certaminibus Belli. Potest & sic intelligi, ut Bello & Paci ornamēto esse uiderentur; Et sic in utroq; obsequerētur. Vt utrumq; ornarent, & hoc esse arbitror melius. Ipsa enim est pura societas & uera Religio, Vt nullum tempus dissimiles faciat, quos fœdera suscepta coniunxerint. Pulchrum est enim seruare societatem, & eius commodum custodire. Nullam istarum dicit belli gessisse

certamē ; sed asseruit ministerio fuisse bellanti. Nec exponeret Camilla de sociis ; si impares essent in caussa certaminū , aut ipsa quæ laudabatur esset inferior , si exercitationes illæ præstarent, tamen ipsarum præsentia non uacua fuit , quum, ut dictū est , ministerio iuuabant , operaq; Bellantem.

QVALES THREICIAE Quum Flumina THERMODOONTIS. Romanus quidem codex & pleriq; alii ueteres uno exemplo legūt. THERMODOONTIS. uersu Adonio. Nam quæ super hoc nomine Grammatici de accentu loquuntur , in caussa fuere , ut Thermodoontis pentasyllabum , absq; synæresi legi posse arbitrarentur. Sed.n.secunda syllaba ; quod forte minus animaduerterūt , ω μεγα est. θερμωδων quæ corripi non potest, nisi more Dorum id in ο μικρον uerterimus. communius uero est . THERMODONTIS . κατα κρασιν. dimetro spōdaico proferre ; quod quidem apud Ouidium aperte factum inuenias. Et tu fœmineæ Thermodon cognite turbæ. Pontanus tamen . THERMODOONTIS . uidetur accepisse, non uno loco, pari syllabarum numero cum HIPPOCOONTIS. ut in libro de Poeticis numeris. In libro uero de Adspiratione, Latinos ait ultimū .O. resoluere , quia uox ea bene aliter locari non posset in uersu Heroico . putauit ille quidem secundam nominis huius syllabam esse breuem .

SEV CVM SE Martia Curru PENTHESILEA Refert. Sunt qui nomen PANTHESILEA . per .A. prima syllaba scribant. quū tamen codices tam Virgiliani q etiam alior; auctorum una cū Græcis eam .E. uocalem secundam statuant, quare illud Librariis adscribendum. Quod uero Virgilius Penthesileam Martiam appellarit , non ea tantum caussa est , Vt Bellatricē significet , quod alibi fecit , Sed quod , ut ex Trogo Iustinus tradit de Amazonibus. Ne successibus deesset auctoritas, genitas se a Marte prædicabant.

EVMENIVM CLYTIO . Primum Patre. Proprium hoc nomen EVMEMIVM alio atq; alio modo. In aliis atq; aliis codicibus scribitur , Sed ut quæ absurda uidentur missa faciam. Romanus codex. Oblongusq; , Mediceus , & aliqui alii manu scripti eodē exēplo . EVNAEVM . legunt, & in Donati cod. eodē est modo.

MORIENSQ. Suo Se IN VVLNERE Versat. Codices pleriq; ueteres . SVO SE VOLNERE legunt. absq; . IN . præpositiua particula , quæ quidē hoc loco non sine iniuria sententiæ detrudi potest. operæ precium autē esse iudicaui quæ super hanc sententiam Ti. Donatus commentatus est adponere. Atq; cruentam Mordet humum moriensq; suo se uolnere uersat. Cadentes enim repentino ictu mordent , quod fortassis occurrent. Iste igitur mordens terram Et crebris hoc morsibus faciens uertebat se , & in suo se cruore uoluebat. Hoc dicendo ostendit eum tam grauiter percussum , Vt illic caderet , ubi confossus est. Qui uero assidue uoluebatur in uolnus , & Terram mandebat. quam rigauerat cruor. apparebat eum aliquem adhuc sensum doloris habuisse.

TVM LYRIN PHEGASVM . In antiquis LIRIN. Latinis litteris scriptum est. In Romano in Oblongo & aliquot aliis. PAGASVM . per . A . prima syllaba , quod ab eruditis receptum uideo. Inuenies, & alio modo scriptū , sed in re parui momenti satis est receptiora indicasse.

DEMOPHOONTA CHROMINQ. Romanus & Oblongus codex . CHRONVM . legunt. & aliquot ex accuratioribus.

PROCVL ORPHITVS ARMIS IGNOTIS . In Romano codice . ORNYTVS . per . Y . in pene ultima παρα το ορνυμι. qd' impetum facere significat. Nam si ab Aue sit . T . litteræ adspiraretur. In Donati quoq; cōmentariis. ORNVTVS habetur. Y. littera in . V . more ueterum mutata.

IPSE CATERVIS Vertitur In MEDIIS . & toto Vertice supra est. In codicibus aliquot antiquis. IPSE CATERVAS VERTITVR IN MEDIAS. legitur. Sed quum sententia de eo sit , qui contineatur in loco , non autem in

quempiam

quempiam feratur, magis placet Ablatiuo casu; quod in pluribus habet exempl. MANIBVS HOC REFERES, Telo Cecidisse Camillæ. In Mediceo codice lasciua admodum adnominatione legitur,

MANIBVS HOC REFERES MANIBVS Cecidisse Camillæ.

Sed . TELO . reliqui omnes agnoscunt.

SED BVTEM ADVERSVM CVSPIDE FIGIT. Vt præteream. FIXIT. præterito tempore, quod in plerisq; codicibus habetur. Eo me conuertam, quod maioris alicuius momenti esse uideatur. Antiquus admodum codex. ADVERSA. legit, sed de Cuspide dictum hoc parum mihi satisfacit. Romanus codex, & Oblongus, Pomponianæ deliciæ, una cum Mediceo. AVERSVM. legunt. Quod ideo mihi adridet, quia iocari uidet Poeta in diuersa feriēdi ratione describenda. Vnum enim Camilla iam auersum, & fugam arripientem in collo sauciauerat. Orsilochum uero contra elusit, simulata fuga. Quem quidem de fuga locum Virgilius ex Horatiorum pugna desumpsit.

TVM VALIDAM Perq; Arma Viro Perq; Ossa Securim Altior INSVRGENS. Romanus codex, & aliquot alii. EXSVRGENS. habent, quod agnoscitur a Donato. Sed. INSVRGENS. in pluribus est exemplaribus. In Mediceo illud etiam diuersum, quod. VALIDA SECVRI. casu septimo legitur, Tum VALIDA Perq; Arma Viro Perq; Ossa SECVRI. utpote instrumento, quo ipsa Altior insurgens, oranti & multa precanti congeminat uulnus.

EVADERE PVGNA. Vulgata quidem exemplaria. PVGNA. casu septimo legunt. Sed Oblongus codex. PVGNAM. habet Accusatiuo casu. Vtrunq; elocutionis modum admittunt Grammatici. Sed Romanus, Mediceus, & aliquot alii peruetetes. PVGNAE. scriptum ostendunt græcanica elocutione ἀποφεύγειν τ͂ πολέμου. Sed quia nusquam ego alibi figuram huiusmodi apud Auctores reperi, quod meminisse possim, in medio hoc relinquam.

PVGNAEQVE ACCINGE PEDESTRI. In antiquis plerisq; codicibus Ablatiuo casu positum est. PVGNAQVE ADCINGE Pedestri. Alibi tamen, ADCINGVNT Omnes operi, dictum acquisitiuo casu.

VENTOSA FERAT CVI Gloria LAVDEM. Romanus codex. FRAVDEM. habet; quum tamen pleriq; alii ueteres. LAVDEM. legant. Seruius a Romano codice stat, qui. FRAVDEM. ueram esse lectionem putat, curq; ita sit legendum, quasdam affert rationes. Contra Ti. Donatus. LAVDEM. agnoscit, hac paraphrasi. Experiundo cognosces quis debeat iure, meritoq; laudari. Vtra potior sit sententia, quum non ueteres tantum codices, uerum & opinatissimi Grammatici diuersa tradant, aliorum arbitrio iudicandum relinqui. Est etiam in Mediceo. FERET. Finitiuo modo, ut quid certius afferat. Sed FERAT. in pluribus habetur.

ACRIQ. INCENSA Dolore. In Romano codice in Oblongo, in Mediceo, & plerisq; aliis antiquis. ACCENSA. & ADCENSA. legitur.

PARIBVSQ. ASSISTIT In Armis. Oblongus quidem codex. ASSISTIT. habet. Sed cum Mediceo Porcius, Vitalianus, atq; Delphius, & pleraq; exemplaria manuscripta. Paribusq; RESISTIT In Armis. legunt.

ADVOLAT Ipse. Hic. ABVOLAT. omnino, uel AVOLAT. ut in Mediceo legendum. Tam et si. ADVOLAT. in antiquis aliquot codicibus reperiatur.

QVADRVPEDEMQVE. In antiquis aliquot codicibus. QVADRIPEDEMQVE. ut obseruatum sæpius pet. I. secunda syllaba.

FERRATO CALCE FATIGAT. FERRATO. uirili genere in impressis codicibus aliquot inueni; parcius in manu scriptis. Qui plurimum habent. FERRATA CALCE. genere fœminino, uti est in Mediceo. & ita scripsisse Virgilium Nonius Marcellus attestatur. Quamuis Plautus, & Varro Calcem

Q

masculino genere dicere maluerint. Prætetea quæri dicit Probus, qua de caussa Virgilius nomen hoc fœminino genere pronuntiauerit, factúq; ideo ait, quoniam quæcunq; nomina Romana duntaxat inanimalia, nominatiuo casu, numeri singularis. X. littera terminantur, & monosyllaba esse reperiuntur. hæc fœminini generis esse pronũtiantur. Ad hæc FL. Sosipater, Calx, ait, siue qua calcamus, siue qua ædificamus, fœm. gen. est, ut & Virg. ait, Ferrata calce fatigat.

VANE LIGVR. Antiquissimus codex maioris notæ Mediceus, & pleraq; uetera exemplaria. LIGVS. legunt per. S. Et per. VS. Ligus liguris, ut Lepus leporis, & Vetus ueteris declinari ait FL. Sosipater.

FRVSTRAQ. ANIMIS Elate Superbis. In codicibus aliquot antiquis. ARMIS Elate Superbis. legit; quod quidem hic nihil aliud significaret, q̃ alto Equi dorso, cui Ligus ipse plurimum fidebat. Sed omnino melius. ANIMIS. ut ad procaciora ea uerba respondeat, quibus Camillam in certamen prouocauerat.

INIMICO A Sanguine Sumit. Ro. codex Mediceus, & alii pleriq; ueteres legũt. INIMICO EX Sanguine. quæ præpositio magis huic loco uidet conuenire.

QVAM Facile ACCIPITER Saxo Sacer Ales. Ea consuetudine, quæ fuit ex ACCIPIO uerbo præpositionem integram notare, prius q̃ Lucillius. CC. geminare instituisset, aliquot inde ætatibus repetita, ADCIPITER, per. D. & AT CIPITER, per. T. alterius ætatis abusu scriptum alicubi reperitur. Alitem enim eam ita nuncupatam aiunt, quod ad aliarum auium capturã genita sit. Manifeste uero Virgilium Accipitrem uirili genere protulisse locus hic ostendit, quum tamen Lucretius fœminino dicere maluerit. Accipitres somno in leni sic prælia pugnasq; Edere sunt persectantes uisæ, atq; uolantes. Quem locum, nequis, ut pleraq; alia corrupta sunt, VISI, reponẽdo uitiare ausit, Sciant Accipitrem fœminino genere scriptum a Lucretio, Nonii Marcelli testimonio.

TVNC CRVOR ET VVLSAE Labũtur ab æthere Plumæ. In Ro. codice absq; copulatiua particula; sed adaucta, per adplicitam præpositionem, uerbi significatione. EVOLSAE. legitur, sententia non sine iniuria mutilata, quare magis placet quod in aliis. ET VOLSAE. legitur. Quod uero in uulgatis. TVNC. est. TVM. in ueteribus plerisq; reperitur.

TYRRHENVM Genitor TARCONTEM. Ro. codex, Mediceus, & plerique alii ueteres. TARCONEM. legunt absq;. T. &. TARCO. absq;. N. finali littera rectum ponunt. quamuis apud Græcos τάρχων τάρχωνος dicitur, idq; per. χ. densam litteram.

ET Stimulis Haud Mollibus INCITAT Iras. In Ro. codice, & in Oblongo. INICIT. habetur, quod non displicet. tam & si. INCITAT. non improbarim, quod ex lusu Poetico duo uerba eiusdem originationis eodem uersu posita, nõ nihil habeant uenustatis. Suscitat & stimulis haud mollibus Incitat iras.

QVIDVE HAEC GERITIS Tela Irrita Dextris. In Ro. codice, in Oblongo, & plerisq; aliis antiquis legere est. QVID VE HAEC GERIMVS Tela. quod maiorem quandam uim ad eos excitandos habet, facitq; obiurgationem æquioribus auribus exaudiri, quum se quoq; admisceat conuicio, nemineimq; esse obiurgationi & obprobrio non obnoxium indicet.

EXPECTARE DAPES. Impressorum plurimi. EXPECTARE, modo Perpetuo scribendum curauere; ut sit, non segnes expectare. Eaq; lectio in aliquot omnino cod. antiquis inuenitur. In omnibus uerò Vaticanæ Bibliothecæ, in Mediceo, in Porcio, in Vitaliano, & plerisq; aliis. EXPECTATE. legitur, Imperandi modo, quod Seruius agnoscere uidetur, dum exponit, pro Expectetis; nisi quis Infinitiuum more Græcorum pro Imperatiuo positum dicere uelit. Non elidi uero. S. littteram ex eo uerbo, dictum alibi.

ET Venulo Aduersum Se Turbidus INFERT. In Romano codice, & in Medi-

ceo . OFFERT . atq; in aliquot aliis . quod omnino Donatus agnoscit, dum ait. Obtulit se Venulo aduersum ; debuit enim aliquid prior audere, qui omnium hortator extiterat.

ARDVVS Insurgens Illa Haud Minus Vrget ADVNCO Luctantem Rostro. In codicibus aliquot antiquis . ARDVOS . legitur; quam terminationem Carisius, in his præsertim nominibus, quæ in . VS . purum exeunt, nequaquam admittere uoluit; de quo plura alibi. Quod uero . ADVNCO . in Romano codice legitur. In Oblongo . OBVNCO . est, uti etiam superius. In Mediceo, & aliquot aliis . Abunco . per . B . utrunq;. In reliquis plerisq; abrasa littera nihil certi proponit.

DVCIS EVENTVM EXEMPLVMQ. Secuti. In antiquis codicibus . EXEMPLVM EVENTVMQVE . par enim est rem prius aggredi, q̃ quid inde eueniat, spectare possis.

QVA SE CVNQ. FVRENS Medio Tulit Agmine Virgo. In antiquis aliquot codicibus . QVA SE CVMQVE FERENS . legitur, quod nonnullis & honestius, & decorum magis uidetur. Sed enim . FVRENS . Ti. Donatus agnoscit, dum sic ait. Dixit autem caussam, qua perfectum est, ut illa explorantis Arruntis non sentiret insidias. ferebatur inquit studio belli, & furore certaminum.

HOS ADITVS IAMQ. HOS ADITVS Omnemq; Peterrat Vndiq; circuitum. In antiquo codice . HOS ADITVS IAMQVE HOS ABITVS . legitur; quod eius diligentiam ostendit, ut non prius adire uelit, q̃ præuiderit, qua sit etiam abeundum. ABITVS porro Donatus agnoscit. Sed de Camilla dictũ intelligit. Quacunq; abibat, uel quacunq; habuit transitum, & quoscunq; illa circuitus obibat, obseruabat iste oppenens caussam, quo posset circumuenire fortioré.

FORTE SACER CYBELE CLOREVS OLIMQVE SACERDOS . In codicibus aliquot antiquis . SATVS CYBELE . legitur, ne Sacer & Sacerdos, quam aiunt nugationem, facerent. Sed quamuis . SACER . pluribus scriptum sit in exemplaribus; quum tamen Donatus legat . CIBELO . ut in Mediceo habetur codice. hoc est loco, in quo Cybele colebatur; de quo superius dictum eo uersu. Hinc mater cultrix Cybeli. mihi minime displiceret . SATVS CYBELO.

AVROQVE INSERTA legebat. Exemplaria fere omnia uetustiora legunt. AVRO CONSERTA . Nam particula . QVE . importune omnino uidebatur

LYCIO CORTYNIA Cornu. Et . Cortynia per . C . & Cortinia (adposita. per . G . indifferenter scribi posse ostendimus alibi.

AVREA VATI CASSIDA . Seruius Accusatiuum ait pro nominatiuo positum. Valerius Probus contra. Virgilius, inquit, hæc Cassida declinauit, exemplaq; referuntur a Carisio cum hoc ipso . AVREA VATI CASSIDA . Ex Propertio. Aurea cui postq̃ nudauit Cassida frontem.

TELVM Ex Insidiis Cum Tandem Tempore Capto CONIICIT . Veteres quidem aliquot codices . CONICIT . legunt; idq; uti mos unico . I . Sed longe plures . CONCITAT . & ita etiam in eo legitur, cui subiecta sunt Donati quæ uidimus Commentaria. Nam & oraturus est prius, & opem Apollinis multis precibus imploraturus, deinde missurus hastam, quare multo post ait, Ergo ut missa manu sonitum dedit hasta per auras.

MIHI CAETERA LAVDEM FACTA FERENT. In antiquis plerisq; cod. nõ sine iudicio scriptum obseruaui . FERANT . per loquẽdi modum indefinitum.

PATRIAM Remeabo Inglorius VRBEM . In codicibus omnibus antiquis, quotquot legi . PATRIAS Remeabo Inglorius VRBIS . numero multitudinis scriptum inueni; quod tamen in medio relinquimus.

NIHIL IPSA NEC AVRAE . Nec Sonitus Memor . AVRAS . antiquam esse lectionem, Seruius asseuerat, Genitiuum a græco sermone mutuo sumptum.

ET E SPECVLIS Percussæ Pectora Matres. In antiquis aliquot codicibus. E MVRIS. legitur. ut sit adnominatio quædam. Puluerem ad muros uolui, & e muris matres tollere clamorem ad sidera. Sed enim quia generalius est. E SPECVLIS. dicere.ea lectio magis huic loco quadrat. Crediderim uero lectionem alteram. E MVRIS. de paraphrasi aliqua desumptam.

NEC Miseram Effugiunt MORTEM. In Oblongo codice. NOCTEM. habes. Sed omnino magis placet. MORTEM. legere, quod plus habet uiolentiæ, & agnoscitur a Donato.

ATQ. INTER TVTA DOMORVM Confixi Exspirant Animas. In Ro. cod. legere est. INTRA. In reliquis fere passim. INTER. Quodq; sæpius apud Liuium. INTRA MVROS. uulgata legunt exemplaria. in ueteri codice scriptum. INTER MVROS. obseruaui. Contra uero apud Martialem libro Primo ad Cosmum, ubi uulgati codices legunt. HVNC Quem Sæpe Vides INTER PENETRALIA Nostræ Pallados, Et Templi Limina Cosme Noui. Veteres nõnulli cod. manu scripti legunt. INTRA PENETRALIA. Sed utcunq; de hoc Grammatici decernant, illud potius animaduersione dignum putarim, quod in pleriſq; cod. antiquis nõ. TVTA. sed. TECTA DOMORVM legi. Ea tamen lectio, quæ est. TVTA DOMORVM. longe figuratior.

MONSTRAT Amor VERVS Patriæ Vt Videre Camillam. In Romano codice AMOR VERSVS. legitur. ut intelligamus eas non prius tale aliquid aggressas nisi ut uidere Camillam. Tunc enim ait amorem uersum ad patriam defendẽdam, quum bellum aduersus etiam mulieres geri uiderent, quod pro mulieribus susceptũ prius arbitrabantur. Si uero cuipiam magis placeat. VERVS AMOR. Ea quoq; sententia & pulchra est, & de humanæ uitæ moribus sumpta.

PRIMAEQ. Moti Pro Mœnibus AVDENT. In Ro. codice. ARDENT. legitur. ut sit inter eas contentio laudis, amorisq;. perinde ac si præmium illi propositum esset, quæ prima moreretur. Seruius ad dolorem ex Camillæ obitu conceptum refert, ut illud, Me primam absumite ferro. Neq; uero displicet. PRIMAE AVDENT. ea sententia, ut tunc primum audere uisæ sint, quum sexum quoq; suum in bello fortiter occubuisse conspicerent.

INGRVERE INFESTOS Hostes. Antiqua omnia exemplaria, quæ præ manibus habui. INFENSOS. legunt; quod Turni dolorem mirum in modum exaggerat, quum intelligat eos hostes, quos odio maxime prosequatur., ita uictoria

ILLE FVRENS IAM SAEVA Iouis Sic numina Poscunt. (exultantes ferri. Interpositio hæc uariis modis in uariis habetur exemplaribus. Hinc nonnulli. IAM SAEVA. legere maluerunt. In Romano. in Mediceo, & quibusdã aliis codicibus peruetustis. ET SAEVA. legitur; quod etiam Seruio receptum est, dum ait, Turnum duplici ratione insidias reliquisse, dolore quippe nimio. id enim sibi uult Furens; & numinum uoluntate. Quod si. NAM. legas, aut IAM. alterum esset redditio caussæ, alterum acciperetur expositiue. Sed enim hoc utcũq; legatur parui refert. illud minime parui faciendum est, quod in Ro. codice. SIC NVMINA PELLVNT. non autem. POSCVNT. legere est. Sed omnino uulgata lectio receptior est.

SILVAQ. EVADIT Opaca. In aliquot antiquis cod. INVADIT. legitur.

AT SIMVL AENEAS. In Oblongo codice. AC SIMVL. In Romano TVM PATER Aeneas. inemendate quidem, & sententia mutilata.

TINGAT Equos. In antiquis ex instituto Attii TINGVAT. V. post. G. notata, scriptum est.

IN . DVODECIMVM . AENEIDOS . VIRGILIANAE

EDAT LAVINIA CONIVX . Quam diuersitatem codicum in Septimo habuimus eo uersu . EXSVLIBVS NE Datur Ducenda LAVINIA Teucris; quũ nõnulli ueriti primã in LAVINIA syllabam esse longam uersum hoc dictionũ ordine scripsissent . Exulibus ducenda datur Lauinia Teucris . eadẽ nunc itidẽ offertur. Nam qui superius legerant . Ducenda Lauinia . eodẽ hic modo legendũ arbitrati . CEDATQ. LAVINIA . scribere instituerunt . Bona tamen Eruditorum pars absq; particula copulatiua libentius legit . Syllabam uero eam communem a Poetis poni,exemplis alibi ostendimus.

QVANTVM Ipse Feroci Virtute Exuperas , TANTO Me Impensius Aequum Est Consulere . QVANTVM . & TANTO . uulgata est lectio, & aliquot ueterũ etiam codicum testimonio comprobata,sententiæq; optime quadrat, neq; non elocutioni . In aliquot tamen exẽplaribus legere est . QVONIAM Ipse Feroci Virtute Exsuperas . Vt Latinus absq; alia dictorum dilutione,probabilis caussæ suæ statim ansam arripiat per concessionem eorum,quæ ualidissima Turnus sibi proposuerat . Quippe qui totius accusationis & caussæ cardinem ibi uerti uerebatur, ut certaminis detrectator ab omnibus haberetur . Itaq; nullam dixerat in se moram esse, paratum se iam congredi. Nolle,quod Drances obiectauerat, Latinos cedibus exponi,solum se iam pro salute omnium quasi deuotum,totam certaminis molem impetumq; omnem sustentaturum . Ait itaq; Latinus; Quoniam ignari non sumus,te ferocitate,& uirtute præstare adeo ut ex confesso alios exsuperes,tãto me tamen impensius æquum est consulere . Sed uti profatus sum,prior lectio cõcinnior uidetur . Operæ precium uero est orationis artificium perpendere,quæ sententiã suam his præcipue locis corroboret . Ab utili & recto , quum casus impendere Turno demonstrat , quos parendo possit euitare,posseq; eum alias sibi uxores quærere . A prudentia,quum bonorum,malorumq; ratione proposita, quid sequendũ sit,aperit . Ab Iustitia & religione,quum promissa Aeneæ de filia seruari oporteat, & eam contra Turno sociare,fatis prohibeatur . Idq; Homines,Diiq; canant . Addit & argumentum a laudabili,quum Rutulorum & Italiæ uereatur obloquia,concluditq; per cõmiseratione,quũ disiunctio a necessariis & familiarissimis deploraũ.

NECNON ANIMVS AVRVMQ. LATINO . In antiquis porro codicibus LATINO EST . legitur . Nonnulli uero hoc numero legunt . NECNON AVRVMQ. ANIMVSQ. LATINO EST . quod in ueteribus plerisq; cod. habet.

PROMISSAM ERIPVI GENERO ATQVE Arma Impia Sumpsi . Imperite simul ac importune fecerunt,qui huic uersui post dictionem . GENERO . uel . QVE . uel . ATQVE . intrusere. Nam,modo Hoc,modo Illud passim habetur in codicibus uulgaris,& in aliquot etiam antiquis . Quum tamen in Ro. codice uetustissimo,& in Mediceo,& in Porcio,& aliquot aliis absq; ulla coniunctiua particula sic non inuenuste legatur . Promissam eripui GENERO . ARMA Impia sumpsi . Atq; ita etiam legebatur in Oblongo codice, sed imperitus nescio quis infirmitati carminis timens . QVE . illud intrusit , inde alii . ATQVE . reposuere. Sed quanto uenustius & elegantius tria illa membra disiunctim enuntiãtur. Vincla omnia rupi . Promissam eripui Genero . Arma impia sumpsi . quo in loco syllabæ timere fatuitatis est,& imperitiæ .

QVANTOS Primus PATIARE Labores . Romanus codex & plæriq; alii ueteres uno exemplo legunt . PATIERE . Vt Futuri mali metu magis absterreat. Magis tamen placet PATIARE . Vt in Oblongo & in Porcio legitur, quia quæ

præsentia sunt negari non possunt . Hinc Donatus ait, quæ passus sum nosti; quæ ue ipse adhuc pariaris, intelligis.

QVO REFEROR TOTIES . In Romano codice legere est . QVO REFERO TOTIENS . Hoc est quanam obsecro de caussa hæc eadem toties in consultatione pono . ut illud . Monstra Deum refero . Sed enim quia sequitur . Quæ mẽtem insania mutat , de instabilitate sententiæ sermo est, quæ ab Rege adeo aliena esse debet . Vt prouerbio receptum sit, in iis, quæ uerissima esse cõtendimus, fidem regiam attestari . Ait itaq; . Quo referor toties . quasi uersum exprimat Horatianum . Mea cur pugnat sententia secum ? Quæ perii sperno, repeto quod nuper omisi . Est & illud adnotatione dignum, quod . MOTAT .non . MVTAT . In codicibus aliquot manu scriptis legitur, quod maiorẽ argueret instabilitatẽ . Sed MVTAT magis facit ad decorũ . & in pluribus habet ex antiquis exemplaribus .

SI TVRNO Extincto Socios Sum ACCIRE Paratus . Non negarim in antiquis aliquot codicibus . ADCIRE . scriptum esse . Sed longe plures sunt qui cum Romano codice . ADSCIRE . legũt, ab adscisco . Hora. ADSCISCET nova . Et apud . M . Tullium sæpe Ciuis adscitus . apud Liuium. In Ciuitatẽ adsciti .

VT PRIMVM Fari Potuit Sic INCIPIT ORE . Antiqua omnia exemplaria, quotquot euolui, tam in Vaticana Bibliotheca, quam etiam aliunde conquisita, uno exemplo legunt . SIC INSTITIT ORE . ab Insisto . quod Turni uiolẽtiæ, quæ flecti nõ poterat, optime quadrat . Erat & in antiquo Mediceæ Bibliothecæ codice INSTITIT , sed ultimæ duæ syllabæ ab imperito aliquo abrasæ fuerunt, uestigio tamen mediæ adhuc integro permanente .

QVI TE CVNQVE Manent Isto Certamine CASVS . In Romano codice pleraq; nomina quartæ declinationis, quibus in Casibus . VS . Vltimam syllabam producunt . VV . geminato scribi solent . Vt hoc loco. CASVVS . & alibi CVRRVVS . Ex Attii quidem, ut alias diximus, instituto, id quod adhuc in aliquot antiquis inscriptionibus obseruauimus . Vt EXORTVVS VORSVM . Sed enim hoc, ut sciretur, nõ ut ad imitandum proponeretur a me dictum est .

SIQVIS EBVR VEL MISTA Rubent Vbi Lilia . In antiquis fere omnibus exemplaribus legere est . SIQVIS EBVR AVT MIXTA . Qui VEL . repo fuere præiectæ syllabæ timuerũt, quũ ignorarent eum quoq; locũ esse cõmunem .

TEVCRVM Arma Quiescant ET RVTVLVM . Nostro Dirimatur Sanguine Bellum . In Romano codice, in Oblongo Vaticano, in Porcio, in plerisq; aliis antiquis legere est Teucrum Arma Quiescant ET RVTVLI . Oratione nõ inuenuste uariata . In Mediceo ultima syllaba est aliena manu corrupta, quũ omnino RVTVLI . prius fuisse appareat . Quod uero in exemplaribus uulgaris . DIRIMATVR . tertia persona passiui legitur, in omnibus his antiquis . DIRIMAMVS . prima plurali, actiua uoce, scriptum obseruaui .

CIRCVNSTANT PROPERI AVRIGAE . Veteres aliquot codices . PRO PERE . legunt, sed inemendate . Aliquot alii . PVERI AVRIGAE . Vt in Oblongo Vaticano . Seruius cum plerisq; ueteribus exemplaribus . PROPERI . mauult . Interpretatur enim Festini, Velocesq; .

MANIBVSQVE Lacessunt Pectora PVLSA Cauis . Non negarim PVLSA . In ueteribus aliquod exẽplaribus inueniri . Sed enim longe magis placet, quod in iis probatioribus, quæ sequimur . PLAVSA . legitur, a doctis omnibus lectio plausibiliter recepta, ut in Georg. Et Plausæ sonitum ceruicis amare .

ACTORIS ARVNCI . In Romano codice, in Porcio, & aliquot aliis antiquis . AVRVNCI . legit, ut alibi . AVRVNCOS ita ferre Senes . tam & si pleraq; uetera exẽplaria . ARRVNCI . R . geminato scribũt . sed male . Nam & Liuiani codices antiqui una cum his Virgilianis notæ melioris . AVRVNCOS scribunt .

SEMIVIRI PHRYGIS . In codicibus aliquot antiquis . PRYGII . legitur .

Sed omnino . PHRYGIS . Gentile nomen melius, q̃ possessiuum.

MYRRAQ. MADENTES . In Romano codice & aliquot aliis. MVRRA. per V, ut etiam in antiquis Donati codicibus. idq; absq; aspiratione cuius rarus apud Veteres usus fuit. De littera uero. Y. dictum sæpius.

SCINTILLAE ABSISTVNT Oculis Micat Acribus Ignis . In Romano codice. EXISTVNT . legitur, quod ex Paraphrasi desumptum crediderim, quum exemplaria reliqua. ABSISTVNT . legant. Est & antiquus admodum codex, in quo numerus ita mutatus . ABSISTVNT SCINTILLAE. OCVLIS MICAT ACR. IGN. Sane uero Donatus. Absistunt agnoscit, & Exire nō cessant

MVGITVS VELVTI CVM PRIMA In Prælia Taurus Terrificos Ciet . Romanus codex atq; aliquot alii permulti . CVM PRIMVM in prælia. legūt eodē omnino significato. Nam Et prima in prælia, initio pugnæ (interpretatur.

ATQ. IRASCI In Cornua Tentat. In Romano codice, & antiquiorib[9] aliis. AVT IRASCI . legitur. Sed in Georgicis quoq; . ATQ. habetur eo loco. Atq; irasci in cornua discit. (significat.

VENTOSQ. LACESSIT ICTI BVS ET SPARSA AD PV. PRO. HA . Antiqui omnes codices . AVT Sparsa legunt. Hinc fit ut non grauate alterū. AVT . superius admittam. Nam in Georgicis. Tota Natura Tauri describitur. Huic uero comparationi uel hic, uel ille gestus, satis, superq; est. Aduerte uero, Proludere Donato esse, imaginem quandam ueritatis ostentare, ludendo.

ET PACIS DICERE Leges. In Oblongo codice Vaticano. DISCERE . legitur. Sed Seruius agnoscit. DICERE . quas leges paulopost Aeneas in fœdere dicturus est. Dicere Donatus etiam agnoscit. Sed in eo diuersus abit a Seruio, quod ait. Iubet ad Regem Latinum tota maturitate perferri, Vt ipse qui summam teneret potestatem pacis leges diceret.

DEFIGVNT TELLVRE Hastas. Oblongus codex Vaticanæ Bibliothecæ atq; Mediceæ Vetustus alter. TELLVRE quidem casu septimo legunt. Sed Romanus, & antiqui pleriq; alii. TELLVRI . Acquirendi casu . Arusianus tamen in exemplum, quod defigo illa re Ablatiuo casu dicatur eleganter, locū hinc citat; quippe dictum a Virgilio . Defigunt TELLVRE hastas.

TVRRES ET TECTA Domorum. In antiquis aliquot exemplaribus. AC TECTA . habetur. In aliquot. ET. Parum quidē hoc, Sed eruditis ingeniis non in- (gratum.

ALII Portis Sublimibus ASTANT . In Romano codice & aliquot aliis. INSTANT . habet. Sed lōge plures. ADSTANT . uel ASTANT

TVM NEQ. Nomen Erat NEC HONOS AVT GLORIA Monti. (habent. In Oblongo Vaticanæ Bibliothecæ. NEC HONOS NEC GLORIA . In Romano. NEQ. GLORIA . In uulgatis. Neq; Honos neq; gloria. In antiquo Mediceo. & quibusdā aliis. NEC HONOS AVT GLORIA . quæ lectio modo recipi cœpta est. Plurimū uero. TVNC. per. C, finalē scriptū inuenias.

PROSPICIENS Tumulo Campum SPECTABAT . In codicibus aliquot antiquis legere est. ADSPECTABAT . In aliquot aliis eiusdem figuræ. ASPECTABAT. quod præcipue notatum est in Donati commentariis hoc pacto. Aspectabat ad omnia pertinet. Vt sit. Aspectabat campum. Aspectabat acies utriusq; partis. Aspectabat & Latini Vrbem.

NYMPHA Decus Fluuiorum Animo GRATISSIMA Nostro. In Romano codice & aliquot aliis manu scriptis. CARISSIMA . habetur. Pleraq; tamen uetera exemplaria. GRATISSIMA . legunt, idq; mauult Seruius, & ita ex Homero legendum autumat. & in Donati commentariis Gratissima legitur.

DISCE Tuum NE ME INCVSES . In aliquot antiquis exemplaribus. NEC ME INCVSES . legitur, ut occurrat obiectioni quæ esse poterat; cur non præcauisti quæ Iouis es & Soror & coniux. Noli ait me incusare, quæ nihil prætet.

missi, quod pro Turni & Latinorum tutela fieri potuerit, enumerãdo quæ fecerit. Donatus tamen. NE ME . agnoscit; quod in bona ueterum codicum parte etiã QVA VISA EST Fortuna Pati. Arusianus Messus in libro de (legas. Virgilianis elocutionibus hoc loco agnoscit. QVOAD . Exponitq; QVOAD. pro Donec. Sane Seruio. QVA . placere uidetur. si modo codex incorruptus est. Arusiani uero lectio per synæresin erit, figuram in Virgiliano carmine frequentissimam. Probus Valerius tamen. QVOD . hic monosyllabum mauult, nempe καταχρῆσιν ex. QVOAD. Cadit uero sub idem Examẽ Terentianus locus. Munus nostrũ ornato uerbis quoad poteris, Nam eo quoq; loco. Quod poteris a Terentio scriptum uolunt, ut alibi in Adelphis. Istam quod potes confo lere. Sed in ant. codicibus loco hoc. Quam potes scriptũ inueni. Tamen Hellenius Acron. QVOD. agnoscit, auctore Carisio. pro inquantum poteris.

VIX EA CVM LACHRYMAS OC. IV. PRO. In codicibus aliquot antiquis TVM LACRIMAS. legitur, quod procedere uidetur ad Ti. Donati sententiam; qui distinguendum ait. VIX EA. Hoc est statim quod ea dicta sunt. & sic sequantur cætera de Lacrymis.

AVT TV Bella cie. In antiquis aliquot legere est. AT TV. Bella cie. Te.n. decet hoc pro salute fratris facere, minusq; obnoxium erit reprehensioni.

AVTHOR EGO Audendi. Inualuit ætate nostra mos, Vt. AVTHOR. per TH. scribatur, quod nonnullis persuasum fuit nomẽ id παρὰ τὸ αὐθέντου deduci; quorum opinioni ueterum Grammaticorum sententia refragari uidetur. Nam apud Valerium Probum ita legas. Auctor a uerbo Augeo fœminino significato auctrix facit. Si non uenit a uerbo eo, sed significat Principem, etiam fœminino genere Auctor facit. Sicut Virgilius ex persona Iunonis. Auctor ego audendi. Princeps, non quæ augeam. Atq; alibi in arte de hoc ipso loco ita disputat. Quæritur quare Virgilius de Iunone Auctor ego audendi, & non auctrix pronũciauerit; hac de caussa; quoniam quæcunq; nomina a uerbis Anomalis ueniunt intelliguntur; hæc autem deficiunt, aut certe anomale pronuntiantur; Hinc quom & hoc nomen a uerbo anomalo oriri reperiatur. i. ab audeo. facit enim speciẽ perfecta ausus sum. & ideo hoc nomen fœmi. generis anomalum facere pronuntiatur. Vtrunq; uero per. CT. scribit. nõ taciturus, siquam in scriptione differentiam agnouisset. Carisius quoq; qui ineptissimũ putat Latino nomini Græcum etymum dare, nulla de mediis consonantibus mentione facta. Victor inquit; in. stitor, & Tutor ac similia pro communibus accipienda. Auctor si quidem propterea dicitur, quod augere generauit, Auctricẽ dicemus, quod pariter augere possit, cum uero ad auctoritatem referatur pro communi accipiendum. Neq; desunt qui quum utriusq; nominis Ethymon Latinum agnoscant, ita tamen distinguant, Vt Auctor ab augeo per. ct. notetur, ab Audeo uero Autor absq; c. quasi. D. littera in. T. sibi cognatã tantũ transeat. Vetera uero omnia exẽplaria, quæ uidim⁹ Auctor utroq; significato per. ct. notatũ ostendunt. Nihil uero hic moror notas quasdã antiquarũ inscriptionũ Valerio Probo adscriptas, tam eorũ qui transcripserunt, quã impressorũ negligentia, corruptas; atq; etiã eorũ qui manum in alienam messem iniicere ausi sunt, multaq; arbitratu suo interpretari, impudentia uitiatas. Quũ anteacta Sæcula. AVCTOR. &. AVCTORITAS. per. CT. scripsisse tot ueterũ, quæ passim extant monumenta declarent; Cuiusmodi aliqua retulisse nõ uideatur importunum. Ea uero in primis occurrunt quæ omnibus maxime sunt in promptu. Tabula ænea in Basilica Lateranen. in qua uerba hec ita notata legũtur.

VTIQ. CVM. EX. VOLVNTATE. AVCTORITATEVE. IVSSV. MANDATVVE. EIVS. & quæ sequuntur.

tauit iniquum frugibus Amnis Doctus iter melius . Vbi ad id adlusit Horatius ; Quod Augustus Tyberim ; ut apud Suetonium est completum olim ruderibus, & ædificiorum prolapsionibus coarctatum laxauerit, ac repurgauerit. In Cipporum inscriptionibus ; Vltra quos Cautum esset, nequid inde aggeratetur. Is . Ruderibus Reiectis . duo illa . R R . interpretabat . & nunc demũ ita Valerius emendari ceptus . Sed ut ad nomen, quo de questio erat, reuertamur . ex iis quas recitauimus Grammaticorum ueterum ac diligentissimorum sententiis, ac eruditi sæculi, & tot ætatum usu . AVCTOR . Latinam locutionem Valerio Probo. Flauio Sosipatro Carisio, & aliis agnitam . per . CT . scribendam Docti uniuscuiusq; iudicio adstipulante censuerim .

BIGIS IT Turnus in ALBIS . Vulgata quædam exemplaria . BIIVGIS . legunt . Sed . BIGIS . omnino legendum ex antiquis codicibus & Seruii interpretatione . Eandem lectionem Donatus agnoscit, Curq; Bigis ueheretur, Turnus rationem adiicit . Qui ad certamen exibat, expeditior processit, duos habens equos, & duo hastilia . Quod uero exemplaria quædam uetera . IN ALTIS . legunt minime placet, Quia longe plura sunt quæ . ALBIS . legunt, id quod dictum est ad factionis colorem subindicandum .

SAETIGERAE Fœtum Suis . Vulgata quidẽ exemplaria pleraq; . SETIGERAE . fœmi. gene. legunt . In antiquis quotquot legi . SETIGERI . Virili genere scriptum est . Sunt uero ex eruditis qui Sætigeræ magis probent . Sedenim Ti. Donatus aperte Masculinum agnoscit genus, ait.n. Fœtum Porci dixit, non fœtum Porcæ, patrem uolens magis nominare q̃ Matrem .

ILLI AD SVRGENTIS Conuersi Lumina SOLIS . Exemplaria pleraq; uulgata . SVRGENTIS SOLIS . omnino legunt, casu possessiuo ; Antiqua uero omnia quæcunq; habere potui, ita habent . ILLI AD SVRGENTEM CONVERSI LVMINA SOLEM . In quo structura cõcinnior . & elocutio figuratior .

ET HAEC Mihi Terra PRECANTI . In Romano codi. in Mediceo & plerisq; aliis manu scriptis . VOCANTI . scriptum . Nempe quod satis erat proximiore Versu dixisse . Precatur . Sed enim Donatus omnino . PRECANTI . legit . Vt uulgata habent exemplaria .

ET TV SATVRNIA CONIVNX . Romanus quidem codex, & quidam alter Vaticanæ Bibliothecæ manu scriptus . CONIVX . cum antiquiorum impressionum exemplaribus legunt . In Oblongo, Pomponii Læti deliciis, In Mediceo & plerisq; aliis . SATVRNIA IVNO . legitur . quod plausibiliter magis acceptum est ab eruditis, q̃uis, posito Ioue, Coniux non indecore additum uideretur . Sed Donatus quoq; . IVNO . lectionem agnoscit .

CEDET Iulus Agris . Vetera quædam exemplaria . CEDAT . habent . Quædam etiam . CEDET . ob sycroniam scilicet, quod sequitur Referent, Et lacessent . In Donati tamen Paraphrasi omnia hæc dicta uidentur per Imperandi modum . In Mediceæ Bibliothecæ antiquo codice, ultima syllaba tota abrasa est & superne . d& . adscriptum . Vnde . CEDET . priorem lectionem fuisse coniicias .

SIN NOSTRVM Adnuerit Nobis Victoria Martem . Antiqua exemplaria pleraq; . SI . NOTRVM . legunt . Sed enim orationis ordo, ut . SIN . legatur Exposcit, eaq; lectio in Mediceo & probatioribus aliquot codicibus .

ET POTIVS DII NVMINE Firment . In uetustissimo quodam exemplari legere est . ET PROPRIVS DI NVMINA FIRMENT . In Romano quoq; . NVMINA . scriptum est . Sed NVMINE uulgata lectio magis recepta .

AETERNA In Fœdera MITTANT . In Oblongo codice . MITTENT . Est affirmatiuo modo, de futuro, boni ominis caussa, & pariter sequit . Sacra Deosq;

VIMQ . Deum Infernam DIRI Sacraria Ditis, In antiquis porro (dabo . omnibus exemplaribus scriptum obseruaui . DVRI . & apud Seruium tale aliquid

obseruës; dum exponit Duriciem inexorabilem, pro Vimq; Deum infernam. Di tem uero flecti indocilem ait Claudianus; quod congruit Duro.

TANGO ARAS Mediosq; IGNES. In Romano codice, in Mediceo, & aliquot aliis antiquis legere est. TANGO ARAS MEDIOS IGNIS. absq; particula copulatiua. Hoc loco Donat' ait. Medios dicit, quia nihil aliud habuit in præsenti, nisi Aras & Ignes, quæ cōtingi manu potuerint. Numina autem inuocabat ut testimonio essent firmantibus fœdera. Hæc ille. Qui uero uolunt Virgilium passim philosophari, ideo medios dictum aiunt, quod ignis inter humanam diuinamq; naturam medius sit. quia Materiæ applicatus ad sublimiora sponte fertur, sedemq; sibi superiori loco debitā affectat. nullumq; ita sit cōmodius internuntium, quod res nostras ad Deorum aures & oculos perferre possit.

COELVMVE IN Tartara Soluat. In Romano cod. scriptum est. COELVMQ. Sed singula hæc distincta Ti. Donatus ponit. Præterea in ueteri codice quodam. IN TARTARA VERTAT. habetur, quod forte sumptum ex Paraphrasi. Nā SOLVAT. longe plura legunt exemplaria.

CVM SEMEL IN SILVIS IMO DE STIRPE RECISVM. Quia Grammatici folliciti sunt de nominis genere, quætūtq; nōnulli. Imo ne Stirpe, an Ima dicendum sit. Et responsum Serui est fœmi. ge. dici de Hominibus, uirili uero de arboribus. quamuis Horatius Stirpesq; raptas dixerit. Ea mihi uisum est apponere. quæ super hoc Donatus ait. Si iungamus, inquit is, faciemus Stirpem genere Masculino; contra ipsius Virgilii sententiam, qui omnibus locis Stirpem Fœminino protulit genere. Vt Stirpis Achilleæ fastus. & Heu Stirpem inuisam, & nō multo supra Hinc Pater Aeneas Romanæ Stirpis origo. Hunc scrupulū qui declinare uoluerit, sic pronuntiare debet, & sic intelligere, Vt quod dictum est IMO. separetur. Vt sit ab Imo abscissum, hoc est ab inferiore arboris parte.

AT VERO RVTVLIS Impar Ea Pugna Videri Iamdudum ET VA. Antiquiores aliquot codices. RVTVLISQ. IMPAR. legunt. Nam. QVE. præiectam alteri copulatiuæ. ET. Venustam reddit orationem.

ADIVVAT INCESSV TACITO. Vetera quidem exemplaria multa cum uulgatis. INCESSV. legunt. In Oblongo tamen Vaticano. INGRESSV. scriptum est. Incedere enim quum plerumq; sit maiestatis, & Venerabile nescio quid præ se ferat, locum hic habere non uidetur; Vbi omnia perquiruntur, quæ Timorem in Turno manifestū indicent. Prætetea Seruius quoq;. IMGRESSV. agnoscere uidetur, si diligenter inspicias. Haudquaq; uero obscure Donatus. IN GRESSV. legendū ostendit, Dum ait. Apparebat in Turno signa omnia, quæ imparis diffidentiam cōprobarent. Primo ingressus eius, hoc est ambulatio tacita; & Progressus, hoc est, ad ulteriora segnior accessus. Ecce his signis colligebatur animi eius corporisq; defectio, Lassos, quippe tacitos habuit gressus, dum uix pedem mouebat. & uix reponebat alterum, Vt progrederetur ulteri'. Fuit alterum diffidentiæ signum, quod aram uenerabatur oculis deiectis ad terram. Et (ut reliqua persequamur) Tertium signum Tabentium genarum fuit; nam repentina macie fuerat deformatus. Quartum Palloris. qui in Iuuene esse non debuit. si deesset & metus.

PVBENTESQ. GENAS. Antiquus codex Mediceæ Bibliothecæ in. Pubentes primam litteram abrasam & alio attramento in. P. notatam ostendit. Sed quæ subsequitur uocalis. A. Est, & ea quidē incolumis cōseruata, sed. V. uocali quin ta superne adscripta. Vt quod prius. TABENTES. legebat, In. Pubentes. sit immutatum. Sed & alii codices pleriq;. TABENTES. legunt, & quod Ti. Donatus Tertium signum Tabentium genarum fuisse dicit, nullam dubitationem reliquam facit, quin lectio Castior sit. Tabentesq; Genas.

ET ARAM Supppliciter Venerans. Sunt qui. AD ARAM. legunt, Vt sit progressus ad

gressus ad aram. Sed enim exéplaria uetera. ET ARAM. habent; ut sit, Et Aram suppliciter uenerans. Vnum .n. uti dictum ex Donato, de quattuor signis, quæ timorem indicabant, fuit ea ueneratio demisso lumine præstita.

NON Pudet O Rutuli CVNCTI Pro Talibus Vnam Obiectare Animam. Ro. codex. & Oblongus Vaticani, Mediceusq; & nonnulli alii Veteres. PRO CVNCTIS Talibus. legunt. Quam lectionem Seruius agnoscit, dum ait, tales Latinos reliquos, qualis est Turnus.

NVMERO NE An Viribus AEQVI Non Sumus. In codicibus aliquot manu scriptis. AEQVAE. habes. quia dixerat unā animā, ita æquæ animæ, qđ nō pbat. In aliquot aliis. VIRIBVS AEQVIS. Sed. AEqui. uulgata lectio oino castior.

EN OMNES ET TROES ET ARCADES HII SVNT. In antiquo codice scriptum est. EN OMNES HII TROES ET ARCADES HII SVNT. quasi dicat, inimici nostri, qui sedibus suis expulsi, terram alienam inuasere, ne propter fœdus initum, eos iam amicos effectos existimaretis, & ideo certare nollent. Seruius. HIC SVNT. cum uulgata lectione legit, ne in castris alterum exercitum esse suspicarentur; quæ lectio magis placet omnino, quia propositum est. Numerone, an uiribus æqui non sumus. Mediceus codex, & aliquot alii perueteres eadem sententia, lectione paulo sequius scripta, ita legunt. EN OMNES ET TROES ET ARCADES HI SVNT. ut suspendatur. En omnes inde subiiciatur, & Troes & Arcades hi sunt, quos scilicet ante oculos habetis, & non alii usquam. In Romano autem codice legere est. ET Troes, & Arcades HINC SVNT FATALISQ. MANVS. & in aliquot aliis codicibus FATALES. numero multitudinis habet. Quod ita forte quis interpretet, Et Troes & Arcades hinc sunt, in Latinis quippe castris tā strenui, tāq; præstātes uirtute Viri habent, quales & Troes & Arcades feruntur. Vel potius distinguendū, ut dicas, En omnes & Troes & Arcades. Mox de suis. HINC SVNT FATALESQ. MANVS INFENSA Etruria Turno. hoc est Latino quoq; nomini fauēt fata, ne eos tātum fatis fretos huc uenisse persuasum habeatis. Et quod magis excitare animos possit. Etruria, quæ infensa Turno esse cōsueuit, nobiscum militat, propter eos, qui Mezentium secuti erant. ut ita sit responsum ad id, quod propositum erat, essentne æqui uiribus. de numero uero ait. Vix hostem alterni, si congrediamur, habemus. Cæterum crediderim ego. N. litteram in Ro. codice superfluam esse. ut sæpe alibi in eodem reperit. Eamq; omnino castiorem esse lectionē, quæ uel. HIC. aduerbium uel. HI. Pronomen demonstratiuū scriptū ostēdit; præsertim quom Ti. Donatus ita locum hunc interpreteretur. Considerate qui sitis, & quale Rutulorum nomen, & facta, quanta ubiq; prædicatione laudantur. Nihil interea e diuerso existit. quod aliquem incutiat metum. Non numero præcedit hostis, aut robore; quicquid opinio formidolosum sparserat, præsto est. subiectum oculis nostris. Tum quod habet pars utraq; substantiæ, prodidit campus, quod contra fidem rerum onerauerat fama terroribus. Troiani adsunt, uidentur Arcades, in conspectu sunt, quos fatales appellant; & hoc est totum, quod infensa Etruria Turno potuit.

TALIBVS INCENSA Est Iuuenum Sententia Dictis. In antiquis aliquot codicibus. ACCENSA. legitur, quam lectionem Donatus etiam agnoscit.

QVO NON PRAESTANTIVS VLLVM Turbauit Mentes Italas. Antiqui aliquot codices. PRAESENTIVS. legunt; ut illud,

Præsentemq; Viris intentant omnia mortem.

In Mediceo. PRAESTANTIVS. quidem scriptum est, in dictionum sequela. Sed superne uetus hæc lectio. PRAESENTIVS. addita.

RVBRA FVLVVS IOVIS Ales In Aethra. In antiquis plerisq;. FVLVOS. uti etiā superius. VIVOSQVE. PER ORA FERETVR. de quo scriptionis modo satis alibi dictum. Id prætereire non possum, quod Ti. Donatus artifi-

ciose compositum ait; primo ut Alitem masculinum immitteret. si enim fœmina esset, non tangeret. Aeneæ personam. Deinde ait, Ales Iouis, ut turbandum fœdus, nec perficiendum, & Iupiter uideretur ostendere.

MIRABILE VISV. Antiqui aliquot codices una cum Mediceo. MISERABILE. legunt. Sed uulgata lectio acceptior Eruditis.

DONEC Vi Victus Et Ipso Pondere DEFECIT. In antiquis plerisq; codicibus. DEFICERET. habetur. Magis tamen placet. Defecit, ut uulgata habent exemplaria, non sine ueterum aliquot codicum assensu.

ME Me Duce Ferrum Corripite O RVTVLI Quos Improbus Aduena Bello Terr. In Ro. codice legere est. O MISERI. non O Rutuli. subiecta uero statim ratio cur Miseri, quos.s. improbus Aduena bello territat, inualidas ut aues, & littora uestra Vi populat. In Mediceo, & aliquot aliis antiquis. O RVTVLI. scriptũ est. Ti. Donatus. O MISERI. agnoscit; dicit. n. Et uos manus armate O miseri, hoc est

ET Litora VESTRA Vi Populat. Sunt aliquot antiqui codices, ubi (dolendi. NOSTRA. legatur. Sed omnino. VESTRA. melius.

DENSATE Catervas. In Romano codice. DENSETE. legitur coniugationis secundæ, ut superius. DENSENT. sed hic aures offendit tam exilitate Vocalis tenuissimæ ter continenter positæ, quã etiam sono ipso elanguescentis.

TELVM CONTORSIT In Hostes. In Ant. aliquot. CONIECIT. sed id ex para

FVLVAQ. EXTENDIT Arena. In Ro. codice, in Oblõgo Vaticanis (phrasi. in Med. in eo, qui apud me est, & aliquot aliis uno exẽplo legitur. EFFVNDIT. Harena. qd' magis mouere pathos uidet, qa maiorẽ præ se fert uulneris uehemẽtiã.

HAEC Melior Magnis Data Victima Diuis. Cum ioco dictũ ait Donatus meliorẽ uictimam, quia in aram cecidit. & illic occisus est.

ILLE Securi Aduersi Frontem Mediam Mentũq; Reducta DISIICIT. In Ro. codice. DISCIDIT. legit. Secare. n. securis est, & scindere. Sed in Oblõgo in Med. & aliquot aliis. DISSIDIT. in uno simplici. S. i altero. SS. geminato scri-

IN Aeternam Clauduntur Lu. MORTEM. Quamuis in cod. aliquot (ptũ. antiquis. MORTEM. legatur, legendum tamen est. NOCTEM. ut in emendatioribus habetur. Quam lectionem etiam Donatus agnoscit.

QVAE VE Ista Repens Discordia. In cod. aliquot ant. QVOVE. legit. sed probatiores. QVAE VE. habẽt. Sũt ẽt in quibus nõ. REPENS. sed. RECENS. habeat. Repens aũt agnoscit a Seruio; Et, Repẽtina discordia est i Donati paraphrasi.

ME Sinite ATQ. Auferte Metus, Ego Fœdera Faxo. In cod. aliquot antiquis. ATQVE. non habetur. Sed absq; sinalepha legere est. ME SINITE Auferte Metus. Præterea in Romano codice. METVVS. Attiano more scriptum est, uocali, quæ longa esse debuetat, geminata. Sic in nomẽclatura quadam antiquo lapide, a Curru. CVRRVVS. pro CVRRVS. legitur.

PROIERIT AVT Raptas. In Ro. ET. In aliis. AVT. hoc uero loco Donatus ait. An suas raptas hastas ingereret hostibus, an hostibus raptas, idest sublatas; incertum est; melius tamen ut suas rapuisse, & hostibus ingessisse uideatur.

SANGVINEVS Mauors Clypeo Increpat. In Ro. codice. INTONAT. sed Increpat. Seruius agnoscit, & Donatus, atq; ita legit in Mediceo & pluribus aliis.

CIRCVMQ. ATRAE Formidinis Ora. In Romano codice. ATRA. quippe Ora, legitur. Sed magis placet. Atræ Formidinis. ut in aliis plerisq; habetur.

THAMYRIMQVE POLVMQ. Et THAMARIM. & THAMVRVM. & THAMYRVM. in diuersis codicibus legit. Quin etiam. TAVRVM. in aliquot antiquis exẽplaribus habet. Sed. n. θάμυρις, apud Græcos nomen est propriũ. adagiũq; fert. θάμυρις μαίνεται. Furit Thamyris. de iis, qui cũ intellectu polleãt delirate tñ in operibus uide ant; eundẽ porro Thamyrin. & Thamyran Græci dicũt.

EMINVS AMBOS. Est & AMBO. ut Si Duo ptetea tel. Id. tul. Cuius declina-

tionis uarias obseruationes ex antiquis Grammaticis alibi recitauimus.

IMBRASIDAS Glau. atq; Laden. Oblõgus cod. HYMBRASIDAS. & HYMBRASVS. habet per. Y. & HYADEN. nõ. Laden. in quam lectionẽ multa conueniũt exẽplaria, licet in Mediceo aliena manu. LADEN. factũ sit, prima lĩa contacta. In aliquot aliis. CADEN. legiẽ. In Ro. EMBRASIDAS. & EMBRASVS. Sed .n. ἴμβρασο; Græcis ὄνομα κύριον. ergo Imbrasidas. melius puto.

VEL EQVO Præuertere Ventos. In ueteribus aliquot exẽpl. EQVIS. plur. nu.

MEDIA EVMEDES In Prælia Fertur. In Mediceo quidẽ, & alio, qui apud me est antiquo cod. EVMEDES. legiẽ. In aliis plerisq; ueteribus. EVMENIDES. una

NOMINE AVVM Referens. In peruereri cod. AVOM. (plus syllaba. habeẽ, ut ĩ Veterũ ĩscriptionib'; cuiusmodi ea est, quã in hortis Colotianis ĩspexim'.

M. CAESONIVS. PRIMVS. AVOS.

Et AVONCOLO. superius ex æde Diui Basilii protulimus. Præterea Terentius Scaurus, qui reliquas id genus scriptiones reiicit; AVOS, & AVOM. nõ excludit.

CAMPO Turnus CONSPEXIT Aperto. In Ro. cod. legere est. PROSPEXIT. ut cõmẽdatio ẽt sit ab acumine uisus, qui in bellicis negotiis obeũdis est magno usui.

FVLGENTEM TINXIT Iugulo. In Mediceo, & ant. plerisq; cod. TINGVIT. pñti tpe legiẽ, ut reliqua, quæ pcedũt, quæq; subsequunẽ uerba, eadẽ periodo cõtẽta.

HVIC Comitem BVTEM. Quanq̃. βούτης. inter nomina propria locũ habeat, a quo Butadæ propagatæ familiæ celebranẽ. Antiqua tamen exemplaria pleraq; oĩa ASBVTEM. hic legũt. Nam Butes superius occisus est, ubi legiẽ. Protinus Orchilochũ, & Buten. Asbutem deniq; hoc loco Donatus agnoscit in itegris cõmẽtariis

CHLOREAQ. SIBARIMQ. Daretaq;. In cod. aliquot uulgatis. SABARIM. legiẽ. In nõnullis antiquis. HABARIM. Est & ubi. FABARIM. legas. Sane H. lĩa, ut alibi latius nũc in. F. trãsit, ut Faba p Haba. nũc in. S. ut Exsibeant, p Exhibeant; qđ Aquilæ antiquo cerniẽ monumẽto p foribus ædis S. Mariæ de Rodio.

EX. QVORVM. VSVRIS. PER. SINGVLOS. ANNOS
CONVIVIVM. DEDICATIONIS. EXSIBEANT

Quare minime mirũ lectionẽ hãc ita uariare. sed hæc, ut parui momẽti ptereamus.

AC Velut EDONI Boreæ. In antiquis cod. fere oĩbus. EDONII. geminato. II. scribiẽ, ubi necesse est per synizesin ultimas illas duas in unã coire syllabã. Nã. DO.

ORA Citatorum Dextra CONTORSIT Equorum. In Med. & oĩbus (ω μέγα est. his uenerandæ antiquitatis cod. DETORSIT scriptũ obseruaui, qđ magis placet, & agnoscitur a Donato, qui sic ait. Mira hominis uirtus, & singularis audacia, ut iret ad currum, nec metueret superiorẽ hostem; impetũ quoq; equoꝝ currentiũ frangeret, & torqueret in aliam partem. ea enim est paraphrasis uerbi eius. Detorquet.

DVM Trahitur Pendetq; Iugis HVNC Lata Retectum Lancea Consequitur. In cod. aliquot antiquis legere est. Pendetq; Iugis HIC. Sed .n. sentẽtiã Donatus latius explicauit; quæ quoniã superiori adnexa est adnotationi ea quoq; uidetur ad uerbũ adscribẽda. Ex eo qđ unus currus unũ haberet iugũ, sic exponũt plerią;, quasi pluralẽ numerũ p singulari Poeta posuerit. Nos cõtra sẽtimus, qui .n. ora Citatoꝝ dextra detorsit equoꝝ, dubio procul frenos tenuerit, nõ iugum, & nõ iugo pẽdebat, sed iugis, hoc est frenis equoꝝ iunctoꝝ. ut hoc ei ad uirtutẽ accedat, qđ biiuges pleno ictu currentes nitebaẽ uincere. Recte ẽt, Trahitur, dixit, ut partẽ potiorẽ daret uirtuti equoꝝ citatoꝝ, partẽ uero fortitudini retinẽtis. Qui .n. pendẽs trahebatur, euicerat aliquid, sed duoꝝ equoꝝ uim ad plenũ superare nõ ualuit; nõ minor etiam equoꝝ locus, qui impediti frenis, & hominis pondere, durabãt tamen, & trahebant perseuerantem. Sunt etiam antiqui codices, qui pro. Retectum. legant. RELICTVM. Quod uero nõnulli dicunt Retectum, idest qua parte exarmatus erat, non procedit, quia statim sequitur. Rumpitq; infixa bilicem loricam.

IBAT ET AVXILIVM Stricto Mucrone Petebat. In ueteribus aliquot cod. le

gere est. AVXILIVM EDVCTO Mucrone. In aliquot aliis. DVCTO A Mucrone. Alii malunt. DVCTO Mucrone. legere absq; ulla ꝑpositiua particula, ut habetur in Mediceo & aliquot aliis. Sed enim Donatus. STRICTO. legit, dum ait, Fidens auxilio gladii, quem strictum tenebat, hoc est paratum ad feriendum.

IMPVLIT EFFVDITQ. Solo. In aliquot ueteribus exempl. EFFVNDIT. est ꝑsenti tẽpore. Male uero superiore uersu in exẽplaribus plerisq; distincta ꝑpositiua particula & noĩe legit. PRO CVRSV Concitus Axis. Quũ dubioprocul PROCVRSV. unica dictione legendũ sit, uel Seruio submonente, id quod ita Donatus adnotauerat. PROCVRSV. quod ait, una pars est orationis, quasi porro tenẽs cursũ. Hunc Procursum, ut melius exprimeret, addidit, Cõcitus axis, ut apertius ostẽderet, qd esset Procursus.

TRVNCVMQ. RELIQVIT ARENA. In aliquot antiquis codicibus. RELINQVIT. est, præsenti tempore. Est & in plerisq; HARENAE. casu acquisitiuo, quod agnoscit Donatus.

ASCANIVSQ. COMES Castris Statuere Cruentum. In Ro. codice. Ascaniusq; PVER. non Comes. legit; eãq; castiorem lectionẽ esse didicimus ex Ti. Donato ita scribente. Mnestheus, atq; Achates (inquit) & Ascanius, licet esset Puer, sciens tamen quid Patri, uel maxime uulnerato deberetur, & quæ sequuntur.

PHOEBO Ante Alios Dilectus IAPIS In antiquioribus his cod. IAPYX. per Y. & X. scriptum habet. Alii uolũt Medici nomen a Vento distingui scriptione, huiusq; nominis obliquos casus in. C. Donatus mittere uidetur. Iapicis, Iapici, qui per. G. proferuntur in uento. Horatius, Præter Iapyga.

LACHRYMISQ. Immobilis. In Mediceo cod. & aliquot aliis antiquis, absq; copulatiua particula legere est. LACRVMIS Immobilis.

PREENSATQ. Tenaci Forcipe Ferrum. In antiquis aliquot cod. PRESSAT legit. In Ro. FORFICE. Sunt.n. qui Forfices & Forcipes ita distinguãt, ut Forfices esse Sarcinatorũ uelint, a faciẽdo; Quæ uero ferrũ calidũ capiãt Forcipes. Tonsorum, qd pilũ secent, Forpices. Sed.n. inepta hæc esse Carisius monet ex Lucillio qui etiã Medicorũ Forcipes dicit. L. xix. Scalprorũ forcipium milia .xx. Itẽ paulo post. Forcipibus dẽtes uellere. Sed Virg. in .viii. Versantq; tenaci Forcipe ferrũ qd

IAM Pul. Cœ. Stare Vi. Subeunt Equites (in cod. aliis. MASSAM. scriptũ est. In antiquis plerisq; cod. SVBEVNTQ. Equites. legitur, quod numerosius est.

TVM Venus Indigno Nati Concussa Dolore.
DICTAMVM Genitrix CRETEA CARPIT Ab Ida.
Puberibus CAVLEM foliis. Ex antiquis partim exẽpl. partim ex ueterũ Grãmaticorũ obseruatione hi uersus ita legunt. Tum Venus indigno GNATI concussa dolore. IPSA MANV GENETRIX DICTAEA CARPSIT AB IDA. Puberibus Caulem foliis. CARPSIT quidẽ in plerisq; antiquis exempl. ut eadẽ sit synchronia cũ altero ꝑterito, qd sequit. DETVLIT. Sed.n. Donatus CARPIT ꝑsenti tẽpore legit. & ita in ueteribus cod. nõnullis, qui apud me sunt, habet. Idem DICTEA. agnoscit, dũ ait, Itaq; a DICTEA IDA substulit suis manibus Caulẽ. Dicta porro cognomen est Idæ, ut alio loco. Dictea negat tibi Iupiter arua. Sed.n. Dicta ipse quoq; mons est Cretæ, cuius Callimachus mentionẽ facit. Quod uero IPSA MANV GENETRIX. pro. DICTAMNVM GENItrix. legat, lectionẽ hanc Ti. Donatus agnoscit, cuius hæc est interꝑtatio. Quod ait, Manu carpit, & Matris animũ expressit, ut ipsam diceret opera sua pcurasse, qd sanare filiũ potuisset, & nõ ferro ꝑpter remediũ, sed manu afferetet esse sublatũ. Dubium.n. non est certo modo, & suo modo, ac tẽpore esse detrahenda terris, quæ aliquibus sunt procurãda remediis, ut ipse alio loco Virgilius dixit. Falcibus & messæ ad Lunam quæruntur ahenis. Vbi & modum & tempus expressit. In præsenti uero ait. MANV. Et inferius. Quanta signa istius data sunt speciei, cuius nomẽ omissũ est. Quippe & regio expressa est, in qua nascitur, & nomen editum montis, & ipsius nominis si-

gnum. Deinde quũ ad descriptionẽ pdicti graminis accederet, Caulem (inquit) facit, & comantẽ florem colore purpureo. Et inferius. Gramen appellauit nouo usurpationis genere alias dicẽs folia. Caeterum uero nomine Dictamnum in regione sua dicitur appellari. Vnde nõnulli sic exponunt hunc locũ, ut afferant Virgiliũ dixisse DICTAMNVM GENETRIX Dictea Carpit Ab Ida. Quod usq; adeo admittendum nõ est, ne si sequẽtia cõiungas, fiat uitium. Dictamni enim caulem dicere debuit, non Dictamnum caulẽ. Melior est .n. superior lectio. Ipsa manu carpit caulẽ a Dictaea Ida; cuius herbae nomẽ quia non dixit, signa eius infinita ptulit, ut posset sciri, quae nam esset. Haec Donatus. Apud quem DICTAMNVM. p. M. & N. scriptũ inueni, prout etiã δίκταμνον in exẽplaribus Graecorũ manu scriptis, Theophrasti quippe, & Dioscoridis pene omnibus obseruat. Et in antiquissimae traductionis Dioscoride, quẽ litteris Longobardicis scriptũ ostẽdit mihi Floẽtiae Vir clariss. Nic. Scõberges Cãpanus Archieps. DICTAMNV. passim scriptũ erat. In quo illud pcipua fuit obseruatione dignũ, quod, quũ phrasis aliorqui, & Latina esset, & recte Graecorũ uocabulorũ uim & proprietatem exprimeret; Formae tamen quas nos in. VM. uel. EM. terminamus, plurimũ illic absq; M. notatae sunt, hoc modo. Dictamnu multi dicunt Puleiu agreste. Sed nec flore, nec semen habet, ita illud. Est autem alterum Dictamnu de Creta adlatu. Quae quis ita sint, plurimũ tamen delectant ob sermonis puritatẽ, & uenerandae memoriã antiquitatis. Vt uero ad Donatum reuertamur; quis ille, uti dictum, de lectione sentiat iure suo, antiqua tamen exemplaria, quae legimus omnia, eã lectionẽ ostendunt, quam ipse improbat. Papiniusq; his exemplis propior accedere uidetur, ubi ait. Dictamni florentis opem; quod Virg. florem comantem dixerat. Et Priscianus, ubi agit de constructione partium orationis, Dictamnum Genetrix uidet agnouisse, diuersaq; genera, & diuersos numeros Virgilium hoc loco auctoritate sua κατὰ τὴν ἀλλοιότητα confudisse. Quod uero neq; florem, neq; semen Dictamno esse Dioscorides, & pleriq; alii tradunt. Virgilius Teophrastum sequi uidet, qui flores in Dictamno ponit; Vel quod uni & deteriori cuidam speciei, quae uulgo nascitur, proprium est, toti dedit generi, ut descriptionem hãc lasciuius exornaret. Quia uero Virgiliana sentẽtia de Dictamno, eiusq; ui cũ Tulliana cõsẽtit, uisum est ex Tertio de natura Deorum haec subiungere. Dictamnum herba est, quã Capreae sagittis uenenatis percussae quaerere dicuntur; quam quũ gustauerunt sagittae excidunt a corpore. Alia Plinius libro Naturalis historiae Quinto & Vigesimo.

HOC FVSVM Labris SPLENDENTIBVS Amnem Inficit Occulte Medicans. In codicibus aliquot antiquis legere est. LABRIS PENDENTIBVS. Sed enim cum hic labrum pro uase positum sit, quod olim id Lauabrum dicebãt, magis placet. SPLENDENTIBVS. hoc est nitidis, & depurgatis, ut omnia cũ decoro fiant. Ait uero Ti. Donatus in huius loci paraphrasin. Venus aquam infecit, quã Iapis studiose splendentibus labris infuderat, ut foueret uulnus.

SPARSITQ. Salubris Ambrosiae Succos. Antiqui aliquot cod. SPARGIT. legũt, instãti tẽpore, ut cũ. INFICIT. cõueniat. Sed in pluribus. SPARSIT. OMNIS STETIT IMO VVLNERE Sanguis. In Ro. codice. & pteritum. aliquot aliis ant. cod. IN. particula interiecta, IMO IN VOLNERE. habetur.

NVNC Te Mea Dextera Bello Defensum Dabit, Et Magna Inter PRAEMIA Ducet. In cod. plerisq; ueteribus. Magna Inter PRAELIA. legit. Sed. Praemia. uidetur agnouisse Ti. Donatus, dũ ait. Facit eum de psentibus securũ defensionẽ plenissimã spondens, & ex uictoria cõmodũ. Nã qui possit Proelia cõmodũ significare

TV Facito Mox Cum MATVRA Adoleuerit Aetas. In antiquis (nõ uideo aliquot exempl. legere est. MATVRO. Sed uulgata lectio magis accepta est.

ET AVVNCVLVS Excitet Hector. In antiquis aliquot exemplaribus. AVONCOLVS. put in Veterũ monumẽtis scriptũ esse superius nõ uno ostẽdimus exẽplo.

HAEC Vbi Dicta Dedit, Portis Sese Extulit Altis. Telum Immane Manu Quatiens
Non desunt quidem antiquorum codicum exēplaria, in quibus. ALTIS. scriptū repeziatur. Sed enim Mediceum, & plura, atq; ex his probatiora sæpius reperta, non ALTIS, sed. INGENS. legunt; ut, si ad telum referatur, cum Homerica sententia faciat. βριθὺ, μέγα, στιβαρόν. Sed enim Ti. Donatus, &. INGENS. agnoscit, & epitheton adcommodat Aeneæ, dum ait, Ingens, animo scilicet (& corpore.
VIDIT Ab Aduerso Venientes AGGERE Turnus. In Ro. codice, & in iis, qui apud me sunt, non omnino contemnendi, atq; in aliquot aliis manu scriptis. AGMINE. legitur. Sed enim Ti. Donatus dubioprocul AGGERE. uidetur agnouisse.
IPSE NEQ. ADVERSOS Dignatur Sternere Morti. NEC PEDE CONGRESSOS NEC EQVO NEC TELA FERENTES INSEQVITVR. ADVERSOS. uulgata fere omnia exemplaria legunt; neq; desunt antiqui codices, qui lectioni adstipulentur. Romanus tamen codex, & Oblongus Pomponianæ deliciæ legunt. AVERSOS. Quodq; subsequitur. NEC Pede Congressos, nec equo. Antiqua fere omnia, quæ uersamus, exemplaria, legunt. NEC Pede Congressos AEQVO. in quo tria pugnatum genera, tres ferientium gestus animaduertas. Aut enim eos, qui terga dant, occidimus, & hoc exprimit. AVERSOS. Aut æquo resistentes Marte. Hinc ait. Nec pede congressos æquo, Aut eminus ferientes, hoc illud est. Nec tela ferentes Insequitur. Horum sic pugnantium nullū ille dignatur sternere morti. Sed solum densa in caligine Turnum uestigat lustrās. Donatus uero. ADVERSOS. admittit, dum obuios exponit. Mecum uero sentit in altero, dum subiungit, Aut æquo pede congressos occidere. Quod uero legitur. DENSA In Caligine. In Romano codice. DENSO. est, uirili genere contra Grammaticorum præceptionem.
HOC Concussa Metu Mentem Iuturna Virago. In Oblongo codice. HINC. legitur, hoc est, hac de caussa. HAEC. quod minime placet.
RAPIDOQ. Volans Obit Omnia CVRRV. In antiquis aliquot cod. CVRSV. scriptū est. Ea lectio in Mediceo superne adnotata. In reliquis. CVRRV. habet.
IAMQ. Hic Germanum, Iamq; Hic OSTENDIT Ouantem. Hoc loco, ubi Vana sunt, quæ fiunt, magis placet, quod in Ro. codice legitur. OSTENTAT.
ET DISIECTA Per Agmina MAGNA Voce Vocat. In Mediceo, & aliquot aliis codicibus, non. MAGNA. sed. LONGA. scriptum est, addita superne dictione. MAGNA. ut fieri solet, pro paraphrasi.
AVERSOS TOTIES CVRRVS Iuturna Retorsit. In antiquo admodum exemplari. TOTIENS CVRVVS. legitur. VV. geminato, Attiano more, uti etiam superius notatum dicebamus.
MVLTA Iouem Et Læsi TESTATVS Fœderis Aras. In antiquis fere omnibus TESTATVR. legere est. In Med. ultimus apex abrasus, & nota, quæ Testatus,
TANTON Placuit Cōcurrere Motu. In ueteribus cod. &. TANTON. & TANTO. habetur. Sed enim. TANTON. notatur a Grammaticis, neq; temere agnoscitur a Seruio. (legat, apposita.
HAVD MVLTA MORATVS Excipit. In Mediceo, & aliquot aliis ueteribus. MORANTEM. ut uno eum uulnere confectum ostendat.
CRVDO Transadigit Costas, & Crates Pectoris ENSE. In Med. in Ro. & antiquis omnibus codicibus, quotquot habui. CRVDVM Transadigit Costas, Et Crates Pectoris ENSEM. scriptum obseruaui, quod etiam Seruius agnoscit. ex hoc uero superiorem lectionē cōmunire possis, ubi de Turno legitur. Crudum per costas exigat Ensem. Nam. DVRVM in aliquot codicibus legi dicebamus.
NOMEN Echionium. In ant. plerisq; codicibus legas. NOMINE ECHIONIVM. Quam lectionem improbat Seruius, neq; Donato assentitur, qui Onitem

nomen uel Patronymicum, uel gentile putat. Et Echionium proprium.

AENEAS Turnusq RVVNT PER Prælia. In cod. aliquot antiquis. RVONT IN PRAELIA. legitur. Sed. PER. in pluribus.

INGENTIS Turbine Saxi. In Ro. INGENTI. sed magis placet Ingētis saxi.

RVENTI HILO. In Ant. codicibus. HYLO. per. Y. scriptum est.

FIXO Stetit Hasta Cerebro. Quidā cod. ant. FIXA Stetit Asta. legūt. In Mediceo FIXA. prius scriptū fuerat, inde alio atramēto ducta circularis lineola in. o. lsam.

GRAIVM Fortissime CRETEV. Vetera quædā exemp. RHETEV. scribunt. plura

NEC DII Texere CVPENTVM. Ant. oia hæc exemplaria. CV (CRETEV. PENCVM. legūr. p. C. i finali syllaba. Est &. DI. unico. I. de quo sæpe dictū.

CLIPEI Mora Profuit AEREI. Ant. omnia exēplaria, quæ uoluimus. AERIS. legunt, q uis. AEREI. cultum magis uideatur.

EVANDRIQ. ARCADIS Alæ. In ant. omnibus exemplaribus. ARCADES. scriptum obseruatur, quod minime displiceat, quia passim Arcades Virg. nominat.

VRBEM Hodie Caussam Belli. Tres Versus in oblongo cod. hoc habentur ordine.

Vrbem Hodie caussam Belli; Regna ipsa Latini.
Eruam; & æqua solo fumantia culmina ponam;
Ni frænum accipere, & uicti parere fatentur.

Sed enim magis placet Conditionalis Oratio. Ni frænum accipere, & uicti parere fatentur. Interposita. ET. ante uerbum. ERVAM. Est & illud adnotandum quod. FRENI. inter ea nomina reponitur a Carisio, quæ singularitate carent. qu s fecus a Virgilio dicatur, ut hoc loco.

FERTE Faces Propere. Veteres plerig codices. PROPERI. legunt. Vti superius Circunstant properi Aurigæ, sed magis incitare uidetur aduerbium.

PRIMOSQ. TRVCIDANT. In Oblongo cod. FATIGANT. quod non ita placet. Nam in præliis mos est, ut primi semper sint cædibus. & periculis magis expositi. Et ad aliorum terrorem clæmentissimi etiam Imperatores expugnationis initio cede aliqua fæuire soliti sunt.

NVNC Murmure Cœco. In antiquis. TVM. legitur, pro. NVNC.

REGINA Vt Tectis Venientē PROSPICIT Hostē. In Oblongo cod. & in aliquot aliis. CONSPICIT. habet, quod magis moueret, propter periculi uicinitatem, sed. n. Prospicit. Seruius admittit, & Vetera pleraq exemplaria consentiunt.

INCENDI Muros. Codices omnino aliqui Veteres. INCENDI. legunt. Antiquitus. n. contextis arboribus, lutoq, aut calce illitis, infartisq mœnia construi solebant; quorum plurimus in Galliis usus fuit teste Cæsare. Sed. n. Oblongus, Mediceus, atq alii peruetere s codices. INCESSI. legendū ostendunt. Quod Seruius admittit, dum exponit. INVADI. Romanus ambiguus est unius mutatione litteræ. in eo. n. INCENSI. legitur; Sed cū alias primā ex duabus. SS. in N. uertere cōsuerit, ut multa superius declarant citata loca. INCESSI. crediderim esse debuisse; Quum præsertim Arusianus in elocutionum exemplis loci huius Virgiliani testimonio ostendat eleganter dici. INCESSITVR. illa res. Quare INCESSI MVROS. longe lubentius legerim.

PVGNAE IVVENEM In Certamine Credit Extinctum. Romanus codex. A CERTAMINE. legit, sed melius est, IN. Quædam, Vetera alia exemplaria. IVVENEM CERTAMINE. legunt, absq. A. & absq. IN.

MVLTAQ. Per Mœstū Demens Effata FVROREM. In Oblongo cod. DOLOREM. est, quod nō æque placet. neq quidē, quod. EFFATA. uel. ADFATA.

FLAVOS Lauinia Crines. Miror cū Seruius afferat. FLO (in nōnullis habet. REOS. antiquam esse lectionē, eam a posterioribus non admissam. Synizesis. n. non est, adeo Poetis in solita, ut hoc loco eam reformidare debeamus.

RESONANT Late PLANGORIBVS Aedes. In Oblongo codice. CLANGO

RIBVS. legitur, quod non placet. Id enim Tubarum est. In Mediceo autem CLAMORIBVS. Sed. PLANGORIBVS. omnino melius.

MVLTAQ. Se Incusat. In Romano codice desiderantur hi duo Versus.

Multaq; se Incusat, qui non acceperit ante.
Dardanium Aeneam, generumq; asciuerit Vrbi.

Nempe, quia in Vndecimo iidem habentur. Sed enim non incongruum uidetur Versus eosdem, eadem superueniente rerū turbatione hoc etiā libro repetitos esse, quū præsertim eam secum reprehensionē apportet, quæ Græci illius dicterii testimonio grauissima uideri poterat. δὺς ἐξαμαρτεῖν ταὐτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ.

CVRRVSQVE. ET Equos. In Ant. cod. CVRRVM. singulari numero.

QVI Tecta Manu Defendere POSSVNT. In ant. plerisq; codicib⁹. POSSINT.

QVAE SESE AD Fœdera FLECTAT. In Oblongo codice. MITTAT. legitur. pro Demittat, uerum non æque placet.

ACER ATINAS. In aliquot. ASILAS. sed & superius. Acer Atinas. habet.

PONTESQ. EXTRVXERAT Altos. In ant. aliquot cod. INSTRAVERAT. legitur. quod magis proprium est. Mediceus tamen. INSTRVXERAT. habet.

STAT Quicquid Acerbū Est, Morte Pati. ACERBVM. quidē Seruius agnoscere uidet. Sed in his ant. exēplaribus nūc. ACERBI. nūc. ACERBI EST. legitur.

MAGNO Mons Improb⁹ ACTV. In aliquot antiquis cod. ACTV. habet, & agnoscitur a Seruio. Sed in Oblongo, in Med. & in Porcio. ICTV. legitur. quod nō displiceat.

STRIDENTQ. Hastilibus auræ. In ant. aliquot cod. STRIDVNT. legitur. Vt in Georgicis. Stridere Apes utero, utrumq; enim dicimus.

QVANTVS ATHOS. Aut Quantus Eryx. In antiquis ATHON. legitur, scilicet ex Seruii præcepto, quem nonnulli damnant, nescientes apud Græcos etiam ἄθων τὸ ὄρος· οὐ τῶ νῦ λέγεσθαι; quis & ἄθως & ἄθωνς ἐκ τοῦ ἄθως dicat.

INTER Se Coiisse Viros, Et DECERNERE Ferro. Seruius quidē. CERNERE. cōtendit ex Ennio legendū. Et Seneca Lib. VII. Epistola prima in eadē est opinione, dū dicit. Ne te longe differā, quædam simplicia in usu non erant, sicuti. CERNERE Ferro inter se dicebāt. Idē Virg. hoc probabit tibi. Inter se coiisse Viros & Cernere ferro. quod nunc Decernere dicimus. Verū contra hos stat codicum pene omniū Veterum auctoritas. in quibus legitur. ET DECERNERE. In quodam tamen peruetteri deest. ET. & ita legit. Coiisse Viros. Decernere Ferro.

CONIECTIS Eminus Hastis. In Ro. cod. CONLECTIS. est, sed inemendate; melius. n. CONIECTIS.

AC Veluti Ingenti SYLA. Peruetus codex. SILO. legit. Romanus SILVA. quam lectionem Seruius improbat. Reliqua exemplaria recte. Syla. qui Brutiorum mons, hodieq; nomen retinet.

QVIS PECORI Imperitet. Ro. codex cū altero peruetteri. NEMORI. legunt. Vt imperat aruis. In aliquot aliis. QVIS NEMORI IMPERET. Et Quæ tota Armenta sequantur. In Mediceo. QVIS PECORI IMPERET Et Quem, quæ lectio etiam est in Porcio codice. In Vitaliano quoq;, & in Delphio. ET. ipsum habetur, altera tamen dictione corrupta.

COLLA Armosq; LAVANT. In Antiquis aliquot exem. LAVVNT. a Lauo. is.

HAVD Aliter Tros Aeneas. Ant. codices quotquot habui. NON Aliter legunt.

INGENS Fra. Aeth. COMPLET. In Oblōgo. PVLSAT. habet. in aliis. Cōplet.

IN Medioq; ARDENTEM Deferit Ictu. Ro. codex cum aliquot aliis ueteribus legūt. Ardentē Deferit ICTVM. Sed. ICTV. ut in Mediceo. & in Porcio est, magis placet.

CVM PRIMA In Prælia Iunctos, Cōscendebat Equos. In codicibus aliquot, non tamen iis antiquioribus. CVM PRIMVM. legitur, sed magis placet. PRIMA IN Prœlia. hoc est initio belli, pugnæue.

FVLVA RESPLENDENT FRAGMINA Arena. In aliquot antiquis codicibus unitatis numero legitur. FVLVA RESPLENDET FRAGMEN HARENA.

Sed magis amplum,& maioris admirationis est. RESPLENDENT FRAGMINA . quod in plures dissiluisse partis ensem ostendit. Illud uero inemendate legitur in quibusdam codicibus. GLACIES CVI . quũ dubio procul . CEV . legẽdum sit.

QVANQVAM TARDANTE Sagitta Interdum Genua Impediunt. Ro. codex, Mediceus,& pleraq; alia exem. TARDATA . legunt. quippe Genua.

SI QVANDO In Flumine Nactus. Ro. codex .& aliquot alii SIQVANDO FLVMINE . legunt ;absq; . IN . Quod tamen appositum & sententiæ, & numero consulit.

FORMIDINE PENNAE . In Antiquis. PINNAE . de quo satis alibi.

IAM IAMQ. Tenet. In Ro.codice. TENENS . legere est, sed inemendate.

ET Cœlũ Tonat Omne Tumultu. In Mediceo cod. & aliquot aliis ant. legere est. ET Cœlum Intonat Omne FRAGORE . in Porcio. Tumultu. habet ,atq;. INTONAT . uerbum.

VBI FIGERE Dona Solebant Laurenti Diuo, & Notas Suspẽdere Vestes. Oblongus codex, Mediceus, & plerique alii cod. antiqui VOTAS . legũt. Ait.n. Seruati ex undis, quod tempestatẽ præcessisse significat. Hũc uero morẽ tangit etiã Horatius. Suspendisse potenti uestimenta maris Deo.

LENTA In Radice Tenebat. Mediceus codex, & uetera quædã exemplaria. LENTA RADICE . legunt ,absq;. IN . quod alii uiderint.

LENTOQ. In Stirpe Moratus. Qui superius Stirpem inuisam. fœmi.gen. dixerat nuc Masculino dicit. ait Nonius. quo genere et Ennius, & Pacuuius in hoc noie usi sunt. Nam Ennius a Stirpe supremo ,& ad Stirpem exquirendũ Pacuuius dixit. Donatus tñ ,uti superius dictũ; Virgiliũ ait passim in hoc nomine fœminino genere usum. Agnoscit uero Sosipater Stirpem inuisam fœm.gen. pro sobole ;pro materia Stirpem recisum adiecto Virgiliano carmine. Sed stirpẽ Teucri nullo discrimine sacrum sustulerant ; quis Pacuuius. Qui Stirpem occidit meũ, dixerit de Sobole. Pomp. Festus in iis quæ ex Verrio Flacco deflorauit ; antiquæ fuisse cõsuetudinis ait. Recto frõte dicere ;ut Cato in dissertatione cõsulatus,ut cum ait Ennius. A STIRPE SVPREMO. & Iliadis nepos. & Lupus fœta. Etiã in cõmentariis sacrorum Pontificalium frequẽter est. Hic Ouis, & Hæc Agnus ,ac Porcus. Quæ nõ ut uitia ,sed ut antiquã consuetudinem testantia debemus habere.

PVGNAS De Nube TVENTEM. In Mediceo. VIDENTEM . est. in aliis. TVENTEM . Puto uero alteram illam lectionem ex Paraphrasi huc irrupisse.

QVIA Nota Mihi Tua MAGNA Voluntas Iuppiter. Quamuis. MAGNA . in Veteribus aliquot legatur ,nõ tamen displicet, quod habetur in Oblongo cod. in Porcio,& aliquot aliis. TVA MAGNE Voluntas Iupiter. ne quattuor dictiones eodẽ concurrant casu.

COMMISTI CORPORE Tantum Subsident Teucri. Ro. codex nõ Corpore, sed. SANGVINE . legit,est & ubi. SANGVINE TANTO . scriptũ sit,sed omnino. TANTVM . legendum. In Mediceo autem & in Porcio. COMMIXTO CORPORE . legitur.

DEMITTIT Ab Aethere. In antiquis omnibus exemplaribus, præterito tẽpore legitur. DEMISIT . in aliquot. DIMISIT.

ALITIS In Paruæ SVBITO Collecta Figuram. In Ro. cod. & plerisq; aliis. SVBITAM CONLECTA FIGVRAM . In Mediceo .s VBITO CONVERSA habetur. Sed. COLLECTA . magis placet Eruditis.

SERVM Canit Importuna Per Vmbras. In ant. aliquot. VMBRAM . singulari numero, Est ubi. SAEVVM CANIT . Sed. SERVM . omnino melius.

TVRNI SE Pestis Ad Ora. Vetera omnino aliquot exemplaria. AD ORA . legunt. Sed longe magis placet ,quod in Ro.codice legitur. OB ORA . quod infestiorem significat incursatione molesta.

CLIPEVMQ. Euerberat Alis. In Mediceo cod. REVERBERAT . habet, Sed EVERBERAT . Vt in Porcio & aliquot aliis omnino melius esse uidetur.

AVT Quid Iam Miseræ Superat Mihi . In Ro.cod. in Mediceo, & aliquot aliis cod. antiquis legere est . AVT Quid Iam DVRAE Superat Mihi . quod aliorũ

QVO Vitam Dedit Aeternã , Cur Mortis Adẽpta est . (iudicio relinquimus . In cod. aliquot anti. CVR Vitam . Sed id ex Paraphrasi desumptũ, quũ eodem significato longe elegãtius sit . QVO . dicere . Est & numerus altus in Mediceo codice . QVO Vitam Aeternam DEDIT ET Cur Mortis Adempta est .

COMES Ire PER VMBRAS . Mediceus cod. IRE SVB Vmbras legit .

IMMORTALIS Ego Haud quicq̃ Mihi Dulce Meorũ Te Sine Frater erit . Oblongus codex , Porcius , & Peruerus alter legunt . IAM MORTALIS EGO HAVT QVICQVAM . Romanus & alii quidã utrũq; membrum per interrogationem legunt . IMMORTALIS Ego ? Aut quicq̃ Mihi Dulce meorum Te Sine Frater erit ? Mox cũ secũ tacite destinasset nihil futurũ dulce . subiungit . O . quæ satis Ima dehiscat Terra mihi . Nam Fratri comes ire sub Vmbras , pendet a

O QVAE SATIS IMA Dehiscat Terra Mihi . (superiore mẽbro . possem . In codice Mediceo , & in Porcio . SATIS ALTA . legitur .

CAMPO QVI Forte Iacebat Limes Agri Positus . In ant. exemplaribus nonnullis . QVOD . legit̃ , & priori respondere secundũ artẽ esse dicit Seruius . Bona tñ Eruditorum pars . QVI . legit habita Limitis ratione . Est & illud obseruandũ in Porcio , Quod legere est . LIMES AGRO Positus . elocutione nõ inelegãti .

NEC Vox , Nec Verba Sequunt̃ . In ant. cod. NEC VOX AVT VERBA . legitur

TELVMQ. Instare TREMISCIT . Vti superius obseruatum est ; antiquiora oĩa exemplaria uerbi huius pene ultimam per . E . TREMESCIT . proferunt .

EXITIVM Dirum Hasta Ferẽs . In Mediceo cod. Exitium DVRVM . habetur .

LORICAE Et Clipei Extremos Septẽplicis Orbes Per Med. In Mediceo cod. lectio ita uariat . LORICAE CLIPEIQ. Extre. Sep. Orbes . Et Medium stridens

SVPPLEXQ. Oculos . In codicibus ant. quibusdã SVP (transit femur . PLEX OCVLOS . absq; particula . q; . legitur . Sed longe uenustius est . Ille humilis , Suplexq; , ut alterum huiusmodi sequitur . Oculos , dextramq; .

CVNCTANTEM Flectere Sermo Cœperat . Antiqui aliquot codices . Cunctãtem Flectere MENTEM . legunt , quod aliis examinandum linquimus .

INFELIX Humero Quum Apparuit alto Balteus . Apud Sosipatrum Carisium ambigua lectio est . Quod , Ingens , interpositũ . Ingens Balteus , quod ei respondet , quod in . X . dictum , Rapiens Immania Pondera Baltei . Disputat uero Carisius Balteus Masculino genere semper dici , ut Clipeus . Infelix humero cũ apparuit Ingens Balteus Virg. dicit . Plinius tamen uult Masculino gen. Vinculum significare , neutro autem genere Lora ad alligandum apta . Sed Varro Baltea dixit ; & Tuscum uocabulum ait esse . usq; adeo passim uariant Auctorũ sententiæ .

SOLVVNTVR FRIGORE MEMBRA . In Antiquis nonnullis codicibus . SOLVONTVR . Ita RVONT . ACVONT . Ea pronunciatione , quam a Veteribus acceptam Etrusci adhuc incolumem seruauere .

FINIS

aa.bb.cc.dd.ee.ff.gg.hh. A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M. N.O.P.Q.R. Primus Quaternus , Terni reliqui .

Pierius Valerianus Iano Parrhasio

S . P . D .

C ASTIGATIONES & Varietates Maronianæ lectionis; quas per litteras toties, ut ederentur, efflagitasti; publicaui demum Iane Vir eruditissime. Sero id quidem, si desiderium tuum inspicio, sin meum hac de re consilium longe celerius q̃ facere destinaram. Quo uero successu, qualiacunq; sint hæc, prodierint, ipse uideris, qui me nunq̃ ad editionem impellere destiteris, donec me operi tandem accinctum intellexisti. Tuum itaq; erit, cuius consilione dicá, an conuicio potius hæc acta sunt; ubi forte defecero, opem ferre; ubi calumniis obiectatus fuero, defendere. Quanq̃, si quis (de iis loquor, quos mortalia tangunt) occupationes meas intellexerit; si Litium, quibus implicatus sum, molestias uiderit; si Aulæ incommoda & auocationes crebras, quibus tam sæpe ex officio distrahor, considerarit; si, quod omnium maxime studiis meis aduersatur indignam, ac fere assiduam male affecti pectoris ualetudinem inspexerit, si duras deniq; norit rerum omnium difficultates, quæ mihi in hoc opere conficiundo superandæ fuerunt, misereatur potius me non omnia uidere potuisse, q̃ damnare quicq̃ adgrediatur. Neq; uero dubito esse quædam, quæ uel ipsi mihi paulopost forte sint displicitura; qui, si per otium liceat, sperem in dies meliora præteritis inuenire. Quod siqua erunt, de quibus aliquis dicat, Cenam sine istis duci potuisse; id eo a me consilio factum, ut festiniores Agricolas imitarer, qui fructuum munuscula foliis ambitiose uestire solent, maluiq; superesse quod tolli posset, q̃ deesse, quod desiderandum uideretur. Quædam autẽ, quæ admodum leuia censeantur ea compensari mercede poterunt, q tam multa numero, quæ corrupta; inuersa, lacera, deprauataq; passim habebantur, hoc demum labore meo incolumitati sint pristinæ restituta. Quæ quidem licet multa omnino sint, tantum tamen abest, ut me omnia putem assecutum, ut non pauca curiosius indaganda, & tuæ, & aliorum diligentiæ reliquerim; quæ tanq̃ spicilegia quædam prætereunda fuere, dum te, dum amicos alios. In primisq; studiosissimum ac probatissimum Adolescentem Benedictum Acolthin (eo enim potissimum Auctore dederam me huius lectionis indagini) obsequio demereri properabam. Quod si forte eueniat, quod maxime cuperem, ut his longe castigatiora quispiam nactus commentusue sit, Ego id ingenii profiteor, ut melioribus adinuentis sententiam ipse meam sim haud grauate commutaturus; dummodo Virgiliano Carmini, atq; eius amatoribus sit bene recteq; consultum.

Vale; meq;, ut facis, ama.

Romæ. XIIII. Cal. Iulias.

M . D . X X I .

IMPRESSIT ROMAE ANT. BLADES ASVLANVS:

M . D . X X I .

MENSE IVNIO

L E X

LEONIS DECIMI PONT. MAXIMI
IVSSV SANCTIONE
DECRETOQ.

BIBLIOPOLA . MERCATOR . IMPRESSOR
INSTITORVE LIBRARIVS QVISQVIS ES
OPVS CASTIGATIONVM ET VARIAE
LECTIONIS IN . P . VIRGILIVM MARONEM
A IO. PIERIO VALERIANO EDITVM

AB EDITIONE QVAE FVERIT
ANNO SAL. M . D . XXI .
MENSE IVNIO .
PONTIFICATVS EIVSDEM FELICISS.
ANNO NONO

INTRA DECENNIVM PIERIO IPSO INVITO
NE IMPRIMITO
NEVE ALIBI AVT ALITER QVAM
PERMISSV EIVS IMPRESSVM
VENALE HABETO

SANCTIO

QVI CONTRA HVIVS DECRETI SENTENTIAM
IERIT FECERITVE . ANATHEMA ILLI
ET POENA PECVNIARIA CENTVM AVR. DVC.
MVLTA ESTO .

Melchior Magius Æsij Gubernator
An: 1712. Mens: Febr:









